BERNARDINI
TOMITANI PATAVINI

Logici, atq; Philoſophi noſtræ ætatis eximij,
Animaduerſiones aliquot
In Primum Librum Poſteriorum
Reſolutoriorum.

CONTRADICTIONVM SOLVTIONES
in Ariſtotelis & Auerrois dicta, in Primum librum
Poſteriorum Reſolutoriorum.

In nouem Auerrois Quæſita Demonſtratiua,
Argumenta.

AVERROIS GRAVIORES SENTENTIAE;
in primum ac ſecundum lib. Poſteriorum Reſolutoriorum
Per eundem obſeruatæ.

Quæ omnia, qua maiore potuimus diligentia ex ipſius Tomitani manuſcriptis lectionibus, & ab eodem recognitis excerpta
Nuper in lucem edenda curauimus.

VENETIIS APVD IVNTAS
M. D. LXXIIII.

CLARISS. MARINO CABALLO
Paduæ Prætori optimo,
ET
CLARISS. NICOLAO GRITTIO,
Præfecto integerrimo.

Iacobus Breznicius Polonus.
S. P. D.

Irum vobis forsitan videbitur, Magnifici & Sapientiss. viri, me hominem alienum & exterum, auribus vestris per literas obstrepere. Verum cum eo præditus sim animo, vt eam virtutem, quæ referendæ gratiæ pro beneficijs curam suscipit, maxime colam, haud alienum est, me nunc idem studij genus & officium erga vos de literis, literarumq́; studiosis optime meritos persequi, beneficia vestra agnoscere, gratitudinemq́; declarare conari. Quis enim adeo rudis & ignarus est, qui superiorum temporum motus, qui in patauino totius orbis celeberrimo Gymnasio excitati fuerant, nesciat? Quis deinde tam inuidus, aut impius, qui ea omnia vestro viri Clariss. ex Sapientiss. Reipu. Venetæ corona, ad sedandas cunctas animorum commotiones, tollendosq́; tumultus aduentu, tanquam Castoris & Pollucis in summis tempestatibus delapsu, mitigata ac sublata non modo videre nolit, sed etiam studiosorum commodis gratulari recuset? Quæ omnia cum ita se se habeant, non immerito liberalium artium cultores, huius diuini beneficij, vestræq́; sapientiæ ac humanitatis participes, vos, quasi duo

 summæ

summa lumina admirantur, suspiciunt, omnemq́ operam & studium in testificanda gratitudine, & obseruantia deferunt. Atque ego quoque cum in eorum numero essem, qui sapientiæ ac virtutis vestræ monimenta diligentius contemplati sunt, cœpi & ipse non tantum aspicere sed etiam colere, animumq́ ad significandum beneuolentiæ vel dicam pietatis studium attendere: præsertim cum scirem te MARINE CABALLE clarissime, ab eo studiorum genere non abhorrere, quod nos amplectimur. Vixisti enim olim, immo floruisti tu potius in hac ipsa ciuitate doctrinarum magistra: in qua tanta & literarum & virtutum ornamenta adeptus es, quanta non vulgi iudicium, sed ipsius Senatus Veneti prudentissimum consilium ad literarum restaurationem, & ad moderandas, adiuuandasq́ studiosorum voluntates suffecisse declarauit, cum te honestissima reformatoris dignitate paulo ante ornasset. Ea res igitur (vt nunc viri Clarissimi NICOLAI GRITTII προστάτου tui virtutes, res gestas, animumq́ in communem tranquillitatem mirifice propensum, breuitatis causa prætaream) tantum in inflammando, incitandoq́ meæ in vos gratitudinis & obseruantiæ studio valuit, vt me cohibere non potuerim, quin primo quoque tempore, re ipsa id, quod animus paulo ante conceperat demonstrarem, ac vobis testatum relinquerem. Itaque cum viderem BERNARDINI TOMITANI viri & ingenij acie, & omni liberali doctrina politissimi scripta, Logicen, Veritatis μέθοδον illustrantia satis deprauata in manibus studiosorum circũferri, nec minimum sæpius liuentium quorundam impuro iudicio, ob mendosam descriptionem oblatrandi argumentum dari, pro mea in ipsum obseruantia ac amore, cum eo rationem iniui, mihiq́ tantum operæ ab illo nauari

postulaui,

postulaui, vt quasdam obseruationes, quas ex quotidianis lectionibus, tam ad conferendos interpretum contextus, quàm ad ambiguas aliorum sententias explanandas apprime necessarias, non sine magno labore collegeram, castigaret, & emendatas in communem studiosorum vtilitatem, me hortatore edi permitteret. Recusabat ille quidem primo modestius: verum cum neque flagitandi finem facerem, & hoc in primis ostenderem fore, vt studiosorum desiderium, quo æstuarent legendi eruditos illos & vberes in vniuersum Aristotelis Organum commentarios, & in naturalem Philosophiam obseruationes, quæ omnia & sententiarum copia referta, & suis quoque eloquentiæ luminibus interlita, breui editurus esset, aliqua ex parte minueretur: victus est vir cùm humanissimus, tum mei amantissimus, & se studio meo obsecuturum promisit, cum eo tamen, vt in me hanc recognitionem suam reciperem: & sententias ex his colligerem scriptis, quæ dum ille voce profitetur, mihi emendatiora viderentur. Cui oneri me imparem animaduertens, nec tamen rem literariam adeo præstanti fructu defraudari cupiens, ad vos viri Clarissimi tanquam patronos, & veræ virtutis, non fucatæ, aut fauoribus altæ, protectores eximios confugiendum, vobisq́ id omne quicquid est siue laboris, siue fructus dicandum constitui: vt ea ratione perpetuum mei erga vos studium, & in Tomitanum animi mei beneuoli testatissimum extaret argumentum. Quod ad libellum attinet, hoc mihi admonendum videbatur: ne quis, vel copiam verborum, vel figuras, aut cincinnos coloresq́ orationis in præsentia spectet, ἁπλοῦς γὰρ ἔφυ τῆς ἀληθείας λόγος. & Tomitanus cum ea traderet, plus sententiarum vim, q̃ verborum ornatum considerans, ab ipsius Aristotelis norma loquendi sibi

 disceden-

discedendum non putauit. Etenim sic ille dicere inter nos solet, scripta omni posteritati placere debere. viuam vero docentis vocem, præsentes instruere. optime actum cum auditoribus iudicans, si eos ad id genus orationis, quo Aristoteles vtitur assuefaceret, quo, facilius Aristotelem & legerent, & diligerent. Tractatur autem in prima parte collatio latinarum versionum ad græci textus veritatem, in his locis, in quibus maior siue perspicuitas, siue interpretis fides desideratur. In altera vero præcipuæ contradictiones, in quibus se se ferire videtur Aristoteles de medio tolluntur. Quæ cum ad studiosorum cedant fructum, vestrumq́; viri clarissimi spectent honorem, æquo animo suscipite, & date operam, vt vestra autoritate ac dignitate, & animi discentium magis inflammentur, & TOMITANVS *humanissimus præceptor, ad maiora, vt dixi, in Philosophia promulganda excitetur. Valete.*

BERNARDINI TOMITANI PATAVINI

Animaduersiones aliquot in Primum Librum Posteriorum Resolutoriorum.

TEX. I.

MNIS doctrina, & omnis discipli na] πᾶσα διδασκαλία καὶ πᾶσα μάθησις] hoc totum verteret Cicero, [omnis doctrinæ institutio] quod maxime probat Sadoletus vir eloquentissimus, & Romana dignitate, qua functus est, dignissimus. Perpende tamen eã vocem [διδασκαλία] hoc est [doctrina] duplicẽ extare: aliã, quæ ore docentis emanat, aliam vero quæ librorum monumentis & lucubrationibus tradita præscribitur præterea, cũ [μάθησις] sit discipuli eruditio cognitione, inde efficitur, vt differant sola ratione & intelligentia, nõ re, atq; subiecto, hoc est, ceu Actio & Passio, quod Arist. constanter docet lib. 3. Physicę auscultationis. Nec te prætereat Arist. eam esse consuetudinem, vt in librorum initijs, ea particula vtatur, quæ [πᾶσα] est, siue [omnis] vt ab vniuersalibus ꝓpositionibus tãquã maxime præcipuis auspicet.

Discursiua] διανοητικὴ] sic aliàs castigauimus locum hunc. Nam antea legebat latius vetus translatio vnà cum Argiropylo [intellectiua] Alij verò, & quidem pressius, vertunt [syllogistica] sed inepte. nonnullis probatur magis [cogitatiua] eruditius sanè, quàm ad verborum proprietatem: nobis etiam non displicet [ratiocinatrix] etsi gręcę voci, nulla ex latinis videtur plenè respondere. Iccirco eos nõ improbamus, qui aiunt [quę rationis intelligentia perficitur.] quãquam. n. circũlocutio est, ad sentẽtię tamẽ explicationẽ videt̃ id opportunius accõmodatum.

Cognitione.] γνώσεως] sic omnino legendum: licet Alex. [εὑρήματος] legerit, hoc est [inuentione] id tamẽ, minus à Philopono, & alijs, probatur.

Accedunt] παραγίνονται.] Alij habent [fiunt] Argi. [illo comparãtur modo] nobis etiam non improbatur [hoc modo ꝓcedunt] tu vero diligẽter ex his, disciplinarum progressum, animaduerte: nam modus est comparandarum Artium.

Rationes.] λόγους] sic castigata fuit lectio aliàs pleriq; vero cum Argir. malunt [orationes] prior tñ eruditior. Facultates. n. logicæ, aliæ rationales sunt, aliæ ser-

mocinatrices. Hinc constat argumenta, quę à ratione ducuntur, magis esse rationes, quàm orationes, vocitanda.

Per syllogismos [διὰ συλλογισμῶν] per ratiocinationes] vertit Argyr. & Perionius. Nos etiã [per argumentationes] quãquam latina vox non extat, quæ græcæ ex æquo respondeat.

Per inductionem] δι' ἐπαγωγῆς] Hebræus interpres Auerroys, non incommode legit [per inqsitionem] prior tamen trãslatio fidelior. perpẽde syllogismũ & inductionẽ exposita fuisse tãquàm potiora argumenta, qm̃ id voluit Arist. in topicis, tum etiã ꝙ apud veteres, id maxime ĩ vsu extiterit, quando Zeno & Chrisippus, syllogismis vsi fuerint, Socrates vero inductionibus.

Ambæ. n. per prius nota] gręcè sic [ἀμφότεροι γὰρ διὰ προγινωσκομένων] Argy. in [vtrisq; nãq; per antea nota] Hermolaus vero Barbarus, vir grauissim⁹, & ob expulsam ab eo barbariẽ primis illis tẽporibus de re literaria benemeritus, legit, [vtręq; enĩ ꝑ anticipationẽ] quid si etiã dixeris: [ambę enim ꝑ pręcognita] Pręcognitionẽ autẽ causam esse in nobis vt sciamus, hoc in loco adnotato, idq; volunt peripathetici latuisse Platonem, cum tamen Platonici id negent acerrime, ex locis plurimis, præsertim ex Theæteto & Menone.

A cognoscentibus] παρὰ ξυνιέντων] quo sanè modo Arg. Alij vero [à notis] siue à [cognitis] quæ lectio videretur planior. Collige ex his, ratiocinationem quamlibet à cognitis ad ignota procedere, nec secus. Item syllogismum non ex vno cognito argumentari, sed ex pluribus assũptionibus colligere cõclusionẽ.

TEX. II.

Bifariam autem necessarium est præcognoscere] διχῶς δ' ἀναγκαῖον προγινώσκειν.] alij [p̃notionũ duo sunt genera] Arg. [dupliciter autem prænosse necesse est.] vel etiam [dupliciter autem necesse est antea cognoscere] At verbum [ἀναγκαῖον] hoc est [necessarium] perpendere liceat, quod non tantum vtilitatem rei, sed etiam ineuitabilẽ quãdam rationẽ significat, quando in sciẽtijs, haud profecto fieri potest, vt hæ à nobis teneantur absq; pręnotione, quicqd voluerit Plato. Ad hæc, verbũ [ἀναγκαῖον] videtur disciplinas intellectuales à sordidis artibus seiũgere, quę non necessario ex hac fiũt anticipatione. Sed hic Themist. habes plura de hisce disserẽtem. Interdum [ἀναγκαῖον] vtilitatẽ ostendit, authore Hammo. in cõmentarijs quinque vocum.

Alia namque ꝙ sunt] τὰ μὲν γὰρ ὅτι ἔστι] sic alias emẽdatum. Antiquior enim trãslatio habet [alia nãque quoniam sunt] si qdem particula [ὅτι] ferè semper, priores trãsferebant, qm̃]. quod

quod profecto huic loco, vti & cæteris alijs plurimis inepte videtur respondere. Argyr. vertit [quędam enim esse] quæ lectio sententiam magis, q̃ verbi pondus, videtur exprimere. Te vero non pretereat, precognitionem [ὅτι] esse veritatis precognitionem, quoniam, quæ vera esse scimus, ea ꝙ sunt, cognoscimus.

Presuscipere] προϋπολαμβάνειν.] Arg. [antea suscipere] alij [ante cognoscere] vel [præopinari] aut etiam [prenosse] sermo est de his, quæ in condiscendis disciplinis, ab initio, hoc est ante omnem doctrinæ institutionem præaccipere oporteat.

Alia vero, quid est quod dicitur, intelligere oportet] τὰ δὲ τί τὸ λεγόμενόν ἐστι ξυνιέναι δεῖ.] Argy. [quędam quid dictu significent, prænosse necesse est] idq; non imperitè: sed expressius alij sic [alia, in quibus vis verbi ac significatio intelligenda est.] quo in loco cõstat definitionem verbi significationem, vocisq; intelligentiam præstare.

Triangulum autem ꝙ hoc significat.] τὸ δὲ τρίγωνον ὅτι τοδὶ σημαίνει.] sic emendauimus: nam vetus translatio prius vertebat [triangulum autẽ qm̃ hoc quidem significat.] Argy. vero [triangulum aũt hoc significare] alij] trianguli autem hanc esse significationẽ] hæc autem verba, vtcũq; verteris, ad ipsã nominis definitionem referas necesse est.

T E X. III.

Est autem cognoscere alia quidem prius cognoscentem : quorũdam vero & simul accipiẽtem cognitionẽ.] sic restitutus aliàs fuit hic suo nitori locus. Nam Arg. vt sui moris est, paulo imutãs interpretatur [fit autẽ, vt cognoscamus quædã prius cognoscentes, quorũdã etiam simul accipientes cognitionẽ] adde si p'acet [Euenit aũt cognoscere nonnulla prius cognoscentem &c.] grecè vero [ἔστι δὲ γνωρίζειν τὰ μὲν πρότερα γνωρίζοντα, τῶν δὲ καὶ ἅμα λαμβάνοντα τὴν γνῶσιν] sed distinctionẽ teneas ex his humane cognitionis, ex qua res vniuersas & ẜm partem acquirimus: cõferasq; cũ hoc loco q̃d Philoponus inq̃t de inuentione, deq; cognitione intellectuali, sensibili, & reminiscẽtia, adde & q̃ Them. habet de eo quod est scire & addiscere, nam contextus hic scatet vndiq; varietate rerũ & opinionum, mirificeq; refertus est veterum moribus: pertinentque ad hunc ipsum locũ ea ferè omnia, quæ scribit Plato ĩ Menone.

Vt quecũq; sunt sub vniuersalibus, quorũ habet cognitionẽ.] οἷον ὅσα τυγχάνει ὄντα ὑπὸ τὸ καθόλου, ὧν ἔχει τὴν γνῶσιν] Arg.] veluti quæcũq; sunt sub vniuersali, quorum habetur cognitio] vel etiam sic] quemadmodum ea oĩa, quę sub vl̃i consistunt, quorũ tenet cognitionem] etenim dictio illa [quorũ] ad particularia non

non ad ipſa vniuerſalia eſt referenda. Ex his patet ratio inſerendorum particulariũ ſub vlibus, ſiue id ꝑ inuentionem fiat, vt ait Philoponus: ſiue in his, quæ partim à nobis noſcuntur, partimq́; addiſcuntur, vt Them. videtur, ſiue alia quauis ratione id fiat.

Diſciplina] μάθησις] quod ſpeciatim acceperat in ꝓcedẽtibus, dũ dixerat [diſciplina diſcurſiua] id generatim accipit hoc in loco, pro omni inſtitutione, immo etiam pro particularium rerũ cognitione: vt ſcias, particularia non poſſe efficere ſcientiam in nobis, ac diſciplinam poſſe.

Et nõ per medium, extremum cognoſcitur] ſic vetus tranſlatio & Argy. Forte etiam ſic [& non medio extremum cognoſcitur] καὶ ȣ̓ διὰ τȣ͂ μέσου τὸ ἔσχατον γνωρίζεται] in quibus verbis, animaduertere poſſis, vim & naturam ratiocinationis quæcũq; illa fuerit, nam in qualibet argumentatione rationis, & intelligentiæ, vt vocant, diſcurſu, extremum medio aliquo comprehendimus. Id autem q̃ maxime perſpicitur in ſyllogiſmo, Enthimemate, Exemplo, atq; inductione.

Ante vero q̃ inductum ſit, aut acceptus fuerit ſyllogiſm⁹] πρὶν δ' ἐπαχθῆναι ἢ λαβεῖν συλλογισμον] hoc modo, vniuerſam hanc partem, cum ſequẽtibus verbis, caſtigatam ab alijs, legimus: quã quam Arg. ſic vertere videtur [antea vero q̃ ſit inductio, vel ratiocinatio facta.] cętera ille abſque interrogatione perſequitur: verum interrogationem aliàs reſtituimus quæ opportuna valde eſt, quãq́; optime ſecuti ſunt nõnulli, nunc etiam ita vertimus, [antea vero q̃ inductio conſiſtat, vel collecta ſit ratiocinatio.] vnde conſtat, concluſionem colligendam antequã deſumpta fuerit, nec omnino ignotam, nec omnino notam eſſe dicendam. Quod non tam dicit aduerſus ſophiſtas, quàm etiam Platonem.

T E X. IIII.

Dubitatio] ἀπόρημα] Argir. [hęſitatio] alij [perplexitas] pleriq́; [ambiguitas.] alij [q̃ſtionis laqueus] vt aũt ſit, omni labe carere videbitur hic locus, ſi eũ cũ Plat. Menone conferre volueris.

Aut enim] ἢ γὰρ] Sophiſticæ argumẽtationis forma hæc eſt, hoc eſt diſiunctiua ratiocinatio, qua vſus eſt Meno aduerſus Socra. ſcientiam funditus euertẽs: ſed hæc in Platone.

Cęterum nihil, puto, vetat, qđ addiſcit aliquis, eſt ſic ſcire, eſt autẽ ſic ignorare. Abſurdum. n. nõ ſi nouit quodammodo, quod addiſcit, ſed ſi ita, vt inquantum addiſcit, & ſic.] græce ſic [ἀλλ' ȣ̓δὲν οἶμαι κωλύει ὅ μανθάνει τὶς ὅτι πως ὅτι σαδς ἐσι δ' ὥς ἀγνοεῖν. Ατοπον γὰρ ȣ̓κ εἰ οἶδέ πως ὃ μανθάνει, ἀλλ' εἰ ὡδὶ οἷον ἧ μανθάνει καὶ ὥς] vetus tranſlatio, anteq̃ emendaretur, tota erat deprauata, ſentẽtiamq́; omnem peruertebat.

tebat. Arg. vero sic [sed nihil [vt arbitror] obstat, si id quod discit quis, partim quidẽ norit, partim vero ignoret. Non enim absurdum est hoc, si id quod tenet, addiscat aliquo modo, sed si hoc pacto, eaq; ratione, qua discit, eodẽ modo teneat.] vel etiam, [at nil, vt puto, prohibet, quod addiscit quispiam contingat partim scire, contingat autem partim ignorare. Absurdũ enim non si nouit aliquo pacto, quod discit: sed si ita, vt, qua rõne addiscit, & sic.] quę verba licet obscura videant̃, vitio potius breuitatis, q̃ sententiæ magnitudine factum esse existimo. Nam quæ in pcedentibus oĩa disseruit, ea ad sophistarũ argumentationem refellendam ac diluendã tãdem refert. Hinc colligas addiscere & nosce, aut etiã scire & ignorare nõ semper esse cõtraria, quod dictum volumus aduersus maiorem partem veterum, qui ante Arist. vim horum verborum, aut leuiter, aut nulla ratione intellexere.

T E X. V.

[Si itaq;] εἰ τοίνυν.] Arg. [si igitur] vtroq; modo legeris illationem significat.

[Immediatis] ἀμέσων.] Arg. vertit, [medio vacantibus] vt latinus reddat Arist. verum cũ mediatum atq; immediatum voces sint in sciẽtijs iã vulgatę, poteris & veterẽ perferre trãslationem.

[Quoniã non est nõ ens scire.] ὅτι οὐκ ἔστι τὸ μὴ ὂν ἐπίστασθαι.] Arg. [qa fieri nequit, vt id quod non est, sciatur.] rursus [quoniã nõ cõtingit, quod non est scire.] ad hoc pertinet illud, sciẽtia est proportio rei ad intelligentiam.

Et præcognita non solum altero modo in intelligendo, sed & in cognoscẽdo, ꝙ sunt.] καὶ προγινωσκόμενα, οὐ μόνον τὸν ἕτερον τρόπον τῷ ξυνιέναι. ἀλλὰ καὶ τῷ εἰδέναι ὅτι ἐστί.] Arg. [& antea cognita, non illo solũ modo, quo q̃d significẽt, sed altero esse, quo ꝙ sint, scimus] verum si non displicet in re summi ponderis versari, nos etiam sic [& pręnotata, nõ tm̃ eo modo, quo intelligunt̃ sed & vt cognoscuntur, ꝙ sint.

Principium autẽ est demõstrationis ꝓpositio immediata.] Ἀρχὴ δ' ἐστὶν ἀποδείξεως, πρότασις ἄμεσος.] Argy. [Est aũt demonstrationis principium ꝓpositio medio vacans quæ trãslatio vetere planior videt̃. Nã verbũ ἐστιν, gręcè per bene se habet: translatum vero eodẽ in loco ambiguũ sensum reddit. Vel etiã sic principium autem demonstrationis est propositio medio carens.]

Dialectica quidẽ] διαλεκτικὴ μὲν.] nos etiã [dissertatiua q̃dẽ.]

Cuius non est medium ꝑm se-ipsam] ἧς οὐκ ἐστὶ μεταξὺ καθ' αὑτήν.] Arg. non inepte [cuius per se medium nullum est.] item [cuius non est medium ex se.]

Immediati vero principij syllogistici] Ἀμέσου δ' ἀρχῆς συλλογιστικῆς.] Arg. [prin cipiorum

autem

autem ratiocinandi , vacantium medio] vel ſi placet [principij medio carentis ratiocinatiui.]

Non poſſibile eſt autẽ credere magis his, quæ ſcit, quæ non eſt, neq; ſciens, neq; melius diſpoſitus, q̃ ſi eſſet ſciẽs.] at grecè difficilis eſt etiam hic cõtextus , ſic enim ſe habet. [οὐχ οἷόν τε δὲ πιστεύειν μᾶλλον ὧν οἶδεν, ἃ μὴ τυγχάνει μήτε εἰδὼς, μήτε βέλτιον διακείμενος, ἢ εἰ ἐτύγχανεν εἰδώς.] quem Arg. ſic trãſtulit [fieri autem non poteſt, vt ea magis quiſpiam que neſcit & circa quę nõ melius diſpoſitus eſt, q̃ ſi ſcierit, q̃ ea quæ cognoſcit, credat atque aſſentiat.] nos quoq; ſi facere poſſumus vt iuuemus [fieri vero neq̃t, vt ea magis quis credat, quàm quæ ſcit, quæ ignorat: aut quorum meliorem nõ habet diſpoſitionem quàm ſi ſciret.]

TEX. VI.

Aut nõ ſimpliciter altera demonſtratio q̃ fit ex nobis notioribus] Arg. vertit [an altera demonſtratio ex hiſce q̃ nobis ſunt notiora, q̃ fit ſimpl'r demõſtratio non eſt? q̃ trãſlatio mihi vr̃ Ariſt. ſententiam omnino peruertere: nã particulã ἢ, trãsfert an, ita vt ſermo ſit interrogatio dubitatiua. Melior itaq; vetus inuerſio, quæ ἢ pro aut, ſeu vel conuertit.

Tribus terminis poſitis] τριῶν ὅρων τεθέντων.] nam vox τεθέντων, popularis eſt, & à vulgi cõſuetudine ducta , vt author eſt Alexander in Topicis. Etiam [conſtitutis] verti poteſt.

Per multos nãque, aut paucos reflectere dicere nihil differt, per paucos autẽ aut duos.] Arg. [ſiue enim p multos , ſiue per paucos redire dicat, nihil pfecto refert, p pauciores aũt duos.] ſed & aliter, [nãq; per multos aut paucos reciprocare dicere nil differt per paucos vero vel duos [nam vox ἢ, licet diſiunctiua ſit , poteſt tamen hoc in loco expoſitiua intelligi, quaſi [hoc eſt] [τὸ μὲν γὰρ διὰ πολλῶν ἢ δι᾿ ὀλίγων ἀνακάμπτειν φάναι οὐδὲν διαφέρει. δι᾿ ὀλίγων δ᾿ ἢ δυοῖν.

Ex duabus autem poſitionibus, primis & minimis] Arg. idẽ vertit quãquam non deſunt qui illud verbum [ἐλαχίστων] ad minus vertant. Quod magis ad ſententiæ explicationem pertinet, quam vim verbi. ſic vero gręce Ariſt. ſe habet, [Ἐκ δύο δὲ θέσεων πρώτων, καὶ ἐλαχίστων.]

Et quibuſcũq; inexiſtentium ipſis , ipſa ſunt in oratione quid eſt declarante] græcus cõtextus & ipſe paulo obſcurior videtur, ob mirã Ariſt. breuitatẽ. [καὶ ὅσοις τῶν ἐνυπαρχόντων αὐτοῖς αὐτὰ ἐν τῷ λόγῳ ὑπάρχουσι τῷ τί ἐστι δηλοῦντι.] quæ verba ſic Arg. Et item ea, quorum in rõne, quę q̃d eſt patefacit, ea ipſa ſunt, quibus inſunt.] verum & hæc tranſlatio ſubobſcura mihi videt̃. ſic vero & legendũ [& quibuſcũq; eorũ, quę ipſis inexiſtũt, ipſa inſunt in oratione quid eſt , explicante.] a

Vt

a Vt ambulãs, alterum quid existens ambulans est, & album.] Argy. nõ inepte [ambulare enim cum aliquid aliud sit, ambulans est & album] nos quoque] vt ambulare, alterum quiddam existens, ambulans est & album] nã actionem illam ambulandi hoc in loco perpendit Aristo. græce vero [οἷον τὸ βαδίζειν ἕτερόν τι ὂν, βαδίζον ἐστὶ καὶ λευκόν.

a Vt si quid iugulatum interijt, & secundum iugulationem, qm̃ propter iugulari. [οἷον ἔτι σφαττόμενος ἀπέθανε καὶ κατὰ τὸν σφαγήν, ὅτι διὰ τὸ σφάττεσθαι.] Arg. fusius, vt sui moris est [vt cũ iugularetur quispiã, mortẽ obierit, iugulationeve id per se dicimus, ob id ipsum enim qa iugulabat mortuus est.] vel hoc modo. [vt si quis iugulatus perijt, & iugulatiõe: qm̃ ob iugulatũ esse.

TEX. X.

a Quæ igitur dicũtur in simpliciter scibilibꝰ per se sic vt insint prædicatis, aut illa sint in subiectis, & per ipsa sunt, & ex necessitate.] sic vero in græco codice [τὰ ἄρα λεγόμενα ἐπὶ τῶν ἁπλῶς ἐπιστητῶν καθ' αὑτὰ οὕτως ὡς ἐνυπάρχειν τοῖς κατηγορουμένοις ἢ ἐνυπάρχεσθαι, δι' αὑτό τέ ἐστι καὶ ἐξ ἀνάγκης.] Arg.] quę igitur in hisce, quæ sub scientiam simpl'r cadunt, per se dicunt, vel eo pacto, vt sint in prędicatis subiecta, vel eo rursus, vt ipsa sint in subiectis, & per se necessario sunt] at breuius sic. [quæ itaque per se vocantur, in his, quæ simpliciter sciuntur, eo modo, vt sint in prædicatis, vel illa sint in subiectis, & ex se sunt, & necessario.]

TEX. XI.

Quod igitur quoduis primum monstratur duos rectos habens, aut quodcũq; aliud, huic primo inest vniuersale.] ὃ τοίνυν τὸ τυχὸν πρῶτον δείκνυται δύο ὀρθὰς ἔχον, ἢ ὁτιοῦν ἄλλο τούτῳ πρώτῳ ὑπάρχει καθόλου.] Arg. qui [igitur primus his duobus rectis æquos habere, vel quoduis aliud demonstratur, ei primo vr̃ id cõpetit.] vel sic [quod igitur quodcunq; primum monstratur duos rectos habere seu quoduis aliud, huic primo inest vniuersaliter.] a

TEX. XII.

Quando aut nihil sit accipere superius præter singulare] perperam alij addunt [aut singularia] q̃quam gręca exemplaria passim impressa sic se habeant [ὅταν ἢ μηδὲν ᾖ λαβεῖν ἀνώτερον παρὰ τὸ καθέκαστον, ἢ τὰ καθέκαστα.] verum delenda illa est particula [ἢ τὰ καθέκαστα.] nec minus labuntur qui [singulariter] legũt, aut addunt. nam vetustiores codices id habent solum [τὸ καθέκαστον.] licet Argy. vtrumque interpretatus fuerit. a

Vel contingat esse, vt in parte totum in quo monstratur [ἢ τυγχάνῃ ὂν ὡς ἐν μέρει ὅλον ἐφ' ᾧ δείκνυται.] Argyr. [aut est in parte totum id de quo demonstratur.] quæ translatio maxime a

maxime facit, ad sensus comprehensionem. vel etiam sic [vel si contingat vt sit in parte, totum in quo monstratur.]

b Si quidem, non q̃m sic æquales, fit hoc, sed ſm φ quomodocũq; ęquales] εἴπερ μὴ ὅτι ὡδὶ ἴσαι γίνεται τοῦτο, ἀλλ' ᾗ ὁπωσοῦν ἴσαι.] Argy. [quippe cum id fiat non ex eo, quia sic sint illi anguli duobus rectis æqui, sed ex eo quia quouis modo duobus ęq. sint rectis.] Aliter vero. [quandoquidem non ob id φ sic ęquales sint, hoc vnum efficitur, sed secũdum id quòd quouis modo æquales sunt.

TEX. XVI.

Et si demonstratum, est, non potest aliter se habere] καὶ εἰ ἀποδέδεικται οὐχ οἷόν τε ἄλλως ἔχειν.] Argy. vertit [et si demonstratum sit quippiam, fieri non posse, vt illud sese habeat secus.] vel sic [et si qđ demonstratũ est, haud secus se se habere possit.]

a Signum autem] σημεῖον δέ.] Arg. [signo auté patet] alij [indicium vero] vt ut autem res se habeat vocem Arist. familiarem ꝑpendito, qua in sensilibus rebus pro confirmatione vtitur.

b Aut sermonis vtique gratia [ἢ ἕνεκά γε τοῦ λόγου] Arg. [aut disputationis causa contendentes] siue etiam [vel dissertationis saltem causa] & vocem præcipuam animaduerte, nam λόγος, ꝑter aliàs significationes, dissertationẽ & cõtẽtionẽ significat.

TEX. XVII.

a Si enim qui non habet rationem eius quod est propter quid existente demonstratione nõ est sciens] vetus trãslatio paulo est obscurior, cum tñ græce, hęc eadẽ verba sint summe perspicua εἰ γὰρ ὁ μὴ ἔχων λόγον τοῦ διατί, οὔσης ἀποδείξεως, οὐκ ἐπιστήμων] Arg. [nam si non est iste sciens, qui nõ habet eius rõnem, ꝑpter quid est, cuius est demõstratio] id aũt sic libeat trãsferre [si enim q. nõ tenet rõnem ꝑpter q.d, eius, cuius extat demonstratio, sciens non est.] perpende & illud, λόγον, hoc est rationem in significatione, pro altera demõstrationis specie, q̃ à causa fit: nã vulgaris nõ erit illa tibi animaduersio.

a Si aliquis non sciuit nunc, habẽs rationem, & saluus, saluare, non oblitus, neq; prius sciuerat] εἴτις μὴ οἶδε νῦν ἔχων τὸν λόγον. καὶ σωζόμενος, σωζομένου τοῦ πράγματος, μὴ ἐπιλελησμένος, οὐδὲ ἄρα πρότερον ᾔδει.] Arg. [si quis nũc nescit, rationem habens, & saluus re salua est, neq; oblitus est, si neque prius sciebat] si vero te non pigeat in re difficili versari, sic quoq; legẽdum [si quispiam ignorat nunc, tenens rationẽ, & saluus, seruata re, non obliuione captus, itaq; nec prius nouerat.] Et λόγον, hoc in loco, pro argumentatione ipsa acceptum, diligenter animaduertes.

TEX. XVIII.

Sed vel existimabit non sciẽs] ἀλλὰ

ἀλλὰ ἢ οἰήσεται οὐκ εἰδώς.] Argy. [sed aut se scire arbitrabit̃ quod nescit] verum nõ plene videtur Argy. verbum [οἰήσεται] expleuisse, cum illud [arbitrabit̃] verterit. nam hic stultam & elatam quãdam vult Aristoteles arrogãtiam significare. Est enim οἴησις, nõ modo communis opinio, verum & arrogans existimatio imperitorum. Quo fit vt verti possit hic locus [sed vel existimabit, ignorans] siue etiam [sed vel opinabitur nesciens.]

b Similiter, & si quod sciat per media, & si propter quid & per immediata] ὁμοίως ἐάν τε τὸ ὅτι εἰ δῆ διὰ μέσων, ἐάν τε τὸ διότι καὶ διὰ μέσων. locus profecto hic abstrusus est, hoc est sententiæ paulo obscurioris, vt Philoponus est author, quem sic Argyr. [equo discrimine sanè, siue ꝙ sit aliquid per media, siue cur sit aliquid per medijs vacantia sciuerit.] aut hoc etiam pacto. [pariter si & ꝙ noscat ex medijs, si & propter quid ex non habentibus medium.] sed vberius hic vide Philoponum.

a At qui dubitare fortasse quispiam posset, cuius causa hæc oportet interrogare de his, si nõ necesse est conclusionem esse.] Καὶ τοι ἀπορήσειεν ἄν τις ἴσως, τίνος ἕνεκα ταῦτα δεῖ ἐρωτᾶν περὶ τούτου εἰ μὴ ἀνάγκη τὸ συμπέρασμα εἶναι.] Arg. [quanquam fortasse quispiam dubitabit, cuius nam gratia de his hæc interrogare oportet, si conclusionem esse necesse non est.] vel hoc modo [verum ambigere forte quis posset, quam ob causam hæc de his percunctari oportet si cõclusionem esse, non necesse est.

b Oportet autem interrogare, non tanquam necessariũ sit propter interrogata, sed quoniam dicere necessarium illa dicenti, & vere dicere, si vere sint inexistentia] Δεῖ δὲ ἐρωτᾶν οὐχ ὡς ἀναγκαῖον εἶναι διὰ τὰ ἠρωτημένα, ἀλλ' ὅτι λέγειν ἀνάγκη τῷ ἐκεῖνα λέγοντι, καὶ ἀληθῶς λέγειν, ἐὰν ἀληθῶς ᾖ ὑπάρχοντα.] Arg. interpretatio non minus fidelis est quàm dilucida. Hæc sic se habet. [At enim interrogare oportet, non vt per interrogata necessarium quicquã sequatur, sed quia dicere necesse est ei, qui illa dicit, & vere dici, si competant vere.] vel sic [oportet autem percunctari, non vt necessariũ quippiam efficiatur ob ea quæ interrogantur, sed quia, illa dicenti, dicere necesse est, & verè dicere, si verè inexistãt] quo in loco incredibilem licet breuitatẽ admirari & cõstantiã: sic enim creberrime in prioribus resolutorijs.

T E X. X I X.

Veluti per signa syllogismi. οἷον οἱ διὰ σημείων συλλογισμοί.] Arg. [Eæ ratiocinationes, quæ per signa conficiuntur] vel sic [quemadmodum à signis ductæ argumentationes] verum tu vocem illam [σημείων] diligenter euoluas,

euoluas, quę hoc in loco coniecturam, siue aliud huic simile videtur significare: estq; circũlocutio, per quam alteram demõstrationem indicat, illam nempe, quę ab euentu rei efficitur.

b Quod enim per se, non per se sciet.] τὸ γὰρ καθ' αὑτὸ, ȣ καθ' αὑτὸ ἐπιςήσεται.] paulo lectio planior, si dicas [etenim quod per se est, id non per se sciet.]

TEX. XX.

a Ex alio genere] ἐξ ἄλλȣ γένȣς. [ex diuerso genere] quo in loco generis significatio eadem est cũ subiecto facultatum: noua quidem significatio, verum græcis scriptoribus cognita: quando pro eodem vsurpent, [τὸ γένος, καὶ τὸ ὑποκείμενον.]

TEX. XX.

b Transcendentẽ.] μεταβάντα. [transeuntẽ] vertit Arg. vel etiã [transmigrantem] [deflectẽtem] & [diuertentem] quod, vtrũque transferatur magnam vim non facit: perpendas tamen vocem illam [μεταβάντα] dici proprie in loci mutationibus in disciplinis vero per trãslationem, quod hoc in loco vsurpat Aristo.

a Ad accidentia magnitudinibus] μεγέθεσι συμβεβηκότα] vel forte planius [ad ea quę magnitudinibꝰ accident.] animaduerte vero ex hoc loco, quędã esse quę accidentibus contingant. Idem li. Per her. Sectio. 3.

a Sed neque ꝙ duo cubi cubus [Arg. vertit duos cubos cubũ esse] sed Aristo. alludit ad veteres Mathematicos, qui summa verborum breuitate, theoremata nominabãt quorũ vnum erat hoc, & ꝗdem ꝑcipuum, οἱ δύο κύβοι κύβος.] recte itaq; vetus trãslatio [duo cubi cubus] nomen .n. est theorematis, non tam in magnitudine continua, ꝗ numeris.

TEX. XXI.

Propositiones vniuersaliter] a
προτάσεις καθόλȣ] Arg. magis probat [propositiones vniuersales] verũ te nescire non oportet [καθόλȣ] ferè semꝑ vertisse priores [vniuersale] cum etiam [vlr] transferri possit. Id autem & iudicio legentis & sententię significationi referendum est: hoc autem in loco magis probarem [ꝓpositiones vniuersaliter] quoniam [καθόλȣ] per contrariũ intelligit eius quod est ſm partem.

Et vt simpliciter dicam demõ b
strationis] καὶ τῆς ἁπλῶς εἰπεῖν ἀποδείξεως] Argy. frigidius trãsfert [& demõstrationis omnino] nã verbũ, ἁπλῶς quod erat summi põderis, est ꝑtermissum: licet & signare locũ, vbi Arist. absolutam demonstrationem cõstituit, hęc .n. simplr vulgo appellata ẽ.

Quoniam non vniuersalis ip- c
sius est] ὅτι ȣ καθόλȣ αὐτȣ̃ ἐστιν] nunc Arg. mutata quasi sentẽtia transfert] quia nõ est ipsius vniuersaliter] cũ tñ verbũ] καθόλȣ] hoc ĩ loco rectius sonet, vlis: qm ꝙ Aristo. de re ipsa ꝗ vniuersalis est, sermonem habet, eamq; opponit

ponit particularibus, & caducis.

d Sed aliquando & quodammodo] ἀλλά ποτὲ, καὶ πῶς] Arg. [sed aliquo in tempore & quodam etiam modo] idq; non inepte. Verum illud animo recondas. voces illas ποτὲ, & πῶς, esse apud Arist. precipuas, ad interimendum id quod semper est, & vniuersaliter. Nam [aliquando] cõtrarium eius est quod semper existit: item [quodammodo] eius quod vniuersaliter se habet.

TEX. XXII.

Quando autem sit] sed aliquid deest in latino codice, nam grecus legit [Ὅταν δ' ἦ τοι αὕτη] nos vero] quando autem sit huiusmodi] id. n. est referendum ad ea quę proxime dixerat. Quocirca Argir. vertit [quando autem sit corruptibilis] quod licet verè dictum fuerit, illud tamen redundare nimis videtur.

b Existente] rursus hic deest aliquid. nam grece, sic se habet hic locus [οὔσης τῆς προτάσεως] hoc est [existente propositione] sed Arg. & ipse mendosum codicem secutus, vertit [cum est illa talis] nam diuinare potius q̃ desumere sententiam oporteret: iccirco emendata greca exemplaria, vt nos transtulimus se habent.

c Non vniuersalem autem, quoniam hoc quidem erit, illud vero non erit, in quibus. quare non est syllogizare vniuersaliter, sed ꝙ nunc.] hæc verba vt translata sunt, sphinge interpretãte egere videntur. cum tamen ea Arg. paulo expressius verterit: etenim sic ille [non vl̃em, qm̃ quoddam nõ erit, eorum, qui subiecti subeunt rationem: quare fieri nequit vl̃r ratiocinatio, sed hoc in tempore tm̃.] verum sic Aristo. se habet [μὴ καθόλου δὲ, ὅτι τῶν μὲν ἔσται, τῶν δὲ οὐκ ἔσται ἐφ' ὧν. ὥστε οὐκ ἔστι συλλογίσασθαι καθόλου, ἀλλ' ὅτι νῦν.] vel forte sic, [non vniuersalem vero, quoniam eorum quibus insunt, hoc quidem erit, illud non erit: quocirca non contingit ratiocinari vniuersaliter, sed quoniam nunc] sermo enim est de subiectis, quibus insunt prædicata, quæ non semper insunt, sed aliquo tempore.

[Manifestum ꝙ s̃m ꝙ quidem tales sunt, semper sunt: s̃m vero ꝙ non semper, secundum partẽ.] a
Arg. [quo quidẽ sunt tales, hoc esse semper: quo vero non sunt semper, hoc esse particulares.] nos vero sic [constat autem ꝙ, vt quidem tales sunt, sunt semper: vt vero non semper, in parte] nam particula [κατὰ μέρος] longe melius vertitur, [in parte: vel secundum partem] quàm in particularem. Accedit ꝙ hic Arist. non de re ipsa particulari intelligit, sed de modo rei, quo est in parte. græcè vero sic Arist. [δῆλον ὅτι ἧ μὲν τοιαίδε εἰσιν, αἰεί εἰσὶν, ἧ δ' οὐκ αἰεὶ, κατὰ μέρος εἰσίν.]

TEX. XXIII.

Non est scire hoc. Et si ex veris & indemonstrabilibus mon- a

ſtratum ſit, & immediatis.] ferè omnes latini codices habent illa verba,] non eſt ſcire hoc [veluti finem p̄cedentis periodi. deinde puncto interpoſito, ſequuntur illa [et ſi ex veris &c.] quod ꝓfecto & falſam redderet ſententiã, & detruncatam. Itaq;, hęc abſoluta eſt periodus [Non eſt ſcire hoc, etſi ex veris & indemonſtrabilibus monſtratum ſit, & immediatis] græcè vero hoc pacto οὐκ ἔστι τὸ ἐπίστασθαι τοῦτο κἂν ἐξ ἀληθῶν καὶ ἀναποδείκτων δειχθῇ καὶ ἀμέσων.

TEX. XXIIII.

a Cognata eſſe [συγγενῆ εἶναι] vertit Arg. [propinqua eſſe] vel affinia, conuenientia, aut etiam cõgenita] tu vero tralationem quãdam in hoc verbo perpendito: id enim perraro Ariſto. vſurpat.

a Dico autem principia] λέγω δ' ἀρχάς] hic multiplicem ſignificationẽ adnotato huius vocis, [ἀρχαί] nam & principia rerum, hoc eſt formam & materiam, itẽ & primum motorem ſignificare poteſt. in his vero libris, & primas diſciplinarum ꝓpoſitiones, & ſubiecta ipſa. Nã Græci interdum hæc duo cõfundunt [ἀρχή, & ὑποκείμενον.] id autem ad p̄ſentis loci illuſtrationem quàm maxime videtur pertinere.

b Quæ ꝙ ſunt non contingit mõſtrare] ὅτι ἔστι] præclare Arg. [vt eſſe] nam vox illa [ὅτι] licet propoſitionum & principiorum verorum propria eſſe videatur, nonnunquam tamen & ſimplicium rerum, vt hoc in loco, eſſe poteſt: tunc enim veritatem non dicit, ſed eſſe rei. Itaq; ſic & vertere hunc locum poſſumus [quæ vt ſint, non licet monſtrare.]

c Accipitur] λαμβάνεται] Arg. [ſumitur] verbum ſignare licet, quo creberrime vtitur, ĩ his quæ perſpicua ſunt, hoc eſt per ſe cognitis. Item accipere pro contrario intelligas ei quod eſt demonſtrare.

d Vt quid vnitas] οἷον τί μονάς] particula [quid] interdũ rei eſt, interdum nominis: hoc autem in loco ceu commune quoddam vtriq; ſignificationi videtur eſſe ſumenda.

a Secundum proportionem κατ' ἀναλογίαν] vertit Arg.] ſimilitudine rationis] ſed vetus tranſlatio toleranda, vſu & conſuetudine dicendi.

a Hæc enim accipiunt eſſe & hoc eſſe] ταῦτα γὰρ λαμβάνουσι τὸ εἶναι, καὶ τοδὶ εἶναι] Argi. atque hæc & eſſe & quid ſunt] ſententiam magis ſecutus quàm põdus verbi. Hæc enim dicuntur de ſubiectis, quæ accipiuntur eſſe & quid ſint: ſed vetus tranſlatio fidelis eſt, cuius ea Arg. eſt explicatio. illud vero perpendas, [τὸ εἶναι,] acceptum fuiſſe, pro cognitione an ſit: quemadmodum [τὸ δὶ εἶναι] pro quid eſt, cur vero hãc preſſiorem fecerit illa, ex græcis authoribus eam afferre cauſam poteris, quòd rei definitio res eſt

magis terminata, quàm rei esse.

b Horum autem passiones [τὰ δὲ τούτων πάθη] Arg. vertit vocem [πάθη] affectus. nos etiam [affectiones] sed locum pcipuum non desero, qui passionem, siue affectum, siue alio quouis nomine voces, in rebus tā animatis, q̃ anima carentibus vsurpat. Nam rectum, lineæ affectio est, non minus q̃ sit risibile esse, hominis.

c Aut cubus] ἢ κύβος] cubus, qui in superioribus poterat & in magnitudine intelligi & in numeris, nunc in numeris solum est audiendus.

d Quid irrationale] τὶ τὸ ἄλογον] Arg. [quid rationis expers] item [quid ratione vacans] vtcunq; dixeris diuersa admodum ratione id intelligas in animantibus & magnitudinibus.

e Quod autem sunt, monstrant & per communia & ex demonstratis] vel etiam, [hæc autem esse monstrant & communibus & demonstratis] hic consuetudinem mathematicorū animaduertas, qui quæstiones, & theoremata bifariam colligūt, aut ex communibus principijs, aut ex his, quæ antea demonstrauerāt. Sic autem Aristo. [ὅτι δ᾽ ἔστι δεικνύουσι διά τε τῶν κοινῶν, καὶ ἐκ τῶν ἀποδεδειγμένων.

T E X. X X V.

a Omnis enim demonstratiua scientia circa tria est.] Arg. [omnis nāq; demonstratiua scientia circa tria versatur.] [πᾶσα γὰρ ἀποδεικτικὴ ἐπιστήμη περὶ τρία ἐστίν.] vetus translatio nō tam ad verbum est, q̃ & perspicua. Sed hęc tria, quibus tantopere sciētia vnaquęq; incūbit, à nostris obiecta, & Momenta scientiarū appellant: vt intelligas rectè alios vertisse [omnis. n. scientia demōstratiua tribus quasi momentis continetur.] iam autē Arist. dictione illa [περὶ] est vsus, quæ pter alias multas significationes, & hic & alibi, diligentis inspectionis, & cōsiderationis indicium est: qm̃ disciplinæ, summa ope nitūtur, vt circa hæc tria versentur.

b Cuius p se passionum est speculatiua] οὗ τῶν καθ᾽ αὑτὸ παθημάτων ἐστὶ θεωρητική] vel etiam [cuius per se affectiones contemplatur] Constat ex his scientiæ scopum esse, contemplari eos affectus, q generi subiecto insunt.

c Et communia, quę dicimus dignitates] καὶ τὰ κοινὰ ἃ λεγόμενα ἀξιώματα,] proloquia intelligit, quæ ipse assueuit appellare, ἀξιόματα. Nam ante ipsum veteres stoici omnem propositionē appellarunt ἀξίωμα, vt author est Cicero & Alex. in prioribus resolutorijs.

d Ex quibus primo demonstrāt] ἐξ ὧν πρώτων ἀποδείκνυσι] Arg. vero [ex quibus primis demonstrant] alij [ex quibus primis demonstrationes conficiuntur] ne miretur quispiam, me tantum studij ac diligentiæ ponere in latinis versionibus: id enim facio,

cio, pro eruendis altioribus sententijs. Nam cum mathematicæ demonstrationes aliæ ab initio proloquijs adstruãtur, aliæ ex his quæ iam demonstrata fuerunt, cõfirmentur, cumq; priores videantur excellere, ob id genus illarum expressit ex eo [πρώτων] hoc enim (ni fallor) puto valere ac si dixisset quæ præstantiores sunt demonstrationes. sed de his plura Proclus.

Nonnullas tñ scientias nihil prohibet quædam horum despicere] Ενίας μέντοι ἐπιςήμας ὀυδὲν κωλύει ἔνια τούτων παροράν] Arg. [nil tñ prohibet scientiarũ nonnullas, horum præterire nõnulla] vel etiã [nil tñ vetat quasdam scientias horũ nonnulla dimittere] alij [ac in quibusdã quidem scientijs non est vitiosum horum aliquid prætermittere.] locus hic, magni interest, vt recte cognoscatur, nam quæ summe sunt pspicua, ea omnino sunt prætermittenda: & alibi, hoc est diuinæ sapientiæ lib. 1. artem versari in rebus obscurioribus, non autem perspicuis asseuerauit.

f Non supponere esse] sic etiam Arg. verbum illud [μὴ ὑποτίθεσθαι] vertit, est autem, non supponere, hoc loco nobis audiẽdum, pro eo ꝙ est, silentio vti in his quæ suapte natura sunt perspicua. Quamobrem fructuosa est eorum inuersio, q̃ ait [μὴ ὑποτίθεσθαι] hoc est, non facere mentionẽ. mirificè. n. id facit, ꝓ tollendis huius loci sexcentis q̃onib⁹.

Non est aũt suppositio, neque petitio] ὀυκ ἔστι δ᾽ ὑπόθεσις ὀυδ᾽ αἴτημα] vel, [non est autem suppositio neq; postulatũ] examina causam, cur hęc duo gña principiorum vnà cõiunxit, habent. n. illud inter se cõe, vt ex suapte natura perspicua nõ sint, per quod, à proloquijs separantur. sed de his plura Proclus Diadochus. a

Quod necesse est esse per ipsũ, & videri necesse] ὃ ἀνάγκη εἶναι δι᾽ αὐτό, καὶ δοκεῖν ἀνάγκη] simili modo Arg. vel etiam [qđ & esse propter ipsum, & videri necesse est] circũlocutione indicat dignitatem, siue proloquium: nam id habet, vt per se sit necessarium, deinde vt cuilibet verum esse pateat. Quocirca recte vertitur, ab alijs] differunt autem plurimum suppositio & postulatum, ab his principijs, quę ipsa per se tantam habent fidem, vt sit necesse omnes ijs assentire] hinc rectè Theophrastus, vt author est Themist. proloquium definiebat esse persuasionem quandam. b

Extrinsecam rationem] πρὸς τὸν ἔξω λόγον] Arg. [in oratione, quæ est extra] nam illud λόγον, vertit orationẽ, sed forte minus aptè, q̃ ad præsens faciat institutum, nã de ipsa argumentatione videt̃ intelligere, cui potius rõnis nomen arridet, q̃ orationis. c

Sed ad eã quæ in anima [ἀλλὰ πρὸς τὸν ἐν τῇ ψυχῇ] Arg. [quæ est in mente] alii vero [sed ad eã, quæ d

quæ in interiore sensu] vetus tñ magis ad verbum, cęterę vero ad sententiã facilius eruendã. Nam nõ omnis anima, eiusue facultas queq; ratiocinat̃, sed mens, ac interior mentis sensus: posset & transferri hic locus [sed ad eam quæ in animæ intelligentia] verum curandum, vt scias ex his, ratiocinatiões alias animæ hoc est intelligẽtię, alias esse vocis, quę externe, corporis instrumentis concitatę, audiuntur: vis ꝑfecto magna est huiusce partitionis, & ad plures vsus accommodata.

Monstrabilia] δεικτὰ] Argy. [quod demõstrari potest] nos autem [monstrari possunt] tum ex eo quod habet Alex. in prioribus resolutorijs, qui differentiã optime assignat, inter [δεῖξιν, καὶ ἀπόδειξιν] hoc est mõstrationem & demonstrationem, nam monstrare est res latior, pressior vero, demõstrare: tũ etiã, ꝙ de principijs absoluta demſo non est, sed monstratio. Ac ex eo corruunt dubitationes plurimę: sed Philoponum in hoc negocio ꝯsulas & Them.

b Apparẽtia] δοκοῦντα] vel etiã [ꝑspicua] nã de assumptionibus ꝑsermo est, q̃ cũ discipulo verę appareãt, ab eodẽ mox approbant̃: suntq; ad illũ suppositiones tm̃. Perpende suppositionẽ aliã simpliciter dici, aliam ad hominem, & exempla in Geometria meditere. Nam de his Proclus & Ioã. Grammaticus hoc in loco.

c Aut nulla inexistente opinione, aut & contraria inexistẽte accipiat, idem, petit.] Arg. [aut postulat, si nulla prorsus discreti de hoc opinio, vel etiã contraria insit] vel aliter hoc modo [cum aut nulla fuerit opinio, aut etiam cõtraria, sumpserit idem, postulat.] sic enim ipse [ἂν δὲ ἢ μηδεμιᾶς ἐνούσης δόξης, ἢ καὶ ἐναντίας ἐνούσης, λαμβάνῃ τὸ αὐτὸ αἰτεῖται] partitio est postulati, ĩ id, de quo ambiguus est discipulus in neutram sese flectens sententiam: & in id, in quo apertè à pręceptore dissentit. Quęre hic exempla à gręcis authoribus, quando in latinis desyderentur.

Termini q̃dẽ [οἱ μὲν οὖν ὅροι] a Arg.] definitiones quidẽ] vetus tñ perplacet translatio: nam definitio, ꝓprio nomine, ὁρισμός, appellatur, per cõparationem vero & similitudinem lapidum, q̃ in finibus agrorum ponuntur: ὅρος, à gręcis dicitur. Idq; notat abunde Hammo. in quinque voces. Iccirco sic legendum, vt iampridem translatum.

Terminos autem solũ intelligere oportet] τοὺς δ᾽ ὅρους μόνον ξυνίεσθαι δεῖ] Arg. [definitiones ꝑcipiantur oportet] vulgaris ꝑfecto est trãslatio, in qua nec sententię vis subest vlla. Aliter vero sic, [terminos vero sola rationis intelligẽtia ꝑcipere oportet] ali vero, ne locus hic, negocium studiosis facessat non tam verba, q̃ & sententiam est interpretatus [definitiones tantum, vt simpli- b

 ces

ces quædam notiones animi concipiuntur] vtcūq; verteris, definitionem dicas ad eam animæ facultatem pertinere, quæ simplices solitariasq; rerum notiones suscipit: quãquam & eadem interdum, cum enunciatione inseratur euadatq; propositio, quod alibi proditum.

a Species quidē] εἴδη μὲν] Arg. [formas quidē] alij [ideas quidē] cum eñ de ideis, hoc est diuinis rerum notionib⁹, aduersus Plat. loquatur, has & formas & species æqua ratione vocare possumus: licet ea nomina in cæteris casibus differentiã quandã suscipiant, qđ in p̄sentia nō est dicere operępretiū. Verū in quo studiū ponere licet, illud est, ne ignorē, ideam esse vl'e ante multa, vt author est Hamm. in q̄nque voces. Item eã esse ὁμώνυμον quoddam ex hoc loco, nec nō posse & p̄ter multa appellari: ob id cēset Aristo. non tã à rerum gn̄atione esse arcendã, q̃ à scientia & demonstratione. sed hæc apud Plotinū, Iamblicū, Sirianum, Alcinoū, & Plat. ipsum, in Timeo, Parmenide, Epinomide minore Hippia. Extant & nōnulla ex Arist. tum in diuinę sapientię lib. 7. tū in 1. Ethi. Ex Peripatheticis, eã Simplicius & Hammo. defendunt: damnant Alex. & Philoponus.

T E X. XXVI.

a Si. n. datum est, de quo hominem verum est dicere, si & non hominem verū, sed si solū homine m aīal esse omne, non aīal autem non: erit. n. verū dicere Calliam, si & non Calliã, tn̄ animal, non animal autem nō. [Ænigma quoddã potius oraculo explicandum videtur, q̃ alia quæuis sentẽtia. scire tn̄ licet, ferè omnes codices, carere eo [πᾶν] qđ omne, vertit Boethus, totū Arg. ille autem hoc modo transtulit [Nam si datum est, id de quo hominē dicere, verum est, dabit & id ei quo nō hominē dicere verū est. sed si tm̄ hoc totum sumatur, hominē inquam aīal, non autem non aīal esse, erit etiã verum Calliã dicere, etsi non Calliam, tn̄ aīal, non autem non aīal dicere.] video ex hac versione, parum fructus, studiosis accessisse, nã vetus translatio, longe planior est, & ad verborū numerum. Verum alij, à verbis ad sententiã conuersi, sic vertunt [Nam si illa posita sit ꝓpositio omnē hominem esse animal, nō autem non aīal, etiam si illud fortasse in non homine verū esse possit, atq; adeo maneat vera ꝓpositio, accepta simul affirmatione, & negatione hominis, semp tn̄ ex illa ꝓpositione illud quod est cōcludendum efficiet, Calliã, scilicet esse aīal, non autem non aīal: licet possit non minus fortasse vera esse conclusio, si negatio Calliæ simul cū affirmatione acciperetur] si vero periculū, in re magni pōderis, & à p̄claris viris tẽtata, facere licet, & nos sententiã ipsam, posthabita verborū

reli-

religione, sic trāsferre nō recusabimus. [Esto aliq̄d, de quo hominem verū sit dicere: deq; eo affirmemus aīal esse, negemusq; non esse aīal (quod etiā de non homine dici poterit) quod ex eo sequitur vniuersum semper verū erit; Calliam. s. (licet & de nō Callia idem dici possit) aīal esse, non autem non aīal.] græcè vero sic. [εἰ γὰρ ἐδόθη καθ' οὗ ἄνθρωπον ἀληθὲς εἰπεῖν, εἰ καὶ μὴ ἄνθρωπον ἀληθές, ἀλλ' εἰ μόνον ἄνθρωπον ζῶον εἶναι, μὴ ζῶον δὲ μή. ἔσται γὰρ ἀληθὲς εἰπεῖν καλλίαν, εἰ καὶ μὴ καλλίαν, ὅμως ζῶον, μὴ ζῶον δ' οὔ.

TEX. XXVII.

a Et dialectica omnibus.] καὶ ἡ διαλεκτικὴ πᾶσαι.] sed διαλεκτικὴν, vertit Arg. differendi facultatē, nos etiā, differēdi rationem, quāquā vetus translatio ꝑspicua est. Hic non λογικὴν, intelligas, quæ sub instrumēti nomine tradita est, hæc. n. ꝑcūctari de rebus non solet oībus, sed differēdi facultatē, & rationē audias, quæ de omni proposita materia, ꝓbabili argumētatione disserit, quam Arist. copiose & accurate laudabat in 1. lib. Topic. quāq;
b veteres Academici maxime ꝓfitebant̄ ꝓbabiliter agētes. Et Soc. apud Plato. ferè semꝑ eo genere vtitur dicendi, quod ꝓ̄sertim interrogando facit, vt ex hoc constet, recte dixisse Arist. dialecticum interrogare: hæc enim fuit illius tempestatis vulgata nimium, & trita consuetudo.

Et si aliqua vniuersaliter tētet monstrare cōmunia. [καὶ εἴ τις καθόλου πειρῷτο δεικνύναι τὰ κοινά] Arg. [& siqua vniuersaliter ipsa cōmunia ostendere nitatur] pulchrè & apposite versum est illud, monstrare, vel ostēdere, non autē demōstrare, nam quæ nobis ignota sunt demonstrant̄, nō autem principia. Perpēdas & περίφρασιν illam, q̄ Arist. diuinā sciētiam, Metaphysicā vocatā, circūscribit. Hæc. n. generalis facultas est, quę ꝓloquia audet ꝯfirmare: q̄d autem inter illā & dialecticā intersit, scire poteris ex Them.

Interrogatio syllogistica] ἐρώτημα συλλογιστικὸν] Arg. [interrogatio ratiocinatiua] vel [interrogatio ad ratiocinandū idonea] veterū morem sibi ob oculos ponit, qui post interrogationes ratiocinabantur. Ea consuetudine scatet vndique Plato. b

Propositio cōtradictiōis] πρότασις ἀντιφάσεως] sic etiā Arg. Verbū ἀντιφάσεως additū est, vt intelligas, eā velle ꝓpositionē, q̄ contradictionis altera pars est.

Sed ex quibus aut monstratur aliquid de quibus Geometria est, aut ex eisdem mōstratur Geometriæ, quemadmodum perspectiua.] ἀλλ' ἐξ ὧν ἢ δείκνυταί τι περὶ ὧν ἡ γεωμετρία ἐστὶν, ἢ ἐκ τῶν αὐτῶν δείκνυται τῇ γεωμετρίᾳ, ὥσπερ τὰ ὀπτικά.] Arg. [sed aut ea ex quibus aliquid ostenditur, de q̄bus est ipsa Geometria aut ea, q̄ ex eisdem demōstrantur, ex quibus a

bus Geometria demonſtrat qualia ſunt pſpectiua] vſq; adeo mihi perplexa videtur hęc verſio, vt ad aliam cõuerti mihi neceſſe eſſe videatur. [Sed ex quibus ea oſtẽduntur, quę ad Geometriam attinent, aut ex eiſdem Geometrica rõne monſtrantur, quemad modũ pſpectiua.] vult.n. pprias eſſe geometrię interrogationes, ex quibus aut in ipſa demonſtramus res geometricas, aut demũ illas, quę à Geometria fidem & confirmationẽ ſuſcipere ſolent.

a TEX. XXVIII.

Qm̃ autem ſunt Geometricę interrogationes, ſunt ne igitur & non Geometricę?][ἐπεὶ δ᾽ ἐστι γεωμετρικὰ ἐρωτήματα, ἆρ᾽ ὅτι καὶ ἀγεωμέτρητα;] de tribus queſtionibus, hęc prior eſt. Quã ſic Argy. [cum autem Geometricæ interrogationes ſint, ſunt ne & ageometricę?] ſecunda q̃ſtio eſt, [& iuxta vnãquãq; ſcientiam, q̃ ſecundum ignorantiam qualẽcũque geometricę ſunt?] [καὶ παρ᾽ ἑκάστην ἐπιστήμην τὰ κατὰ τὴν ἄγνοιαν τὴν ποίαν γεωμετρικά ἐστι.] Hanc autẽ ſic vertit Arg. [& interrogationum eę, quę ab ea pdeunt ignoratione, quę eſt diſpoſitio, geometricę ne ſunt, an nõ? & in quacũq; facultatũ ſilr] Tertia atq; extrema eſt, [& vtrũ ſm ignorantiam ſylls, qui ex oppoſitis ſyllogiſmus, aut paralogiſmus?] καὶ πότερον ὁ κατὰ τὴν ἄγνοιαν συλλογισμὸς, ὁ ἐκ τῶν ἀντικειμένων συλλογισμὸς, ἢ ὁ παραλογισμὸς] eam hoc pacto exprimit Arg. [pterea vero ratiocinationum ab ignoratione pficitur, ea ne quę ex oppoſitis cõſtat, an ea quę conſtructa vitioſe eſt?] dedi operã, vt contextus hic appoſite & dilucide in partes iret, ea ſanè de cauſa, vt intelligeres minus fidei eſſe adhibẽdũ ijs qui primã, ſecundãq; queſtionem in vnam adeo connectunt & conculcant, vt nec verborum, neq; ſententię curã habuiſſe videant. Innumera tñ ſunt, quę ex gręcis fontibꝰ ducta, ad hunc locũ pertinere vidẽtur. Primum interrogationes & proprias in quocũq; genere ſciẽtiarum reperiri, & alienas omnino, hoc eſt à ſcopo illarum remotas: id autẽ ex priore qõne pẽdet. Deinceps ex ſecũda, colligas, interrogationes nõ tã fieri ex peritia artis, q̃ ex eiuſdẽ ignoratione: tũ ignorationem duplicẽ eſſe, hoc eſt ſimplicis negationis, prauęq; affectionis. Ex tertia vero queſtione, percipies, ſylľm ex ignoratione duplicẽ extare poſſe, hoc eſt vel eũ qui falſis aſſumptionibus colligitur, vel qui fallax omnino eſt, & certãdi ſtudio cõparatus, quem παραλογισμὸν, appellat. Perpende & eodem ordine reſponſa ſubiungi, quo & ipſę diſtributę fuere qõnes. tota hęc pars ſic quoq; trãsferri põt: [cũ vero geometricę q̃dã ſint interrogationes, ſunt ne igiť & q̃ nõ geometricę dici poſſint? Et q̃ ex imperitia qualicũq;, ſm quãli

bet sciētiā efficiunt, sunt ne geo metricę? Et vtrū, q̄ ignorationē parit rōcinatio, ex contrarijs cō fecta est argumētatio vocāda, vel poti⁹ vitiosa?] de his plura vide in Topi. lib.1. Irrhythmicū] τὸ
a ἄρρυθμον] absq; rhythmo] Argy. [absq; forma, siue informe] id mi nus à doctis ꝓbatur. magis vero si dixeris [absq; numero] vel etiā [nō numerosū] inepte si dixeris [absq; sono] quid vero sibi velit rhythm⁹, quot ei⁹ genera, quarū rerū ꝓprius, in qb⁹ reperiri pos- sit, nū ipsius sit motus forma, an potius ordo motus breuis ac lō- gi, siue potius celeritatis ac tardi tatis, vtrū in sonore consistat mu sicorū instrumentorū, an potius è motu corporis in apta & cōcin na manuū, & pedum moderata quadā ratione eleuandi, ac depri mendi, quove pacto in carmini- bus poetarū cōsistat voce, gestu, motu, metro & tēpore, p̄terea si substantiarū qualitas sit, an quā- titas, aut esse citra omnē substan tiā concipi possit, q̄ eius differē- tię, à quib⁹ causis efficiat̄, q̄d ipsū sit suscipiēs materia, quo potissi mū conseruet̄, quoue eius contra rio tollat̄, nō est in p̄sentia nobis differendū, tū q̄a breuitati stude re (quā hoc in loco delegimus) non esset: tū q̄a nobilis hęc disce ptatio, nō minus Plat. q̄ Dion. & Arist. in Poetica excitaret, atque alios. Tu vero si accuratius isthęc cognoscere desyderas, ad illa ip- sa te cōmentaria recipias q̄ scri- psere in Poeticā artem nostrę ęta tis viri sane q̄ doctissimi, & de Aristotelica eruditione, politio- ribusq; literis benemeriti oēs.

TEX. XXIX.

In mathem. vero] ἐν ᾧ τοῖς μα a θήμασιν.] sic etiā Arg. Alij vero in doctrinis ac disciplinis] vel etiam tm̄ sic [in disciplinis vero] constanti ducor opinione, vt cre dā ex hoc cōtextu excitari homi nes ad cultū dialecticę artis: qm̄ nullā extare inq̄t disciplinā, quę fallaci ac vitiosa vtat̄ rōcinatio- ne: quasi velit neminē absq; dis- serēdi rōne ausū fuisse tētare do ctrinas, qđ & in Philebo & alijs ĩ locis persępe Plato testatus est.

Qm̄ mediū est semꝑ quod du- b plex, de hoc.n.omni, & hoc rur- sus de alio dicit̄ omni, quod autē p̄dicat̄ non dicitur oē.] Arg. ver- tit [q̄a medium est semꝑ duplex, nā alterum extremorum de hoc omni, & hoc rursus idētidem de altero dicit̄. atq; pręd icatū non dicit̄ omne.] constat ex eo qđ di- xit disciplinas & sciētias vti pri- mę figurę artificio, id qđ paulo post fusius est dicturus. cōstat & terminationē vniuersalē affirmā tem haudquaquā termino p̄dica to posse adnecti: qđ in lib. de In- terpretatione docuerat sectio.ij. Hinc habeas, integrā exposuisse, atq; absolutam formā, eorū syllo gismorū, quibus disciplinę vtun tur. nā & figurę tribuit artificiū & ꝓpositionū modum. grece ve ro sic res se habet [ὅτι τὸ μέσον ἐστι

ἔστιν ἀεὶ τὸ διπλόν. κατὰ γὰρ τοῦ παντός, καὶ τοῦτο πάλιν κατ' ἄλλου λέγεται παντός. τὸ δὲ κατηγορούμενον οὐ λέγεται πᾶν.]

c Ac si intellectione viderētur] οἷον ὁρᾷν τῇ νοήσει] Argy. [hæc autem cernere licet, quasi mētis ꝑceptione] vel etiam [ceu intelligentię luminib⁹ perspicerent] valet autē hoc (vt puto) ac si diceret, hęc esse adeo nobis perspecta, vt minimo negotio cognosci possint. Estq; trāslatio, huic loco satis opportuna: nā intelligētia seu mente videre, trāslatum est, quemadmodū si quis se quippiā oculis intelligere dicat. Poteſtq; ea dicendi forma ad metaphoras referri, quas in arte Poetica, analogas vocat. Et tu quære locum.

d In rationib⁹ vero latet] ἐν δὲ τοῖς λόγοις λανθάνει] Argyr. & vertit & explanat, vt sui ferè moris est [in disserēdo vero facultatis disceptationibus latet.] alij vero, [inter disputandū incertū est.] aut etiā [in dissertationibus latet] nam hoc in loco λόγους, eas intelligit disputationes, quæ à dialectica ratione ducuntur.

e Quid autē carmina circulus?] τί δὲ τὰ ἔπη κύκλος;] carmina extare circularia, ostēdit hic Philoponus, testificatione ex eo Epigrāmate, accepta, qđ Midę regis sepulchro affixū fuerat. Id autem ex eo desumere poteris. Verū & circulares versus eos omnes appellat Pierius ī Hieroglyphicis, q̄ in eadem verba à q̄bus initiū sumpserunt, tandē ferunt, ac desinūt, cuiusmodi est apud Catullum Epigramma in Mamurrā & Cęsarē, in annales Volusij, in Nonium Strumā. Id q̄ verū sit (parcant amicissimi hominis manes) haud facile video. Nam repetitio potius ea mihi videtur quā circulus. Itaq; ea carmina circuli potius similitudinem & rationem continere dixerim, apud latinos, quæ in seipsa commeant atque recurrunt, hoc modo,

» Laus tua non, tua fraus, virtus non, copia rerum
» Scandere te fecit hoc decus eximium.

flectuntur enim si dixeris,

» Eximium decus hoc fecit te scandere rerum
» Copia, non virtus, fraus tua, non tua laus.

Item & carmen illud, in tēplo D. Marci Venetiarū, qđ in seipsū recurrens, & in contrariam sentētiam iens, sacrificiū Chayn, & Abel, artificiosa magis ratione q̄ eleganti, significare videtur.

» Sacrum pingue dabo nec, macrum sacrificabo.

id autem sic vertitur,

» Sacrificabo macrum, nec dabo pingue sacrum.

a Instantiā] ἔνστασιν] Arg.] Inficiationem] alij [occursum] item [obiectionē] perpende vero, hoc in loco ἔνστασιν, siue instantiam, velle id notare, qđ apud veteres, in disserendo, q̄ maxime erat in vsu. Nam cum quis, vitiosam adstrueret

struerent argumentationem : respondentis partes erant, instantiam afferre : vtrum vero hæc ad pfalsam assumptionem, an potius ad ipsam conclusionem tenderet, iudicat Philoponus, hoc in loco, diligenter. Vide & quæ scribit Aristote. lib. 2. Topic. de hac ipsa inficiatione.

a Quod ignis in multiplicata proportione] ὅτι τὸ πῦρ ἐν τῇ πολλαπλασίονι ἀναλογίᾳ] Arg. [ignem gigni multiplicata ratione] quid autem sibi velit, hoc quod est fieri in ratione multiplicata, & quo pacto contingat, in ea re hallucinatio apud Mathematicos qui rem ipsam hanc interdum ignorant, vide Philoponum hoc in loco: & alia ex Alex. Procliq; sentẽtia: nam hæc quęstio maximè numerorũ propria est. Hinc & illud cogita, nõ semper vitiosam esse eam, quæ alicui videtur, argumẽtationem, quẽadmodum neq; omnis, quę videtur inculpabilis, culpa vacat.

Resoluere] ἀναλύειν] alij legunt [dissoluere] ego vero mallem veterem translationem. Sũt enim ἀνάλυσις, siue resolutio, & διάλυσις, hoc est dissolutio, res omnino diuersæ. nam quod dissoluitur, etiam resoluatur necesse est, contra vero fieri potest vt resoluatur quippiam, quod tamen continuo non dissoluitur. Themistius vero, quid hoc in loco resoluere significet, apposita ratione contendit afferere, ait. n. id esse, cõstituta iam cõclusione, quęrere principia & assumptiones, à quibus illa colligitur. Sed de hac ipsa resolutione, plura pscribit Alexan. & Philoponus in priora resolutoria: nõnulla quoque Hammo. in quinque voces.

In disputationib⁹ [ἐν τοῖς διαλόγοις] Arg. [differendi facultate] alij [in mutuis sermonib⁹] vel etiam [in dissertationibus] sunt autẽ hę orationes in quibus disserendo, vicissim alloquimur.] a

Augentur autem non per media] αὔξεται δ' οὐ διὰ τῶν μέσων] Arg. [accrescit etiam ratiocinatio non per media] vel [non augent autem media] sermo erat de disciplinis, quæ ratiocinando non colligunt cõclusionem pluribus medijs, sed solo ac simplici: contra dialectica ratio, pluribus medijs, ad eandem conclusionem adhibitis, ratiocinatur.

Sed eo quòd assumunt] ἀλλὰ τῷ προσλαμβάνειν.] Argy. [sed assumendo] alij & non inepte quidem [sed in directum excurrunt] vel etiam [sed eo ꝙ colligunt] disciplinæ, cum careant copia mediorum in eadem conclusione confirmanda, ob id nequeunt plura congerere ad eandem rem, argumenta: verum augent media, vel recta ratione, vnum post aliud docentes, vel obliquo quodam ductu, in oppositas partes procedentes. Constat itaque omnem mediorum multiplicationem triplicẽ esse c

esse in vniuersum, p media, colligendo in latus eũdo, ex quibus duę postremę ad ipsas pertinent disciplinas, prior vero ad dialecticum vnà cum cęteris spectare videtur, authore Philopono.

TEX. XXX.

a Quòd vero differt, & ꝓpter q̃d scire] τὸ δ' ὅτι διαφέρει, καὶ τὸ διότι ἐπίστασθαι] Arg. differt aũt scire esse, & ꝓpter quid est] vel etiam, [ꝙ vero res sit, differt & quamobrem sit, scire] vtcũq; verteris, ita se prorsus res habet, differentiam extare magnam inter ꝙ & ꝓpter quid. sed illud ἐπίστασθαι, hoc est scire, mihi magis placet, vt cum propter quid iungatur, q̃ cum, ꝙ: & est ratio huius: nam q̃ mordicus defendunt demonstrationem ꝙ, non gignere scientiã, hi minus Arg. versionẽ ꝓbarẽt, dicerentq; mirificè adiectã fuisse particulam, scire, cum ꝓpter quid, vt differentia hoc modo se habeat, differt ipsum, ꝙ, à sciẽtia propter quid: non autem differt sciẽtia ꝙ, ab ea quæ est ꝓpter q̃d. Ego vero ĩ hoc, aut parũ, aut certe nihil ponderis facio, cum alio in loco, vt mox ostendam, dicat scire quòd. Itaque nobis liceat aliorum vestigia premere, & ad libitum transferre hunc locum.

a Eorũ quæ conuertunt̃] τῶν ἀντιστρεφόντων] alij [eorũ q̃ retro cõmeãt] alij [eorum q̃ reciprocant̃.]

b Eorũ quæ conuersim p̃dicant̃] τῶν ἀντικατηγορουμένων.] alij [eorum quæ mutuo dicuntur] aut etiam [eorum quę vicissim afferuntur] sed in hoc ingenium expolitum & ad præclara natum, vim nullam poneret. veniam tamen mihi dilargiantur studiosi, quando in hisce castigationibus, consilium meum non erat, vt altiora explicarẽtur, sed vt versionem Aristotelicorũ verborum, penè obrutã & vetustate deprauatam, non nihil venustatis & leporis acquirere posse ostenderẽ: p̃sertim cum expolitam videã hisce tẽporibus philosophiam illustrium ingeniorum diligẽtia, vt non temere mihi videar posse affirmare, breui fore tẽporis spatio vt rerum cognitio cum ratione dicendi coniungatur. Quod si huic labori meo aliquid studiosorum gratiæ conciliabitur, maiora à me sunt onera, & alacri quidem animo, suscipienda.

Planetæ propè per id quod nõ c
scintillãt] οἷον ὅτι ἐγγὺς οἱ πλάνητες διὰ τὸ μὴ στίλβειν.] Argy. [vt vagas stellas esse propè, quia non micant] vel [vt errantes stellas, ex eo ꝙ nõ micant, ꝓpe esse.] Perpende hoc exemplum, quod videtur pertinere non solum ad naturalem sciẽtiam, sed & Astrologiam, atque opticam: dubitaq; num hæc demonstratio transeat de vno genere ad aliud, vt primo occursu videtur.

Euenit autem & per alterum, a
monstrari alterũ.] Ἐγχωρεῖ δὲ καὶ διὰ θατέρου θάτερον δειχθῆναι.] Arg. fieri autem potest, vt per alterum

terum

terum alterum ostendat.] vel [cõtingit autẽ alterum ex altero ꝓbari] ex q̃bus verbis non arbitrere, circulum, quẽ tantopere refutauit in superioribus, nunc asserere. Est n. reciprocatio in diuerso genere demonstrandi, q̃m ab euẽtu primũ ferimur ad causam, deinceps à causa ad euentum retrocedimus. At circulus, qui confutatus est, à veteribus ipsis constituebat̃ in demonstratione simpliciter, & ob id iure repulsus. Indicio est, hic noluisse demonstrationem absolutam, quoniam verbũ sumpsit δειχθῆναι, quod est monstrari, siue ostendi: latius quidem, quàm demonstrari.

a Quod sphærica ꝑ augumenta] ὅτι σφαιροειδὴς διὰ τῶν αὐξήσεων] Arg.] ꝙ per accretiones rotunda] vel etiam [Quod globosa ex incrementis.

a Extra ponit̃] ἔξω τίθεται.] eodẽ modo & Arg. vel etiã [extrinsecus petitur] nã extra ponere, siue extrinsecus medium petere, est longius ipsum suscipere. de qua re, copiose hic Philop. & Alex. Ego tñ qui nulla re sum cũ illis comparandus ausim dicere, medium esse extra, quia à rei natura sit alienum, ac ferè ꝭm accidens. nã quæ rei siue naturam siue substantiã indicant, ea docuit esse propria & congenita, cõtra vero cõmunia, & longius petita.

b Vt si negatio est causa ipsius nõ esse, affirmatio causa est ipsius esse.] οἷον εἰ ἡ ἀπόφασις αἰτία τοῦ μὴ ὑπάρχειν, ἡ κατάφασις αἰτία τοῦ ὑπάρχειν] Argy.] si negatio causa est non essendi, affirmatio causa est essendi] alij [si negationis causa est, negatio, & affirmationis affirmatio.] forte sic etiã [si negatio causa est inficiandi, affirmatio causa est asserendi] sed vide Philoponi dubitationem, ad hoc spectantem.

Secundũ excessum] καθ' ὑπερβολήν.] Arg. [per exuperationẽ] alij [per Hyperbolẽ quandã] alij [ꝑ abundantiam] vetus tñ lectio sane q̃ opportuna valde videtur. Ea. n. excedunt, quæ causam rei superãt, quæ à propositi ratione sunt remota, queq; longius petita videnẽ. Vt etiam illud, præter Arist. exemplum Anacharsidis, cur Dion passus est naufragium? respondit alter, ob id, quòd arbores sunt ortæ. Arbores inciduntur postquam natæ sunt & educatæ, ex his sectis constructa nauis: hac parata conscendit Dion, cœpitque nauigare, tandem ille est vndis obrutus. c

Vt sit alterum sub altero] ὥστ' εἶναι θάτερον ὑπὸ θάτερον] eas vult disciplinas, quas passim vocãt, nostri homines subalternas. Eas Argy. expressit sic [quę ita se se habent, vt altera sub altera collocetur] id euenit disciplinis illis, sub quarum subiecto, alterius subiectum continetur. a

Vt ꝑspectiua ad Geometriam & Mechanica ad Stereometriã, & Harmonica ad Arithmeticam b

&

& apparentia ad Aſtrologicam.] οἷον τὰ ὀπτικὰ πρὸς γεωμετρίαν, καὶ τὰ μηχανικὰ πρὸς στερεωμετρίαν, καὶ τὰ ἁρμονικὰ πρὸς ἀριθμητικήν, καὶ τὰ φαινόμενα πρὸς ἀστρολογικήν.] Verum nomina harũ diſciplinarũ ſic vertit Arg. [vt ad Geometriam Perſpectiua, & ad ſolidorum ſciẽtiam machinarum facultas extruendarum, & ad Arithmeticam Muſica, & ad Aſtrologiam ſeſe habet eorũ ſcientia, quæ apparent] & aliter ſi placet hoc modo[vt Optica ad Geometriam, & Fabrica ad Stereometriam, & Muſica ad Arithmeticam, & q̃ apparent ad Aſtrologiam.] hic.n.ex his verbis ordinem diſciplinarum octo intelligis, quæ ita ſeſe habent, vt altera ſub altera collocet. Quæ autẽ ſit Geometria, Optica, ſiue etiã Perſpectiua, Arithmetica, Muſica & Aſtrologia, ſatis conſtare video. Quid autem per illud, μηχανικὰ, voluerit, quidq; etiam per στερεωμετρία nec non τὰ φαινόμενα, nõ adeo perſpicuum eſt, vt in eorũ explicatione ſtudioſi non ſint cõmonefaciendi. Eſt.n. μηχανικὰ, ars illa & cognitio extruendarum ędium atq; aliarũ rerum, quã architecturã trito iã nomine vocant, niſi potius eam partem philoſophiæ velis, quam complexus eſt in eo lib. qui mechanicarum inſcriptus eſt q̃ſtionum. στερεωμετρία, vero eſt corporũ ſiue dixeris ſolidorũ, ſcientia. Cum.n. Geometria lineas & ſpatia tm̃ extimet, ad ipſam ſtereometriam corpora, pertineant neceſſe eſt. φαινόμενα, notant ea quæ viſuntur & apparẽt cum in aere, tum in cœlo, quorũ magna pars ad nauigandi pertinet diſciplinam, quę ventorum, ac ſtellarum ortus & occaſus rationem diſquirit. Ferè autem vniuocę ſunt nonnullę iſtarum ſcientiarum, vt Aſtrologia & quę Mathematica, & quę Nauiſica, atque Harmonica, & quę Mathematica, & q̃ ſecundum auditum] σχεδὸν δὲ συνώνυμοί εἰσιν ἔνιαι τούτων τῶν ἐπιστημῶν. οἷον ἀστρολογία, ἥτε μαθηματικὴ καὶ ἡ ναυτικὴ, καὶ ἁρμονική, ἥτε μαθηματικὴ, καὶ ἡ κατὰ τὴν ἀκοήν] Arg. [Atque harum nonnullę ſcientiarũ, nomine, ratione vt ferè conueniunt, ceu Aſtrologia eſt, & quæ Mathematica, & Nauigandi ſciẽtia: & Muſica ea eſt q̃ Mathematica, & quæ auditum oblectat] locum p̃clarum p̃pendas vbi ſcientias, q̃ ferè extant ſynonimæ, recenſet. Altera.n. & quidem latinorum interpretum extitit explanatio, velle diſciplinas ſex, hoc eſt tres ſubiecti continui, ac totidem diſcreti: cõtinui, Aſtrologiam, Mathematicam] hoc eſt Geometriam & Nauticã. Diſcreti vero Muſicam, Mathematicã, hoc eſt Arithmeticam, & vocalem Muſicam. ſubtilis ſanè interpretatio, ſed quæ non ita facile ſuſtineri poſſet, nam illud quęrendum, cur ſtereometria in

eo ordine fuerit pretermissa, nec non optica, cum hę duę de continuo perpetuam faciant mentionem? At lõge apertius, meliusq; Græcorum vult interpretatio, ni fallor, quæ ait, sinonimiam explicare inter Astrologiam Mathematicam & Nauticam, tum etiã inter Musicam Mathematicam, & q̃ in sonore instrumentorum versat̃. Cur vero dixerit, σχεδὸν, hoc est, ferè, vide Philoponum, & rationem quære. Itaq; sic etiã libeat transferre [ferè autem sinonimæ sunt harum sciẽtiarum nonnullę: quemadmodũ Astrologia Mathematica, & quę Nautica. Tum Musica etiam Mathematica & quę ad aures pertinet] Ex his constat duplicem esse Astrologiam, alteram, quę cœlestium rerum cognitio est, per se se: aliã vero, quæ peritia nauigandi appellatur. Item Musica duplex, cõtemplatrix, s. quæ numerorũ tantum rationes disquirit, tum ea, quę vocum, sonorumq; modulaminibus, artificiosa ratione adhibitis, aures demulcet. Ad hoc ipsum pertinent ea, quę scribit Boethus in suo de Musica li. statim ab initio. Nec te fugiat, Aristo. hoc in loco sinonimiam tradere inter disciplinas contemplatiuas, & eas quę ad praxim spectant, quę licet tantopere differant, pulchrum tamen fuit explicasse in quo conueniant.

a Quòd quidem sensitiuorum est scire] τὸ μὲν ὅτι, αἰσθητικῶν εἰδέναι.] sententiam opportune transferunt alij, sic [Quòd res sit, est eorum, qui eas artes exercent, quę sensuum iudicio continentur.] Argyr. [ipsum quidem esse ad eos pertinet scire, qui sensu vtuntur] vel] ad sensitiuos quidem, quòd ipsum; cognoscere spectat] collige disciplinas alias esse Mathematicas, alias sensitiuas, causamq; perquire ex Themistio, & Philopono.

Non aduertunt] ἀνεπισκεψίαν] non animaduertunt] non de ea re cogitant] vel etiam, [non animum adhibent] hoc verbum quęstionem arduam in primis, atque difficilem tollit, quo modo effici illud possit vt quis sciat vniuersale, & particularia ignoret, si vniuersalis cognitio, particularium est similitudo, sed de his copiose in commentarijs nostris. b

Se habet autem & ad perspectiuam, vt hęc ad Geometriam alia ad hanc, vt quod est de iride [ἔχει δὲ καὶ πρὸς τὴν ὀπτικὴν ὡς αὕτη πρὸς τὴν γεωμετρίαν, ἄλλη πρὸς ταύτην, οἷον τὸ περὶ τῆς ἴριδος. [pręclarè quidem Argyrop. & apertè hoc modo [vt autem perspectiua se se habet ad Geometricam, sic alia sese habent ad perspectiuam, veluti de iride] vel etiam, [quemadmodum ad Geometriã refertur optica, pari modo & alia ad hanc ipsam opticam se se habet. a

habet.

habet, vt quod eſt de iride]artificioſe explicat, ſubiectis diſciplinis alias adhuc inferiores ſubijci, vt conſtet eandē dici facultatem ſuppoſitā ac ſuperpoſitā, ad diuerſa tñ relatā. Locus hic materiā dedit Alex. & Proclo diſſerendi, an hæc, quæ opticæ ſubijcitur diſciplina ſit Specularis, vel Naturalis, iccirco lege Philoponum, quem non temere mihi videor poſſe affirmare, palmam ĩ hoc certamine grecis alijs ſcriptoribus arripuiſſe. Et illud cogita an Theorema de iride, cū optica ratione demonſtratur, tranſcēdat de genere in genus. Item num ad Theorema hoc ipſum ratione egeamus etiam Geometrica, quaq; ratione ſolū de optica mentionem fecerit. Sed de hac re copioſe Olympiodorus.

b Aut ſimpliciter, aut ſecundum Mathematic.] ἢ ἁπλῶς ἢ κατὰ τὸ μάθημα] ſic vetus tranſlatio. alij [aut ſimpliciter, aut ſecundum diſciplinam] Arg. [aut ſimpliciter, aut eius qui cōplectitur Mathematicam. [locum hunc difficilem iure arbitratur Philoponus. Nam ſi de ſpeculari id intelligatur, quod voluit Proclus, iā ipſe non ſimpliciter eſt opticus, ſed ſecundum diſciplinam, quæ eſt de iride. verum ſi de ea parte naturalis ſcientiæ, quæ de iride diſſerit, id audias, tum aſſuetus tunc interpretari ſecundum τὸ μάθημα, hoc eſt Geometriā: qm̄ naturalis & ex optica & Geometrica ratione Theorema de iride colligere ſolet. Quod & Olympiodorus non negat. Accedit ꝙ paulo antea, ſupremas Mathematicas, diſciplinas vocauit: vt ſenſus ſit, Naturalem aſſumere cauſam theorematis de iride, ſiue ab optico ſimpliciter, ſiue etiā à Geometra: quoniam Geometrica ratio, poſtremam videtur in eo caſu facere reſolutionem.

Vt medicina] οἷον ἰατρικὴ] totum pro parte, figuræ quadam ratione, intelligit. Nam pro medicina Chirurgiam intelligas: quæ pars de ſolutione continui tractat diligenter. Contende tamen, quantum ingenij vires ferre poſſunt, num hæc demonſtratio, cuius Theorema medicum eſt, medium vero à Geometria, ductum, tranſitionem faciat in ſcientijs: item num Ars ſcientiæ ſubijci poſſit demonſtrādo: quod exemplum de vlceribus videtur aſſerere, res tamen alioqui perdifficilis, vt vix ſuſtineri poſſit. Quo autem id modo dici queat, in commentarijs noſtris aliquando, copioſius perſequemur. c

TEX. XXXI.

Condenſantur & augentur] καταπυκνοῦται καὶ αὔξεται] quā quidem partem eſt interpretatus Arg. denſantur atque accreſcunt vel coagmentationem, & multiplicationem ſuſcipiunt.] docte mehercle & dilucide quidam noſtris hiſce temporibus de liberalibus diſciplinis benemeritus a

meritus, sed (vt ille ex instituto profitetur) magis ad sentẽtiam, q̃ verborum numerum prospiciens vertit [quæ in dissoluendo fit coagmentatio & in multitudinem quandam propositionum accessio.] verbum autem καταπυκνοῦται translatum dici potest à rebus corporis molem habentibus, ad media, secũdum rationem in ratiocinatione cõstituta.

a Indiuidue] ἀτόμως] sic etiam Arg. sed alij [cõtinuo] vel etiam [absq; medio] diu multumq; à studiosis efflagitatum est hoc in loco, cur indiuiduas potius propositiones negantes q̃ affirmantes doceat cognoscere: sed græcorum hominum singulari industria diluitur hęc dubitatio, Philoponi præsertim.

a Ex coordinationibus] ἐκ τῶν συστοιχιῶν] Arg. [ex dispositionibus] quę translatio parum aut nihil fructus habet. Sed hęc pars ab alijs latine reddita est, [ordinibus & quasi classibus rerum] verbis sanè elegantibus & proprijs, at quæ nonnihil redundent. forte etiam [ex rerum distributionibus.]

T E X. XXXII.

a Ignorantia.] Ἄγνοια] Arg. [ignoratio] alij [inscientia] vel etiam [imperitia] res nota est, & quã maior pars hominũ profitetur. id exploratũ habe, inscitiã, esse habitum sciẽtię oppositum, siue potius scientię priuationem dixeris: hæc syllogismo imperitiæ comparatur, qui demonstratiuo priuatoria ratione opponit.

b Secundum dispositionem] κατὰ διάθεσιν] sic etiam Arg. alij vero malunt [affectionem] quod cum græcam vocem non ęquet, ob id alius accurate vertit [ex certa quadam affectione] quam alij explanantes, vocant [prauam affectionem] tu rem diligenter expende, non solum vim verbi. Hęc enim imperitia est, quæ falsa vt plurimum ratiocinatione cõparatur. Quam etiam malum habitum vocant.

c Deceptio.] ἀπάτη. Alij [error] siue] Hallucinatio] Hinc syllogismus decipulosus, & hallucinatorius qui insciẽtiam parit. vel etiam [falsa opinio.]

d Suspicionem.] ὑπόληψιν.] Argy. longe melius [existimationẽ] alij non inepte [opinionem] in more positum est semper apud Arist. vt verbũ illud [ὑπόληψις] aut inconstantem animi perceptionem significet, aut etiam fallacem cognitionem.

T E X. XXXIII.

a Quo modo insunt vnicuique generi nonnulla, & si non separabilia sunt, ſm q̄ tale vnumquodq;.] ὅτι ὑπάρχει ἑκάστῳ γένει ἔνια, καὶ εἰ μὴ χωριστά ἐστιν ᾗ τοιονδὶ ἕκαστον.] Arg. [inesse inquam nonnulla generi cuiq;, & si non separabilia sunt, & vnumquodq; est tale.] quæ translatio breuior videtur Aristotele ipso. Nõnulli id de gręco vertũt, non tam

tam apposite, quam etiam elegãter, [& quãquam hę res hoc ipso ꝙ ad sensum traducunt non iam quasi abiunctę, separateq́; intelliguntur, semper tñ in ijs aliqua insunt, q̃ non nisi hac ratione manifesta fieri possunt] nos vero, etiã aliorum iudicium non reformidabimus, dicemusq́: [qua ratione vnicuiq; generi q̃dã insunt, quãquã hæc separari nõ possunt, vt tale est hoc vnumquodq;] intelligit de his rebus q̃ per sequestrationem dicuntur, q̃ cum sensu perceptæ non videantur abiũctę, inductione tñ ipsa patefiunt. Tu diligenter considera, ne huiusce loci obscuritas sit studiorũ tuorum fructum retardatura.

TEX. XXXIIII.

a Et qui monstrare potest.] καὶ ὁ μὲν δεικνῦαι δυνάμενος] Arg. [& q̃ ostendere potest] vel etiam, [& q̃ asserere potest] sępe. n. animaduersum est, verbũ δεικνῦαι, esse potius ratiocinationis, vel dialectici munus q̃ demonstrantis: cuius propria res est ἀποδεῖξαι tu isthęc recte ꝑcipias, vt monitus ꝓprietatem Aristotelis sequare.

a Secundum opinionem igitur syllogizantibus & solum dialectice.] κατὰ μὲν οὖν δόξαν συλλογιζομένοις καὶ μόνον διαλεκτικῶς] Argy. [Si igitur probabiliter, solumq́; disserendi modo ratiocinari volumus] quam versionem vt non improbo, ita neque valde probo. Quãquam. n. singula verba pro singulis non sunt superstitiose reddenda, sed potius sententiæ sententijs sint accommodandæ, quod eruditi ferè omnes sentiunt, attamen in vertendis disciplinis interpretatio ita temperanda est, vt minus, q̃ fieri possit, redundare nostra patiamur. Quocirca sic mallẽ vertere [itaq; ꝟm existimationem ratiocinantibus, ac solum dissertatorie] ac neque frigide sententiam vertit alius sic [atq; ijs quidem qui suas conclusiones ad opinionem dirigunt & dialecticè tantum disputant] Est autem δόξα, existimatio & opinio, habitus permutabilis, & ꝓpterea scientię contrarius, q̃ mutari nõ potest, & ob id ratiocinatiõe dialectica cõparat.

Probabilissimis] ἐνδοξοτάτων] b Arg. [è q̃ maxime probabilibus, verisimilibusq́;.] Ego in ea semper fui sententia, vt duplicatio verborum in disciplinis vertendis sit fugienda: præsertim vbi verbum verbo expressum & cõparatum reddere possumus: in cæteris vero sat est seruare modum. Nam quid etiam habet hic probabile cum verisimili? Itaque sufficiat dicere, [q̃ maxime probabilibus] quod & alijs viris bene doctis vertisse aliquando non displicuit. Quæ vero hæc sint, q̃ maxime probabilia, lege. 1. lib. Topicorũ, hæc. n. sũt, quæ omnibus videntur: minus verò probabilia ea esse constat, quæ sapientiores tantum admittunt, genus vero inter vtrumq; medium eorum

rum

rum eſt, quæ plurimis videntur veriſimilia. tu ſi probabile à veri ſimili ſeiungere noueris ex his quæ habet Ariſto. in libris de ratione dicendi, immenſum planè fructum percipies.

a Sed hoc quidem, vt accidens illud vero vt prædicamentum.] ἀλλὰ τὸ μὲν ὡς συμβεβηκός, τὸ δὲ ὡς κατηγορία] Arg. vertit [ſed alterum per accidens, alterum vero natura] ſic enim factum eſt vt κατηγορία, nomen naturę acceperit. Id autem qua ratione dixerit, vix, ac ne vix quidem excogitare poſſum. Quidam vero & dicendi & interpretandi vir ſatis peritus, ſententiam vertit [ꝙ vna eſt per accidens, altera propria ac per ſe attributio] nam omnis attributio vel per ſe eſt, vel ex accidenti. Ego vero qui veterem tranſlationem tantum caſtigationibus emendare, nō autem totum Ariſto. de græco vertere, enitor, quantum ſterilis mea patitur induſtria, ſic transferrem, [ſed hoc quidem vt ex accidēti, illud vero vt ex rerum ordine.]

Contigua] ἐχόμενα.] Argyr. [inter ſe ſe hærere] alij [quę continenter ſe ſe ſequuntur] vel [conſequentia] ſed carbones pro theſauro non indicabo: hæc enim peruulgata ſatis & perſpicua ſunt.

TEX. XXXV.

Quod autem in illis logice q. dem ſpeculantibus] ὅτι δ᾽ ἐπ᾽ ἐκείνων λογικῶς μὲν θεωροῦσιν] ——— Argy. forte ob mēdum exemplaris, quædam addit, quæ in vetuſtis codicibus non extāt, inquit enim [ſi primum differendi modo, deinde reſolutiue id cōtemplabimur.] at ego nulla alia re ſum tam fretus quàm diligentia, & iudicio aliorum, ſi quidem de Reſolutione nihil habet Ariſ. in præſentia: id vero paulo poſt ſubiunget, quod omnes interpretes hoc in loco animaduertunt. Hinc recte nonnulli [ac primum logice iſta conſideranti] vel ſi hoc non diſplicet modo [quod vero in illis logica quidem ratione contemplantibus] vt autem ſtudioſis per nos ſatisfiat, ſcire licet, rationem logicam eſſe argumentum à communibus rebus ductum, interdum & probabilibus, nonnunquam etiam neceſſarijs, quæ tamen per ſe non ſunt.

Species enim valeant: nāque & teretiſmata ſunt.] τὰ γὰρ εἴδη χαιρέτω, τερετίσματα γάρ ἐισὶν.] alij [gaudeant ideæ, monſtra enim ſunt] res nota eſt, & teſtimonio omnium interpretum peruulgata, hoc in loco de ideis Platonis, quaſi irriſorie, ſermonem habere Ariſtotel. verum, quo pacto eas voluerit gaudere, nec video, nec facile cur id fieri poſſit, intelligo. Argyrop. vero, quantum eius vires ingenij ferre poſſunt, contendit, vt hæc pars diligenter vertatur, hoc modo [formæ nāq; valeant, a

 fidium

fidium.n.ſunt attrectatiões] ſed quidem, homo in literarum ſtudijs complectẽdis pclare animatus;, mirificeq; ppenſus in hanc ipſam vertendi exercitationem, ſic ait [nam ideas hoc loco valere iubeamus, nil em̃ q̃ nugę, & quaſi inanes cantiones sũt] Ego vero, ſi vlla à me parta eſt in hiſce ſtudijs literarum cognitio, ſic etiam verterem [ideę.n.recedant, monſtruoſi nãq; ſunt pcantus.] plurimum operę in hac re collocauit Philoponus, vt te in hoc cõmonefaceret, τερετίσματα eſſe pludia citharędorum, q̃bus fidium diſſonantiã prius experiuntur, q̃ certam vllam cantionem aggrediantur. Ex quibus facile cõſtare poteſt Ariſt. irridere ideas, vti portenta, ac res inarticulatas, & figmẽta: nolleq; eas vim & momentũ habere vllũ ad ſcientię conſtituendæ rationem.

a Vel.n.vt ſubſtantia prędicabitur] ἢ γάρ τοι ὡς ἐσία κατηγορηθήσεται] Arg. addit, verbum συμβεβηκὸς, vertitq; hoc modo [nam aut vt accidens, aut vt ſubſtantia pdicabitur.] id autem nec in vetuſtis, nec in nuperrime excuſſis libris, habetur. Fieri tñ potuit, vt Ariſt. id omiſerit, quaſi q animo legẽtis, eſſet impreſſum. Etenim quod de alio pdicatur, vel accidẽs eſt, vel ſubſtantia: at hic, membrum illud aggreditur, quod vti ſubſtantia prędicatur, quocirca primum, neceſſe nõ eſt vt enuncies, ſubintelligas tamẽ, p diuiſionis ratione, neceſſe eſt. Itaque ſit, vt certe eſt, Arg. lectio vera, ineunda tamen ratio non erat, vt verbum adderet de ſuo. Alius vero vocem illam, [ἐσία] vertit, Eſſentia, quod dum conſidero, diligenterq; ſpecto, non niſi magnopere pbare poſſum. Quoniã hoc in loco nõ de ipſa, quæ ab accidentibus diuerſa eſt ſubſtãtia loquitur, ſed de ea, quę in omnibus reperiri poteſt prædicamentis, quam noſtri homines, eſſentiam trito ac peruulgato nomine vocant.

Sed eſt ſemper ſupra aſſumpti] ἀλλ᾽ ἔςιν ἀεὶ τῦ ληφθέντος ἐπάνω] Et ſi minimi ponderis videtur hęc animaduerſio, non cõmittam tamen, vt ſtudioſi in re perſpicua cæcutiant, tum etiam laborem refugiſſe ne videar. ſermo Ariſt. eſt ad hominem, qui dicit, quocũq; aſſumpto dato, ſemper aliud eſſe eo ſuperius. Quem locum apertius ſic vertit Argy. [Sed ſemper aliquid ſuperius ſit ſumpto] Alij Ariſto. inſtitutum ſic explanant, [ſed in infinitum aliqua ſemper ſuperiora ſint] vel etiam [ſed ſemper eſt, eo quod aſſumitur ſuperius.] a

TEX. XXXVI.

Logice igitur ex his quidem aliquis crediderit de eo quod dictum eſt, reſolutorie vero p hæc manifeſtum breuius] λογικῶς μὲν ἐν ἐκ τέτων ἄν τις πιςεύσειε περὶ τῦ λεχθέντος. ἀναλυτικῶς δὲ διὰ τῶνδε φανερὸν σιωτομώτερον] a

τερον] locus ſuauis admodum & fructuoſus eſt, qui modo à me propoſitus fuit. Nam nil pulchrius aut pręſtabilius excogitari poteſt hac vna diuiſione rationum, quæ & logicæ & reſolutoriæ appellantur. Argy. vertit [ex his igitur, quæ diſſerendi diximus modo, id quo de loquimur, ita eſſe quiſpiam credet: reſolutiue autem per hęc breuius.] vult enim quę antea fecerat argumenta ducta fuiſſe à logica ratione, quæ vero adducenda ſunt, ea omnino eſſe à reſolutione formanda. Eſt itaque ratio logica, communis, probabilis, ab opinione ducta, queq; tardius ac longius propoſitum ſcopum attingit. Reſolutoria vero propria eſt, neceſſaria, à ſcientia profecta, quæq; celerius ac breuius ad propoſiti rationem proficiſcitur. Hanc autem differentiam eò mihi aggrediendam putaui, quo nihil mihi vel prius, vel antiquius videbatur, hac vna partitione argumentorum. Accedit ꝙ Ariſt. inſtitutum erat in ijs libris agere de Reſolutionibus, quas ignorare & impudentis erat & male affecti ingenij. Item ſic transferri poſſunt illa verba [Ex his itaque, logica ratione profectò, quis de eo quod dictum eſt, perſuaſus fuerit: reſolutorie vero, ꝑſpicuum fiet breuius] Adde has ipſas rationes dici logicas, quoniam earum materia, ſunt ſubiecta, prędicata, media, ꝑdicationes ſubſtantię & accidentium, ac cætera huius generis plurima. reſolutorię vero rationes vocabũtur, quę poſt hac à modis dicendi per ſe ducentur: hi. n. ex analyticæ doctrinæ viſceribus depromuntur: ſuntq; pręcipua huiuſce libri reſolutorij materia ſubiecta: quoniam tunc demonſtrationem & reſolutionem dicimur tenere, cum eam ex his quæ per ſe ſunt, nobis ſuppeditauimus.

Per ſe vero dupliciter: quęcũque etenim in illis inſunt in eo ꝙ eſt quid, & quibus ipſa in eo ꝙ eſt quid inexiſtentibus ipſis.] partitio eſt, primi ac ſecundi modi eius quod eſt per ſe. Hæc autem grece ſic ſe habent [καθ' αὑτὰ διχῶς. ὅσα καὶ γὰρ ἐν ἐκείνοις ἐνυπάρχει ἐν τῷ τί ἐστιν καὶ οἷς αὐτὰ ἐν τῷ τί ἐστιν ὑπάρχουσιν αὐτοῖς.] b

———Quę hoc modo Arg.] ea vero quæ per ſe competunt, duplicem ſubeũt modum, quædam enim in eadem ſunt definitione rerum, quibus ineſſe dicuntur, vt multitudo vel diuiſibile, hęc enim numero cõpetunt, & in ipſius ſunt definitione. Quędam in ratione ſua res eas ſuſcipiunt, q. bus competunt vt impar.] Sed Argyr. dum ita vertit, aliud ſcribendi argumentum quęrit, nam etiam quędam de ſuo addicit. id quàm recte factum fuerit, alij viderint. Mihi certe probatur magis, vt reiectis aliorum verſionibus in vetere maneamus. vel etiam ſic [per ſe vero bifariam

 ſunt.

ſunt. Etenim ea omnia quæ in eo quod eſt q d, in illis inſunt] ſic. n. commode primam habes ſignificationem, eius quod per ſe dicitur. ſecũdum habes, cum ſequit [& quibus illa in eo quod eſt q d, ipſis q̃ inexiſtunt] verti autẽ eam particulam ἀυτὰ, illa, non ipſa, ne repetitio eiuſdẽ particulæ impedimento eſſet, ꝓ ſententia expromẽda. Nam quotuſquiſq; eſt, quẽ vel obſcura trãſlatio, vel impoſturę aliorum non decipiant? Illud etiam nõ eſt cognitu indignum, prætermiſiſſe tertiam ac quartam ſignificationem per ſe, tãquam ad reſolutionem faciendam parum adhibitas, hoc eſt demonſtrationem ſimpliciter.

a Nullam diſtantiam immediatam] μηδὲν διάςημα ἄμεσον] ———— Argy. [nullum interuallum eſſe medio vacans] vel [nullum interſtitium eſſe abſq; medio] haud profectò falluntur qui dicunt Ariſt. quæ à Mathematicis dicuntur perſępe vſurpare, ſimilitudinis ratione. Nam διάςημα, hoc eſt interuallum diſtantia eſt ſm ſimilitudinem dicta in propoſitionibus, q̃ mediatæ ſunt vel immediatę. Ab hac ęmulatione defluxere illa nomina, Terminus, Figura, Medium, Mediatum, Immediatum & hoc quo de modo ſermo eſt, interuallum: quę in logicis ab alijs diſciplinis petita accipiuntur.

b Intro namq; proijciendo terminum, ſed non aſſumẽdo demõſtratur] τῷ γὰρ ἐντὸς ἐμβάλλεσθαι ὅρον ἀλλ' οὐ τῷ προσλαμβάνεσθαι ἀποδείκνυται] hæc verba ad hominẽ dici intelligas, non ex inſtituto: alioqui ſeſe feriet Ariſt. cũ alibi dixerit, ſcientias non poſſe ad intra medium proijcere, qđ ĩ precedentibus notatum fuit. Potes & ſic vertere [nãq; immittendo terminum, ſed non extra aſſumendo demonſtratur] Arg. [nõ foris addito, ſed immiſſo termino demonſtratur. Alij [vt verbũ medium inter extrema immittatur, non autẽ extra extrema ipſa collocetur] qui vero hæc verba ex Ariſt. ſententia proferunt, nõ ad hominem autem ea dici intelligunt, nullam ſanè particulam eius ingenij, vel minimum attingunt, nullã eius ſuauitatem deguſtãt. Eſt autem ratio huiuſmodi, quia dicis in infinitum excurrere propoſitiones, iccirco nullũ erit interuallum immediatum & indiuiduum illationis cauſa eſt, quod ipſe ais, dum mediũ inter extrema ſemper immittis, non de foris autem aſſumis.

c Logicæ quidem prius, reſolutorie vero nunc] λογικῶς μὲν πρότερον, ἀναλυτικῶς δὲ νῦν] ———— qđ ait πρότερον, & νῦν, hoc eſt, prius & nunc, ordinem quẽdam deſignat, quo iam ſatis conſtat, rationes logicas antecedere reſolutiuas, non quidem dignitate, perfectioneve, ſed via atque ratione docendi. Nam ſi logica ratio cõmunior habet analytica,

lytica, quę vero communia magis sunt, etiam vt notiora nobis sint necesse est, ob id recte dictū, logice prius. Non semper tamen logica ratio ad aliquid probandū adhibita, prior est resolutiua: nā ī Philosophiæ libris persæpe vsu venire solet, vt Analyticæ rationes anteponantur, id cur accidat, in nostris contradictionibus exposuimus. Nam etsi hominis animus non conquiescit, nisi adhibita ad fidem faciēdam ratione, attamen hic locus non tam nobis latè patet, vt hæc differere copiose possimus.

TEX. XXXVII.

a Quum non prædicetur alterum de altero, aut nullo modo, aut non de omni] μὴ καθηγορουμένου θατέρου, κατὰ θατέρου, ἢ μηδαμῶς, ἢ μὴ κατὰ παντὸς] Arg. [quorum alterum de altero aut nullo modo, aut non de quolibet prędicatur] vel etiam [quū aut nulla ratione alterum de altero dicat, aut non de quocūq;] Arist. n. sapiētissimus differēdi artifex hoc in loco colligit quot modis duo omnino possint esse disparia: id em̄ bifariam contingit, vel vbi alterum de altero simpliciter dici nō potest, cuiusmodi lapis & Homo dicuntur, quę nullatenus inuicem prædicantur. & sunt ea, q̄ à nostris hominibus disparata dicuntur. Vel vbi alterum de altero dici potest, sed non omni, vt Rationale & Mortale, (vt author est Philoponus) quę de omni inuicem dici nequeunt. Hęc autem disparata non simpl'r appellant.

Secundum. n. q̄ figura q̄dam inest] ἢ γὰρ σχήματι ὑπάρχει] ———— sic. n. oēs quos adhuc legerim, codices habent. Philoponus tn̄ bifariam legit, modo circūflectens illud τὸ σχῆμα, vt sit primus casus, modo acuēs sic σχήματι, vt sit tertius. Vt vt autē res se habeat, maturitatē iudicij desydero, vt intelligas Aristo. velle cōmune quoddā duobus illis iā datis ab initio, siue id sit figura, siue aliud quippiam. Arg. autem secutus priorē lectionem sic vertit, [vt vterq; est, quædam figura] idem & alij transferunt, ea tamē ratione, vt particula τι, siue quędam, vim habeat definiendi ac terminandi. Quocirca & sic vertendum [vt enim certa quædam figura, inest. b

TEX XXXVIII.

Ex eisdem indiuiduis] ἐκ τῶν αὐτῶν ἀτόμων] sic Arg. ac cæteri omnes. Te tamē haud pœniteat sciuisse, ἄτομον, hoc est indiuiduum plura significare posse. Interdum. n. corpus illud insectile, ac omnino impartibile est, q̄d materiei exiguitate diuidi non potest: cuiusmodi ea sunt corpora quæ ad solis radios ęstuant, ab Epicuro & Democrito tantopere approbata. Sunt & indiuidua, quę nulla ratione diuidi possunt, autægrè: vt Adamas. Item quæ singularia appellantur, Socrates, & Plato, quæ iccirco indiui- c

diuidua vocantur, ꝙ vbi ſecãtur, intereunt. Nonnunquam & ſpecies eodem nomine appellat in ſecũdo hoc lib. Ac poſtremo hoc in loco, indiuidua pro terminis diſciplinarum audit Philoponꝰ, ſed etiam mihi certe fit veriſimile, vt immediatas intelligat ꝓpoſitiones, q̃ cum medio vacent, indiuiduę dici poſſunt. Etiam num extat dicendi conſuetudo, hanc vel illam eſſe ꝓpoſitionẽ indiuiſibilem: p̃ter id quod ſuperius dictum fuit extare diſtantiam indiuiduam, hoc eſt immediatam ꝓpoſitionem. Quæ vero de particularibus indiuiduis à nõnullis hic afferuntur, mihi illa non ſatisfaciũt, nec cuiquam puto placere poterunt accurate diſquirẽti, qm̃ ex particularibus demonſtratio fieri nequit. Verum iſthęc ſuis relinquamus authoribus vnde defluxerũt, & ad ipſam redeamus contextuum explicationẽ.

a Sed hęc eſt via quę in principia] ἀλλὰ ἡ ἐπὶ τὰς ἀρχὰς ὁδὸς αὕτη ἐστίν] Argy. [Sed hęc eſt ea via qua accedit ad principia [alij [ſed iam tum ad ipſa initia ꝑuentum erit] vel etiam, [ſed hæc in principia via quędam eſt] quo in loco illud, ὁδὸς, ſiue via, ſiue alio quouis modo transferatur, metaphoricum quoddam audiendum eſt, nam mens ipſa hominis etiã moueri dicitur cùm ab vno ad aliud defertur, vnde & aſcendere & deſcẽdere dicitur animus, quod Porphirius docuit in lib. 5. vocũ. Hinc diſciplinę, vię interdum fuere appellatæ, hinc ratio ꝓcedẽdi in ſcientijs modo ὁδὸς, modo, μέθοδος, dicta eſt, hoc eſt via & ratio docendi. Hoc genere motus fertur intelligentia ipſa, cum à principijs ad cõcluſiones tendit, vel etiã vbi concluſiones in earum initia reſoluit. Via vero principiorũ eſt cognitio hoc in loco ad immediata & ꝓloqa, quo cum ventum eſt, in eo genere amplius nõ poteſt deſyderari.

Sed principia & elementa tot ſunt, quot termini] ἀλλὰ ἀρχαὶ καὶ στοιχεῖα τοσαῦτ᾽ ἐστὶν ὅσοι ὅροι.] Arg. [atq; quot ſunt termini, tot ſunt elemẽta, principiaue.] Alij [verum quot erunt verba media, tot erunt principia elemẽta] vel hoc pacto [At initia, elementaq; tot ſunt, quot voces] Etem̃, ὅρος, hoc in loco ſimplex vox, atq; dictio eſt. Apud receptæ fidei authores obſeruatum eſt in Ariſt. στοιχεῖον, hoc eſt elementũ, plures habere ſignificationes. Nam primum corpora illa impermixta deſignat, Ignẽ, Aerem, Aquã, Terram, deinde eadem vti concreta & permixta ſunt, item & Materiam & formam, quę ſignificationes in Phyſicis maxime, ac in lib. de Generat. & Interitu vſurpantur. In Metaphyſicis vero elementum cõmuni ratione magis definit, qm̃ id in ratione ſeiuncta conſiderat, vide lib. 5. Metaphy. Elementum vero pro literis, ſępius nominat in priori-

bus

bus resolutorijs, ipsumq; in poetica definit. At hoc in loco, vult elementa esse propositiones ex quibus conduntur demõstrationes. neque hanc significationem vsurpare valde dubitauit, cum in vsu verborum tanta vsus fuerit modestia & proprietate, vt apud omnem posteritatem maximam laudem & admirationem fuerit consecutus. id qua ratione factum sit, ostendit Philoponus, qui in seligenda verborum proprietate nimia semper vtitur diligentia aut potius religione, nã elementa naturalia ex alijs constant principijs, nempe Materia & Forma, sed ipsa sunt aliorum initia hoc est compositorum: sic propositiones à vocibus simplicibus tanquam earum principijs pendent, & principia sunt syllogismorum. Cæterum illa vox, ὅρος, quæ est Terminus, & ipsa suis scatet significationib⁹. Nam in Physicis pro initio aut fine motus vulgarissima significatione assumitur. In Mathematicis pro finiente, vt punctum in li-
b nea, aut linea in superficie. In Cathegorijs cap. de Quanto Terminum mundi, centrum atque extimam audit circũferentiam. Definitionem vero significare & in superioribus abunde docuimus. Item subiectum & prædicatum ex. 1. lib. Prio. analyticorũ, atq; ibidem etiam syllogismorũ elementa, hoc est medium cũ extremis, interdum omnẽ dictionem, simplicem vocem, verbũ, quod Alex. & Philop. in priora analytica scripsere, sępe etiam literas terminos appellat. Hęc autem in studiosorum gratiã perscripta sint, ne harum vocũ multiplex significatio, magno sit studiosorum incõmodo: tum etiã, vt sermonis proprietatem & cãdorem cum perspicuitate interpretationis, ac rerum summa cognitione coniungant.

Qđ est istud hoc, & inest istud b
huic, ita & ꝙ non est istud hoc, neq; inest istud huic.] ὅτι ἔςι τόδε τοδί, καὶ ὑπάρχει τόδε τωδί, οὕτω καὶ ὅτι οὐκ ἔςι τόδε τοδί, οὐδ' ὑπάρχει τόδε τωδί.] Arg. [hoc est, illud & illud inest huic, sic & hoc modo, hoc non est illud, & illud non inest huic.] vel sic] hoc esse id, atq; id huic inesse, pariter & hoc nõ esse id, atq; id huic non inesse.] cum. n. de principijs quę demonstrari non possunt sermonem habeat, per hęc verba indicat tam quæ affirmant aliquid esse, vel alicui inesse, quàm quæ horum vtrũq; negant. Quo fit vt exempla quatuor à te sint excogitanda, vel ex Philoponi cõmentarijs petenda. Hinc tibi pulchra admodum & apposita proponitur diuisio principiorũ, quaternario comprehensa.

Nũquam extrinsecus propo- a
sitio, neq; existẽs accipitur ipsius A. in demonstrando.] οὐδέ ποτε ἐξωτέρω πρότασις, οὐδ' ὑπάρχον λαμβάνεται τοῦ α ἐν τῷ δεικνύναι.] Arg.

——— Arg. [nulla ꝓpositio tibi nullusq; terminus affirmandus extra ipsum A, sumunt in probando.] patet autem illud οὐδὲ ὑπάρχον, vertisse, Terminus: qđ quãtum facit ad sẽtẽtiæ explicationem, tantũdem à verbi ꝓprietate recedit. Itaq; alij longe diligẽtius vertunt, [ita vt nulla vnquã extra illos terminos ꝓpõ sumat, nec vnquã aliquid, qđ ipsi A, omni attribuatur, in ꝓbando adhibeatur] quod licet verbis elegantibus ac proprijs & ad authorem explicandum accõmodatis dictũ fuerit, potest tñ locus hic etiam sic verti [nũquam de foris ꝓpositio, neq; aliud quippiã sumitur ipsius A, in demõstrando] quem locum iure quodã existimat Philop. esse difficillimũ. Nam extra assumi ꝓpositionem, vult significare, medium nũquam prædicari de maiori extremo, ĩ syllogismis affirmãtibus. tu si meliorẽ habes explanationem, iure tuo eam afferas, sed adducor vt credam, extare nullam. Philoponum vero hic diligenter percurras.

b In pondere quidem mina] ἐν βάρει μὲν μνᾶ.] sic omnes esse vertunt: vno excepto, cuius ea fuit translatio [in graui quidem vncia] tu vero ꝓpende Arist. Minã accepisse, exempli causa, non ꝙ simpliciter indiuidua res sit, qm̃ magnitudo (qđ ratiocinatur Philoponus in hac re] semper est diuisibilis in infinitum. sed hoc dixit seruato more vulgi, nam in ponderibus est tandem vt deueniamus ad minimum, quo popularis vsus minus aliud nõ admittit. Hodie minimũ põdus est, tritici granum, magnitudinis mediocris. Minã vero & in ponderibus, & in re numaria accepisse veteres satis constat, tum Budęi, tum etiam aliorũ testificatione. Minam autem nouam aliam, aliã vero atticam & veterem extitisse ob diuersam ponderis rationem, item quę fuerit Solonis Mina, queq; gręca vocata, in presentia non est dicendum. hęc. n. late patent ex Plinio, Budęo, Agricola, Prisciano, Fannio, ac cæteris qui de hac ipsa re accurate scripsere. Illud non ommittendum, siue Minam, siue Vnciam, siue aliud quidpiam dixeris hoc in loco, significare indiuisibile pondus iuxta vulgi extimationem, non autem secundum magnitudinem simpliciter.

In cantu vero diesis] ἐν δὲ μέλει δίεσις] Arg. [in modulatione vero primus sensibilis sonus] Alij, [in modulatione diesis] Est enim δίεσις, primus sensibilis sonus, quo minorẽ nequit auditus, ob exiguam eius modulationẽ, percipere. Nunc autem Philop. arbitratur consistere in quanto super octauę rationis. Et est ita principium in Musica, ceu vnitas in Arithmetica, sic. n. Aristo. lib. ix. Metaphysi. Plura de hac re lege apud Budæum. c

In syllogismis ipsum vnum, est d

est ꝑpositio immediata][ἐν συλλογισμῷ τὸ ἓν πρότασις ἄμεσος.][Arg.[in ratiocinatione q̃dem vnũ vacans medio ꝑpositio est] vel sic[in ratiocinationibus hoc ipsum vnum, est propositio medium non habens]Artem incredibilem Arist.ꝑpende.q̃ principium demonstrationis propositurus, quod vnum atq; indiuisibile est, etiã syllogismi initium docet, siue q̃a, syllogismus forma est & ratio demonstrationis, siue quia librum Priorũ, ac Posteriorum, cum eodem ferè titulo prę notauerit, (q̃m vterq; ab eo analyticus nuncupatur) cumq́ue in Procemio lib. Priorum qui de syllogismo est, etiam de demonstratione mentionem fecerit, & in Epilogo secundi lib. Posteriorũ, qui de demonstratione differit, etiam de syllogismo quædã egerit, nunc etiam acturus de principio demonstrationis, complectitur itidem syllogismorum initium. Hinc Philoponi dubitatio, locum non habebit, cur esse non ille dixerit, dialectici syllogismi principium esse δόξαν, hoc est opinionem.

e In demõstratione vero ac sciẽtia intellectus] ἐν δ' ἀποδείξει, καὶ ἐπιστήμη, νοῦς ——— sic etiam Argyr. vertit. sed Alij[in demõstratione vero ac scientia ipsa mens, atq; intelligentia] verum si minus tibi redundare placeat, sat est vertere, [in demonstratione vero ac scientia mens ipsa] est enim illud νοῦς, suprema intelligentiæ humanæ vis, quæ proprie est Mens. Ob id Plotinus, gradatione quadam ꝑcedens inquit, Hominem constare Corpore, Anima & Mente. Nam mens suprema est siue potentia siue facultas animę: quã Arist. vult cognoscere principia absq; medio, sed de hac re, plura, prope finem secundi lib. videre poteris.

Nihil extra cadit.] οὐδὲν ἐξωπίπτει.] a locus est ille difficilis, quem Philoponus, vt in superioribus ꝓnotauimus, interpretari cogitur, explanatione diligenti. Quid autem sit medium extra & non extra cadere in tribus syllogismorum figuris tam affirmãtium, q̃ negantium, ex eodem cognoscere poteris. Non.n. aliorũ inuenta colligere & collecta legentibus inculcare volumus.

TEX. XXXIX.

Cũ vero sit demonstratio, hæc a quidẽ vniuersaliter, illa vero secundum partem.] ἔστι δ' ἀποδείξεως, τῆς μὲν καθόλου, τῆς δὲ κατὰ μέρος] Arg. [cũ autem demõstrationum alia vniuersalis, alia particularis sit] Alij [q̃m sũt alię demõstrationes de toto genere, aliæ de parte.] vel [cũ autem sit hæc quidẽ demonstratio de vniuersa re, illa vero de ea q̃ secundum partem] ex collatione trãslationum tibi facile constare poterit, nũquid per demonstrationem ẜm partem, ea sit intelligenda q̃ particularis vulgo dicitur,

vt

vt videlicet si quis demonstret Calliam esse disciplinabilem: an potius eam, q̃ generis affectionẽ de specie colligit, vt si Isocelem dixeris tres angulos habere duobus rectis ęquales. Id. n. ab interpretibus diu agitatum est, quod alio in loco tradidimus: nam ꝑ magni interest, vt in hanc vel illam sententiam inclines, qđ cognosces apertissime, si vtriusque rationis argumenta collegeris. Perpẽde & illud, num Arist. hoc in loco rem colligat necessariã, an vtilem duntaxat in doctrina analytica. Nec te fugiat, extare etiam consuetudinem, in Philosophię libris, physicę p̃sertim auscultationis, vt post p̄cepta doctrinæ causa explicata, tãdem q̃dam discutiantur Theoremata, ad dilucidiorẽ explicationẽ adhibita. Itaq; hac in parte, tria siue Theoremata, (vt Philoponi verbo vtar) siue q̃stiones proponit, quarum magna & latè patẽs erit vtilitas. Prima est, an potior, prę stabiliorq; sit censenda demonstratio, q̃ de vniuersa re est, an q̃ ꝼm partem? Huic proxima est, q̃ disserit, an ea sit antiquior existimanda q̃ affirmat, an quæ negat? Extrema est, num ea quæ recta ratione demonstrat ei sit anteponẽda, q̃ ad incommodum ducit, an contrà? Esse autem in ordine huiusce enumerationis, saneq̃ mirum artificiũ, cum ob ipsum nexum, tum ob rerũ veluti quandam societatem, facile ꝑcipies, si quę à p̄claris scriptoribus dicta fuere animaduerteris. Primũ. n. Theorema, rem quantam demõstrationis considerat, ꝼm, qualitatem, tertium vim & constitutionem cõplectitur. Hæc. n. sunt Vniuersum, ꝼm partem, Affirmare, Negare, Recte demonstrare, obliquè asserere. Hæc sunt, quæ clarum ad omnẽ posteritatis memoriam Aristo. fecerunt: qñ ille Philosophiam balbutientẽ omnem, immo potius ineptissime garrientem apud veteres (vnum tamen Platonẽ semper excipio) ab inexpolita dicendi ratione, ad certum quendam ordinem, cultumq; reuocauit.

a Videretur igitur fortasse] δόξειε μὲν ἂν τάχα] verbum τάχα, quod forte, fortasse, forsitã, ęque verti potest, vel modestiæ causa, vel ob rei ambiguitatem ab eodẽ quam sępissime vsurpatur, nunc autẽ, quod & alibi obseruat, principium est ac veluti apparatus disceptationis in vtramq; partem agendæ, nam animum audientis suspensum tenet, ne omnino ab altera parte sit persuasus: nam & contrariæ rationes sunt de hac ipsa re audiendæ. Idem autem præstat apud eundem Arist. vox illa, ἴσως, quod alijs in locis obseruat.

b Hæc enim est virtus demonstrationis] αὕτη γάρ ἀρετὴ ἀποδείξεως] Argy. [hęc. n. sanè demõstrationis est virtus] idem & alij: quãquam nonnulli probent

[hęc

[hęc.n. est vis demonstrationis.] sed locum pręcipuum obserues, vbi nomen ἀρετὴ, in his quæ ad rationem spectant, vsurpatur, siue id similitudine rationis dictũ fuerit, siue per translationem.

a Melior autem, q̃ est de ente, q̃ q̃ de non ente] βελτίων δ᾽ ἡ περὶ ὄντος ἢ μὴ ὄντος] Arg. [p̄stãtior, q̃ circa id versatur quod est in ratione rerum, ea q̃ circa id versat̃ qđ ratione eorum q̃ sunt egreditur] sic & Arg. tulit versionem & interpretationem simul, quasi ꝙ illi satis non visum fuerit, τὸ ὄν, vertere, id quod est, cũ tamen Cicero, non modo dicendi author & parens, sed etiam interpretãdi princeps eximius ea fuerit versione delectatus. Accedit ꝙ ille, παρὰ pro περὶ, videtur legisse, cum tñ libri omnes tã manuscripti, q̃ typis editi, legant περὶ, hoc est de, non autem, circa. Itaq; præstabilius vertitur [Accuratior est probatio, quę quod reipsa est, q̃ quę quod nusquã est, ostendit] item hoc modo [potior autem, quę de eo quod est, q̃ quę de eo quod non est, consistit.]

b De proportionato] περὶ τοῦ ἀνάλογον] Arg. vertit, vt sui moris est, [rationum similitudo, mutato ordine] sed non pudet cæteros illustris nominis viros, vocẽ ἀνάλογον, transferre proportionem habens, vel etiam vt assueti fuimus sic libeat vertere [de eo quod est ꝓportione respondens.

a An primum quidem] ἢ πρῶτον μὲν] idem quoq; sentit Arg. quanquam ea particula, ἢ, vertitur etiam, [at.n.] hanc vero sibi familiarem reddidit Aristote. in vniuerso opere problematum, quo in loco, vt sępissime eam repetit, sic vim habet dissoluendorum problematum: hoc autem in loco, indicat conuersionem ad alteram partem questionis. Nam cum in vtrãq; disserat partem, adhibitis ad fidem faciendam rationibus hinc inde, iccirco sic maluit dixisse quàm ἀλλά, vel alio quouis modo.

Neque potentia neque actu.] οὔτε δυνάμει, οὔτε ἐνεργείᾳ] sic & Arg. quãquam alij [neq; vi, neq; re ipsa] transferãt, vel quod alijs placet [neque facultate, neque actu.] vel etiam [neque potestate, neque actu.] Hic tamen animaduertendum, vtcũq; dixeris, δύναμιν, hoc est vim, potentiam, & facultatem, plurima & in logicis libris & in toto philosophiæ negocio, significare posse. Interdum enim Animæ facultatem indicat, quo modo potentiam dicimus auditiuam, olfactiuam, visiuam, & in cæteris eodem modo. Est & naturalis vis propensione ad aliquid facile, aut difficile agendum, & patiendum: quam eo nomine vocat in Cathegorijs cap. de quali: cui opponitur ἀδυναμία, hoc est impotentia. Est & ratio quędam in prima materia à priuatione, forma & ipsa quoque materia diuersa,

uersa, quam sępius nominat ĩ 1. lib. Physi. auditus. Est & vis mouens, siue orbes cœli, siue Elemẽta, siue ex elementis condita, quę & in corporibus, & in anima reperiri potest. Item potentia est, in quali, in substantia, in loco. Hæc eadem dicitur Natura, consuetudine & disciplina. Item rationis compos alia, vt Medici facultas: alia rationis expers, vt ignis ad calefaciendum vis. Hæc quoq; vel propinqua, vel remota rei esse dicitur, finita, & infinita, actum attingens & non attingés, Naturalis & Mathematica, ad vnum, & ad contraria, separabilis à re, & non separabilis, Naturalis & Artificiosa, Actum antecedens & consequens, Actiua & passiua, secũdum essentiam & ex accidente, materialis & spiritalis, quæ omnes significationes ab Arist. suis in locis vsurpari solẽt. Exẽpla ommitto, ne ab instituto meo longè absim: qm̃ breuitati, quo ad fieri potest magnopere studeo. Hoc in loco potentię nomen audias pro re, actui cõtraria. nam, cũ alibi dixerit, hoc est in calce libri de Interpre. potentiam aliam ab actu disiungi, aliam cum actu semper esse coniunctam, cuiusmodi est cœli vis & potestas vt moueatur, nunc tñ eam pro re actui contraria intelligit, est autem eorum contrarietas, quæ ad aliquid dicitur. Deinde vero addendum est, hãc actus & potẽtiæ oppositionem esse in omnibus Cathegorijs, tum etiã videnda sunt, quæ ab Aristote. de facultate, potestateue scribuntur in Metaphysicis lib. 5. capi. περὶ τῆς δυνάμεως. Est & actus qui ab Aristo. vocatur ἐνέργεια, multiplex, nam alius primus, alius dicitur secundus, item potestatem consequens & antecedens, vniuersalis & particularis, corporis & animæ, semper existens, & cessans, perfectus & imperfectus, bonus & malus, finitus, & infinitus, Naturalis & artificiosus, in substantia & in accidentibus, Materialis & Spiritalis, quorũ vsus magnam atq; vberem tibi copiã rerum suppeditabit alijs ĩ locis. Interdum vero quod à nostris dicitur Actus ab Arist. nõ amplius appellatur ἐνέργεια, sed ἐντελέχεια, hoc est perfectio, siue perfectionis habitus. Hermolaus ficto nomine ausus est, transferre, perfecti habitus: verũ hęc & in Physicis & in libro de Anima, accuratius disquirere oportet, nobis vero sat sit animaduertisse locũ.

TEX. XL.

Petitionibus, aut suppositionibus, aut propositionibus.] αἰτημάτων ἢ ὑποθέσεων, ἢ προτάσεων] Arg. [postulationibus, suppositionibusve, aut propositionibus.] Alij [postulatis aut hypothesibus, aut propositionib⁹.] vel etiam [petitis, aut suppositis, aut enunciatis.] Nam cum omnis demonstratio ex his constare possit, iure quodam ea colligit vniuersa, a

vniuersa, ne reprehendi possit, ea ratio quæ ait potiorem esse demonstrationem affirmantem ea quæ negat. Hinc etiam caue ne decipiare ex particula ἤ, quę vel, latinis significat, quasi quòd ita dixerit, vt petitio & suppositio minus videantur esse propositiones. Nam quòd hæc sint propositiones docuerat ab initio huius lib. At per propositiones, eas intellige, quæ non sunt de genere principiorum, vti sunt petitiones & supposita. Hæc enim principia sunt: verum extant & propositiones in omni genere Artium, ac doctrinarum, quas nec postulamus, neque item supponimus, vt in Geometria, trianguli cōstitutio super data linea. & in Naturali philosophia, Materia priuationi coniuncta est, & in logicis demonstratio constat ex necessarijs, vel aliud his simile. cur vero θέσιν, hoc est positionem, vel etiam ἀξίωμα, hoc in loco prętermiserit, ea ratio reddi potest, quòd positio genus est petitionis, & suppositionis, itaque in his concludi videtur: proloquium vero omnino dereliquit, ob id ꝙ potestate non actu demonstrationem ipsam cōstituit. Quidam non postremę notæ viri, eius rationem expetunt cur Aristot. in hoc & sequenti theoremate, ex altera parte, hoc est vera argumenta collegerit, cum tamen ille in superiori, more dialectico in vtramque partem disseruerit. Sed si diligenter rem totam expenderis, cognosces Aristote, in re clara atque dilucida, torquere noluisse ingenia tot argumentis in vtramque partem adhibitis: id enim artificij, ac iudicij inopiam indicat repertissime: verum agens de demonstratione vniuersali ac particulari, id præstitit, cum ob eius rei momentum, tum etiam ob ꝓpositi negocij ambiguitatem: nam quæstio iure fit, vtrum vniuersale antecedat id quod est in parte, an potius subsequatur. de hoc enim diu multumque dubitatum est apud veteres & ab ipso etiam Aristote. dubitandi vero causa nulla extitisset, nisi id ex sui natura fuisset ambiguum.

Aucta demonstratione.] αὐξανομένης τῆς ἀποδείξεως] Argyro. [Cum demonstratio accrescit.] vel etiam [producta demonstratione] Est enim producere demonstrationem, siue eam augere, (quod scribit in secundo libro Priorum Resolutoriorum) vti illa ratiocinatione, quæ dicitur προσυλλογισμός. Id autem fit, vbi syllogismi assumptiones iniecto medio, cōcluduntur, sic enim ratiocinatio accrescit: quo fit vt prosyllogismus dici possit, multiplicata ratiocinatio.

Et credibilius] καὶ πιστότερον] Arg. [magisq; creditur] vel etiā, [& credibile magis.] si quis hebeti

beti penitus ingenio non fuerit, facile agnoſcet veſtigia Ariſtotelicæ diligentię, quę nil caſu aut temere proponit. Cum.n.ille velit ad cognitioné pertinere fidé cognoſcentis, hęc nil aliud eſt, q̃ rei cognitę aſséſio, hinc eſt ꝙ argumenta ad fidé faciendam adhibentur, ob eá cauſam aſſuetus eſt ꝯiungere verbo illa cognoſcere & credere, ſic.n. & ab initio huius libri ſcriptum fuit, πιςδ' εἰδ-τὲ ϰ̀ εἰδέναι, hoc eſt credere & cognoſcere, in hoc etiam loco, eadem vſus diligentia, πιςότερον, dixit, vt habeat fundamentum rationis, ab eo ductũ, quod & notius eſt, & credibile magis. Nam q̃dam eſt cognitio, quæ fidem rei cognitæ nó facit, quæ & imbecilla eſt, & vix cognitio vocanda, cuiuſmodi eſt, quæ à fallacibus ratiocinationibus vel etiá ſolubilibus efficitur coniecturis. Item & quę componatur in nobis ſcientia, exemplis, diuiſione, ac omnibus his argumentis, in quibus ſubeſt petitio principij. Fides auté ex ratiocinatione parta, primum locum obtinet in Demóſtratione, deinde verò & Dialectica ratione, ac poſtremò, in inductione. Orator vero, Exemplis & Enthimematibus fidem facit, quod Ariſto. abunde docet in primo lib. de ratione dicendi.

TEX. XLI.

a Ad impoſſibile ducente.] τῆς εἰς τὸ ἀδυώατον ἀγέσης] alij [ducente ad incommodum] vel [ea quę ad illud quod fieri neq̃t, conducit] eorum qui proprietatem & naturá rerum diligenter animaduertant, magna vnquam copia nó fuit, plurimi tñ ſemper ſunt habiti, qui rerum cognitionem conſequi deſyderant. Induſtria tñ & iudicio eſt opus, quo maxime eſſe hoc, egemus hoc in loco. Cum.n. humanę actiones, interdum recta, nonnũquam vero flexa ratione fiant, eodem fermè pacto, & ipſa mens atq; intelligentia in nobis, quęcũq; oſtendit, aut recto, aut obliquo ducta oſtendit. Hinc ſyllogiſmorũ orta partitio eſt, quæ ait, alios extare rectos, qui Categorici, ſiue oſtenſiui à noſtris dicũtur: alios item qui obliquo flexu ad incommodum ducát: de quibus omnibus ample Ariſt. diſſerit hoc in loco: ac longe vberius lib. ij. Priorum Reſolutoriorum.

Si oporteat monſtrare ꝙ A. ipſi B. non ineſt, accipiédum ineſſe] εἰ δέοι δεῖξαι ὅτι τὸ α. τῷ β. ἐχ ὑπάρχει, ληπτέον ὑπάρχειν.] vel ſic [ſi opus fuerit oſtédere A. ipſi B. non ineſſe, ſumendum eſt ineſſe] neminem latet, ex his verbis indicare initium demonſtrationis quæ ducit ad abſurdum. Cumq; accipiat B. nó eſſe A, quæ ſanè propoſitio indefinita eſt, poteſtq; vel vniuerſalis fieri, vel in parte, ob id iure ea ſtatim orit̃ ambiguitas, num eá voluerit de re vniuerſali, an potius ſm partem. id vt diligentia quadá ꝯſeq̃ b

poſſis,

poſſis, teipſum ad Philoponi cõmẽtaria recipias, neceſſe eſt, qui non tam ſubtili ratione, quàm accurate, Ariſt. ab iniquis reprehenſionibus defendit. locũ tñ oſtendi.

c Natura autem prior.] φύσει δὲ προτέρα] vel [ſecundum autem naturã præcedit] vtcunq; dixeris, nil grauius ac eruditius dici poterat hoc vno quod aſſumptiones natura priores ſunt concluſione. Nam cauſa, re ipſa omnino prior eſt, quæ à cauſa proficiſcitur, cum vero aſſumptiones cauſa ſint ſiue materialis, terminorum ratione, ſiue efficiens, ob medij complicationem, in illis contenti, inde efficitur, vt natura ſit prior aſſumptio quàm concluſio. Sed & diligẽter notato, aſſumptiones eſſe notiores concluſionibus in veris argumẽtis, in quibus à veritate antecedentis, ad confirmationem conſequentis procedimus. In falſis vero rationibus, contraria vice vtimur, etenim cum ex mẽdacio conſequentis, velimus interimere antecedens, à concluſione ad aſſumptionem tendimus, indeq; minime fit, vt aſſumptiones ſint notiores concluſione, ſed contrà potius, cõcluſio & notior eſt, & concluſione euidentior.

a Aut totum ad partem, aut partem ad totum] ἢ ὅλον πρὸς μέρος, ἢ μέρος πρὸς ὅλον.] idem Argy. atq; alij. Quocirca i verſione nulla vis. ſed adhibita conſideratione, illud non prætermittes, ſolere Ariſto. vniuerſale totum dicere, partẽ vero ſingulare. Id in initio lib. primi de naturali auditu facile percipies, ſed & in ſuperioribus agens de poſtulatis & Hypotheſibus, inquit Ἔτι τὸ αἴτημα καὶ ἡ ὑπόθεσις, πᾶσα ἢ ὡς ὅλον, ἢ ὡς ἐν μέρει.] hoc eſt, [præterea poſtulatio ac ſuppoſitio omnis aut vt totum, aut vt in parte] quod idẽ eſt, ac ſi dictũ fuiſſet, aut vniuerſalis eſt, aut ſecundum partem.

TEX. XLII.

a Certior autem ſcientia] ἀκριβεστέρα δὲ ἐπιστήμη] Arg. non inepte [exactior autem ſciẽtia] alij [accuratior autem ſcientia.] vel etiam [exquiſita magis ſcientia] Crebra ſunt omnino exempla ex quibus videre vnuſquiſq; facile poteſt, ſcientiam ſcientia præſtabiliorem eſſe: nam quæ exacta magis eſt, ea omnino alias anteire videtur. Eſt autẽ hęc exactio, ſiue etiã certitudo vocetur, potiſſimũ in mathematicis, deinde & in alijs plus, minusve pro rata portione, diſtincta. Id ex Ariſto. cognoſces lib. ij. Meta. Quo in loco, has diſciplinas vult eſſe exactiſſimas, ob accuratam rationem demonſtrandi. Sed & 1. lib. Ethic. τὸ ἀκριβές, hoc eſt certam & exquiſitam ſiue dicendi, ſiue docendi rationem, vult in ſcientia de moribus, eſſe eligendum.

b Et prior.] καὶ προτέρα] vel etiã [& antiquior.] cũ.n. prius aliud natura, aliud tempore dicatur, vt docuit in fine operis Cathegoriarum, hic non de eo quod tem-

tempore prius eſt, intelligas, ſed natura. Nam cum ſcientias inter ſe comparauerit, ex ipſa exquiſita ratione demonſtrandi, nunc eas componat, ex potiore ſubiectorum ratione. In qua comparatione diuina ſapientia, quæ græcis θεολογία eſt, ſubiecti p̄ſtantia ceteras omnes diſciplinas anteire videt: quemadmodum in alia, Mathematicæ excellere dicũtur.

c Quę ipſius qđ & ꝓpter qd eadẽ] ἥτε τοῦ ὅτι, καὶ διότι ἡ αὐτή.] vel [quæ ipſum qđ, & cur ſit prę-ſtat, eadem] locum hunc à plurimis non intellectum, declarant rationes illorum qui dicunt, ſimpliciter ſcientiam ἁπλῶς vocatam non fuiſſe alicubi à ſcientia, διότι, ſeparatã, hoc eſt, propter quid: quòd ſi ſeiũguntur, (vt illi inquiunt) ſola ratione ſeparant. Nunc autem contrarium docet, ſcientiam, quæ duo hæc, ꝙ & ꝓpter quid coniungit, potiorem eſſe ea quæ ſeorſum alterum, vel alterum p̄ſtat. Quocirca demonſtratio ſimpliciter, quę duo illa abſoluit ὅτι, & διότι, hoc eſt, quòd & cur res ſit, neceſſe eſt vt ab ea differat, quæ vel quod, vel propter quid tantum præſtat. ex oppoſitione] ἐκ προσθέσεως.] Argyr. [ex additione] vel etiam [ex adiectione] aut item [ex acceſſione] eſt autem πρόσθεσις, hoc in loco adiectio illa, quæ fit à poſitione, quam θέσιν, vocat, vel ab alia quauis re, quę ſimplicitatem cuiuſpiam rei imminuit. Nã punctum hoc differt ab vno, ꝙ illud poſitionem habet, hoc vero non habet. Collige Acceſſionem hic eſſe compoſitionem, non autem magnitudinem, q̃m punctum & vnitas, ſimplices res sũt, hoc eſt indiuiduę, & initia aliorum, hoc diſcreti quanti, illud continui: præterea ſignificat additionem ſiue materiei, ſiue alterius quod materiam ſequatur: id Philoponus erudite admodum oſtendit, mutato exemplo Ariſtote. ſumptoque alio, nempe Sphæræ. Nam ſphæra definitur à Theodoſio, item & ab Autolico, ſed ab Altero ſine vlla adiectione, nempe à Theodoſio: ab altero vero, hoc eſt ab Autolico, cum appoſitione motus, qui materiam omnino ſequitur.

TEX. XLIII.

Vna autem ſcientia.] μία δ' ἐπιστήμη] Aliud eſt theorema, illuſtri fama probatum, quod de ſciẽtiarum vnitate paſſim noſtri homines appellant. Quia vero vnum & plura oppoſita ex rei natura ſunt, oppoſitorum vero eadem eſt diſciplina, ob id agẽs de ſcientia vna, agit & de ea quæ eſt altera atque altera: quamobrem theorema hoc non ſolũ de ſcientiarum vnitate dici debet, ſed de vnitate potius, ac multitudine earũdem. Indicat hoc vnum qđ paulo poſt addit, dicens, [ἑτέρα δὲ ἐπιστήμη ἐστὶν] hoc eſt, [altera autem ſcientia eſt.] quo fit, vt iure dicere poſſis Theoremata huc uſq;

eusq; explicata, contrarijs nominibus fuisse proposita, quoniam primum Theorema, Sermonem habuit de demonstratione vniuersali & secundum partem: secundum demonstrationem considerat affirmatiuã & negatiuã: tertium, Cathegoricam & ad incommodum: quartum, scientiæ maiorem, minoremue certitudinem, & antiquitatem, quintũ vero vnitatẽ & multitudinẽ scientiarum complectit. Vult autem sciẽtiam dici vnam, vnitate eius quod τὸ γένος, & etiam ὑποκείμενον, appellat. Sed subiectũ hoc in loco non pro materia cõmuni intelligas (hęc.n. nihil distinguere, neq; certum vnum quippiam efficere potest) sed propriam audias, quam cõmunis vsus subiectum, cum ratione formæ coniũctum, accipere solet. Nã corpus humanum, cõmunis est materia Physici ac Medici, si vero ipsum mobile dixeris, aut quod sanari potest, iam ꝓpriam Philosophiæ vel Medicinæ materiam enuncias. scientiæ itaque nõ sunt vnæ ex subiecto, quod materia communis est, sed ex eo quod est forma propria contractum. Adde genus, quod subiectum est proprie, esse in disciplinis contẽplatiuis tantum, non autem in Artibus. Quoniam Alexã. & Hammonius vbiq; testati sunt, Artes habere ὕλην, hoc est materiam, scientias vero ὑποκείμενον, idest subiectum: vt vero Artis materia non nisi vna est, sic & vnum existit tantũ scientiæ subiectum. Porrò, vt subiectum sit scientiæ, tenetur inquit Arist. habere Prima, hoc est principia, Partes, & Affectiones. Verum Hãmonius in commentario cathegoriarum addebat subiectum esse rem per sese, non autem animi cogitatione, intellectioneve. Quod cum verum sit, iam satis constat non extare in facultate hac logica verum subiectum: nam hæc de animi notionibus tãtum pertractat, quæ vix dici res possunt. Subiectum itaque habet Philosophiæ pars cõtemplatiua, iccirco ꝙ res in ea cognoscuntur, solidę inquã & per sese cõsistentes. Cuiusmodi res sunt naturales, diuinæ, ac mathematicæ. quæ θεωρίαν, faciunt, hoc est certam diuinarum rerũ inspectionem. Nã θεωρεῖν, est res diuinas inspicere ac contemplari, authore Alex. in præfatione lib. Priorum. Moralis vero scientia, res habet subiectas, ea q̃ ex nobis fiunt hominibus, quocirca cum diuinæ dici nequeant, non faciunt Theoriam. Est itaq; scientia vna, ex subiecto, quod ita res est, vti exposuimus.

b Ex primis componuntur.] ἐκ τῶν πρώτων σύγκειται] vel [ex primis condita sunt] significat hoc in loco, subiectum genus scientiarum constare ex primis, hoc est principijs. Nam τὰ πρῶτα, ipsa sunt principia. Verum diligẽter illud animo reuolues,

τὰ πρῶτα, alia esse principia subiecti, alia scientiæ, alia demonstrationis, alia rei. Quomodo, (vt ab hoc extremo ordiamur,) Elementa sunt principia rerum permixtarum. Principia subiecti in scientijs ea sunt, quæ subiectũ constituunt, vti sunt Materia & Forma, in Philosophia Naturali. Principia demonstrationis sunt assumptiones quibus conclusio colligitur. Principia sciẽtię, sunt ꝓpositiones ipsę certissimæ, à quibus initiũ scientia desumit, quas Arist. in initio huius operis appellat ἀξίωμα, θέσιν, ὑπόθεσιν, ὁρισμὸν, ——— hoc est, dignitatem, positionem, suppositioné, definitioné: adde & postulatũ, qđ & ipse Arist. paulo post adiecit, sub eo nomine, αἴτημα, quãquam scientiæ principia, etiã eadem esse possunt & demonstrationis. Quæ principia nostri appellant, initia doctrinę, & complexa, idq; non incõmode, qm̃ & scientiæ doctrinam p̃parant, & affirmando vel negando verum dicunt, vna definitione excepta, quam, ὅρον, iccirco appellauit, qm̃ ad simplicem rei pertinet intelligẽtiam. Hoc vero in loco de subiecti generis principijs dictũ illud intelligas: vtrum vero & principia ipsa, doctrinę causa inuenta, sint hic audienda, in commẽtarijs nostris differemus vberius, nũc autẽ sat sit, te monuisse tñ. Vt autem labore & industria hac nostra, quãtũuis sterili & exigua, gestiãt studiosi, ineunda nobis ratio est, vt ὁμωνυμίαν, hoc est multiplicé rationé huius vocis, q̃ est, siue τὰ πρῶτα, siue αἱ ἀρχαὶ, q̃ breuissime explicemus. Interdum principiũ seu primũ, qđ magis est cõmune q̃ sit, τὸ αἴτιον, hoc est causa: sicq; & causã significat & initium mutatiõis. nonnũquam tñ idem prorsus dicunt, quo modo Elemẽta & causę & principia appellari possũt. Principia alia rei sunt, vti Materia & Forma, alia extrinsecus aduenĩũt, vt efficiens, ac Finis. Alia Artis, alia Naturę, alia Consultationis, Electiõis, Negociationis, Actionis, & Disciplinæ. Principium in significatione propria, est causa ipsa efficiens vocata: qđ Alex. docuit in Physicis, græcis alijs referentibus, authoribus. Principij nomen eminenti significatione, Deo conuenit: q̃ significatio suum esse contrarium admittit, quod in alijs rebus minime vsu venit: est. n. Deus principium ac Finis: sed in cæteris hæc nomina sese veluti contraria feriunt. Principium, interdum est initium, Motus, Tẽporis Numeri & Magnitudinis, & si magnitudinis, punctum est, Numeri vero Vnitas. Rerum vero principium est substãtia. Actionis cuiuslibet principium, est resolutionis vltimum. Cogitandi principium est rei cuiuscũq; finis. Adde & principium aliud esse vi, aliud naturę propensione agens: item aliud gene-

generãdi aut cõstituẽdi quippiã, aliud vero intelligẽdi. principiũ esse pro opifice summo, quẽ δημιουργὸν, vocat Plato intelligit in Timęo, pro ideis in Parmenide. Collegi summatim, hasce significationes, ceu summos rerũ flores, ne multarũ aliarũ sententiarum enumeratio, fructum & vtilitatem studiosorum retardaret.

Et partes sunt] καὶ μέρη ἐστὶν] illud μέρη, hoc est partes, eas audias, q̃ vniuersum subiectum in multitudinem diuidunt. Exempli causa, Numerus subiectum est vnum vnius Arithmeticæ, habetq; partes binarium, ternariũ & alios. Sicq; in cæteris disciplinis illud vere dici, comperies. At μέρος, hoc est pars, multifariã dicitur & ipsa: si Aristoteli credimus lib. 7. diuinę sapientię. Nam partes alię, quãtę sunt, alię quales, alię essentiam cõstituunt, alię subiecti dicuntur, alię integrantes, & harum quidem, alia ὁμοιόμερα, hoc est similaris, alia ἀνομοιόμερα, id est dissimilaris appellatur, aliæ etiam instrumentariæ dici solent, alię animantiũ, alię inanimantium, internę alię, aliæ externæ, aliæ rei, aliæ definitionis, aliæ ratiocinationis, aliæ enunciationis, aliæ simplicium corporum, alię compositorũ, alię cõmunes, alię ꝓpriæ, alię ad formam, aliæ ad materiam relatæ. nunc autem hoc in loco de partibus subiecti loquitur Aristote. quãquam & de his quæ ad formam & materiam pertinent, dicunt nonnulli etiam intellexisse, sed ad verborum, contextum illustrandum, hac subtili ratione non est opus: cum vero proprietate dicendi fueris instructus, sine negocio, id cognoscere poteris.

Aut passiones horum per se] ἢ πάθη τούτων καθ' αὐτά] vel eo modo [vel horum affectiones per se] non esset subiectum, scientia dignum, nisi proprijs afficeretur accidentibus, quorum tunc sciẽtia habetur cũ de illo, ex primis principijs, adhibita ratione, demonstrantur. Hinc animo reconde illud p̃ceptum, quod magno tibi vsui aliq̃n futurum est, scientiarum ac disciplinarũ, quæ θεωρίαν faciunt, hoc est speculationem & inspectionem rerum diligenter, theoremata ac q̃ones vt plurimum extare de accidentibus proprijs quæ πάθη, hoc est passiones, siue affectus dicuntur. Hic vocem πάθος, rursus quãplurimis scatentem significationibus, tibi ob oculos posueris. Nã & eos tibi primum indicat affectus, quos & Poeta, & Orator, dum opus est, concitare solent, vbi animos modo ad iram, modo ad lenitatem, modo ad terrorem, aut miserationem, modo ad alias perturbationes concitare solent. Exempla vero innumerabilia tibi suppetent, ex Poetis & Oratorib⁹, p̃ter ea q̃ habet Arist. tã accuratè & copiose dicta, ĩ libris

bris de ratione dicēdi. Est & Passio, Cathegoria q̃dam ex decem illis, quas complexus est Arist. in lib. Cathegoriarum. In quo etiã, eandem affectionem, sub priore qualitatis specie, collocauit: quã & in corpore & in animo ꝯsistere, docuit: atq; ĩ animo quidem, duplici modo, & in ea animi parte, q̃ intelligentiæ lumine p̃dita est, & in ea, quę dicitur vitalis & appetibilis, vel etiã concupiscentia. Est item passio, indicium materiei veluti actio formę, & Act⁹. Est & ꝓrium q̃ddam Actioni. Significat & mutationem illam, q̃ in qualitatibus efficitur. Quædã vero in sensibus fit, vt calefieri, q̃dam ĩ anima vt ꝯtristari, quęq; in animo est, vel præsentis boni vel mali, affectio est, aut etiam futuri. Quæ p̃sentis est boni, eam lętitiã veteres appellarunt, vti dolorem eam, quæ ad p̃sens malum ꝑtinet. Quæ futuri boni affectus est, eã spem voluere dici, vti metum, eam q̃ futurum malũ significat. Quos affectus Maro sic breuiter complexus est, de animab⁹ loquẽs. Hinc metuũt, cupiũtq;, dolent, gaudẽtq;. Nec te fugiat, nomẽ affectionis interdum tam latè patere, atq; diffundi, vt omne genus accidẽtium significet, plerunq; qualitatem substantiæ, immo & ipsam quę in substantia fit, commutationem. Eam vero dici multis modis, satis superq; constat legentibus Aristo. lib. 5. Met. Hoc autem in loco Accidentia illa significat, q̃ ex subiectis definiuntur, hoc est, quæ propria sunt: id verbum ostendit, καθ' αὑτά, siue per se. id enim dictum est, vt euitaret ὁμωνυμίαν, & distincta ratione loqueretur.

a Vt sit A. permutari, in quo autem D. moueri, ipsum vero B. delectari, & rursus G. quietificari.] οἷον ἔστω τὸ α. μεταβάλλειν, τὸ δ' ἐφ' ᾧ δ. κινεῖσθαι, τὸ δὲ β. ἥδεσθαι, καὶ πάλιν τὸ γ. ἠρεμίζεσθαι.] Argy. partem hanc planè totã suo more persequitur, nam interpretando eã, & distinguit aliter quàm Arist. faciat, & rationes separat. Itaq; sic crediderim, ni fallor, esse dicendum [Esto A. esse perturbari, in quo vero D. moueri, ipsũ vero B. voluptate affici, & rursus G conquiescere.] nam hoc in loco vult eandem colligere conclusionem, contrarijs medijs adhibitis, nedum ex eadem serie rerum. Quod eò proponit, vt habeat plures fieri posse demonstrationes eiusdẽ rei, ea sanè de causa vt hoc faciat ad comparãdam copiam multarum demõstrationum. At hæ demonstrationes, sunt à te ipso accipiendę, non in primo ordine perfectionis, sed veluti secundę classis, q̃m in superioribus docuerat vnius conclusionis, nõ extare nisi vnicum medium, tum cũ asserebat scientias ipsas multiplicare media, vel in latus, vel in post assumendo. Quem tibi proposuimus locum in superioribus animaduertendum,

tendum tãquam sparsum multiplicis eruditionis notis. Nam disciplinę nõ augent media in eadem conclusione colligẽda, nisi aut in his q̃ à causis fieri possunt cõtrarijs, aut in his quę per plures causas demonstrantur, cuiusmodi res sunt naturales, quæ à plurimis causis pendent. Qđ cũ fit, nõ est demõstratio illa exq̃sita & exacta, quã ἁπλῶς, vocãt, sed longè minoris atq; indignioris notę. Eiusdem vero rei plures esse causas, constat ex. 2. hoc li. analyticorũ, & ex. 2. quoq; de naturali auditu. Tu ad ea te conferas loca, vt rem diligenter expẽdas.

Considerare autem & ꝑ alias figuras, quot modis contingit eiusdem fieri syllogismum] ἐπισκέψασθαι δὲ καὶ διὰ τῶν ἄλλων σχημάτων ὁσαχῶς ἐνδέχεται τοῦ αὐτοῦ γενέσθαι συλλογισμόν.] vel etiã hoc modo [adspiciendum autem & in alijs figuris, quot modis accidat eiusdem fieri ratiocinationem] videtur & Arist. te transmittere ad librum Priorum Resolutoriorum, ad eam quidẽ partem, in qua agit de copia propositionum & abundantia medij: quo in loco tradita est, summa & accurata ratio, differendi & ratiocinandi per plura media: idq; est in ea parte, quæ dicitur, περὶ εὐπορίας προτάσεων, & περὶ τῆς λήψεως μέσου] itaque me nemo reprehensurus est, ꝙ dixerim, multiplicandi medij rationẽ nõ pertinere ad demonstrationem simpliciter, sed ad aliam inferioris ordinis, vel propter quid, explicãtem, vel ꝙ, ob eam causam, ꝙ Arist. nos ad eam partem mittit, quę copiam mediorum disq̃rit, non quidem in demonstratione, sed in syllogismo.

Eius vero quod à fortuna.] τοῦ δ' ἀπὸ τύχης] Arg. longe copiosius vertit [Eius autem quod ꝓficiscitur à fortuna, causaq; fortuita, & fluctuante] Alij [eius quod temere fit] alij item [eius quod casu, ac forte fortuna efficitur] vel eo modo [fortuiti vero] hic perpende, Aristo. τύχην tantum, hoc est fortunam nominare, sed lib. 2. de auscultatione naturali, Fortunam & Casum explicat, tanquam res diuersas, quoniam casum vult esse in rebus, q̃ ex proposito non agunt, neque prædita sunt ratione, fortuna vero, inquit, in his rebus inest, quæ rationem obtinent, atque propositum. Est autem casus ab eodem inibi vocatus, αὐτόματος. Cur vero hic Fortunã tãtum expresserit, ea reddi causa potest, ꝙ hæc duo distinguere non excogitabat, cum hæc subtilis partitio ad Philosophum spectet naturalem. Hic vero, dum ait de Fortuitis non esse scientiam, æquè de his, quæ casu fiunt, intelligi potest: nam ratio vtrique eodem modo respondet. Confundit itaque hæc duo nomina, τύχη, & αὐτόματον: quod etiam facit, sectione secunda li- a

 bri

bri de interpretatione, dum asserit, si omnia sint necessaria, accidere vt nihil fortuna contingat, inquit enim οὐδὲν ἄρα οὔτε ἔστιν, οὔτε γίνεται, οὔτε ἀπὸ τύχης hoc est, nil igitur, neque est, neque fit, neque à Fortuna. &c.

b Vt plurimum.] ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ] alij [plerũq;] vel [multoties] secundo libro Physices auscultationis docet, ea quæ sunt, alia semper esse, alia frequenter, & alia item per rarò. Quę semper sunt, appellantur necessaria, vti contingentia sæpius, quæ vt plurimum fiũt. Quæ verò rarò admodum consistunt, contingentia rarò dicuntur, sub quibus fortuna, & casus collocantur. Est & illud contingens, quod sectione secũda lib. περὶ ἑρμηνείας, vocat ὁπότερ' ἔτυχεν hoc est, vtrũlibet contingit, nostri æquale dicunt, cuius vtraq; contradictionis pars ęquę fieri & nõ fieri potest. Alex. in cõmentarijs priorũ Analyticorum, exemplum affert, horum contingentium, hoc modo, Esto linea recta, terminataq;, hanc si per ęqualia secueris, similitudinem eius contingenti qđ ęquale est, tibi pstabit. hoc est, qđ æquæ esse, & non esse, aut fieri & non fieri potest: vti est Socratẽ lauari. At si data fuerit linea, per inęquales partes secta necessario efficitur, vt altera pars maior, alia minor habeatur. Quæ maior est, contingenti illi similis videbit, qđ vt plurimum dicitur, quemadmodum & minor pars lineæ, similitudinem pseferet, eius qđ raro contingit. Ad hęc ptinent, ea q̃ scribuntur in 2. lib. Physicæ auscultationis, nec nõ sect. 2. lib. de Interpr. in ea parte, vbi differit de futuris contingentibus. Item & lib. 1. Priorum Analyticorum, vbi de conuersione contingentium, & permixtione ꝓpositionum eloquitur. Adde vero contingens, & id quod possibile appellãt, re & materia idem esse prorsus, differre autem sola nominis appellatione. Indicio est illud, ꝙ 1. lib. Priorum Resolutoriorum seorsum de possibili à contingenti non loquitur, sed ea pro eodem vsurpat. Quòd si libri de Interpret. sect. iiij. modum cõtingentis à possibili separat, id facit quo ad vocum, non rei differentiam, qđ Hamm. docet. Cum vero hoc in loco dicit, demõstrationem esse de his q̃ semp sunt, aut etiam vt plurimũ, intellige, ea q̃ vt plurimum sunt, demonstrari ac sciri, ea ratione, qua docuerat in superioribus, vbi dixerat, Αἱ γὰρ τῶν πολλάκις γινόμεναι ἀποδείξεις καὶ ἐπιστῆμαι. hoc est, eorum vero, quę sæpius fiũt, demonstrationes & scientiæ. Modum vero & rationem, hæc demonstrandi subiũgit, δῆλον ὅτι ἡ μὲν τοιαίδε εἰσιν, αἱ εἰ, κατὰ μέρος εἰσίν. hoc est, patet vero ꝙ vt tales sunt, sunt semper: vt vero non semper, in parte sunt.

Neque per sensum est scire.] a

οὐδὲ

οὐδὲ δι᾽ αἰσθήσεως ἐστὶν ἐπίστασθαι] Arg. [at verò neq; p sensum fit, vt sciamus] vel forte [non item sensu contingit scire] est autem hoc in loco αἴσθησις, potentia, ac vis animę organica, quę certa parte corporis, tanquam instrumento vtitur, vt visus, Auditus, Gustus, Tactus, Olfactus. de hac copiose differit in 2. lib. de Anima: nonnulla etiam videre potes in calce secundi huiusce libri. Tu vero sic Arist. sententiam tueare: scientia est intellectus habitus, sensus intellectus non est, itaq; nec sẽsus erit vllius sciẽtia.

b Et nõ huius cuiusdam] καὶ μὴ τοῦ δέ τινος] vel etiam] & nõ huius cuiuspiam] sensum inqt esse à sentire diuersum: qm̃ sensus non est rerum singularium: non enim visus est huius aut illius albi, sed cuiuscũq; albi: sentire vero est circa ea quę singularia. Idẽ autem voluit in fine secundi lib. quo in loco sensum inquit esse vniuersalium, quod intelliges, vti sensus est potentia & facultas quędam: nam vt comparata actioni, q̃ est sentire, sic est in parte quoddã, non vniuersale. Hinc tibi quãplurimę corruent cauillationes, quę hoc in loco agitari solent. Sed si volemus huius vocis, sensus, significationes persequi, occurrat nobis illa primum, quę ait sensum esse vim, quę sine medio, singularia percipit, hoc est absq; ratiocinatione, qđ quomodo verum dictu sit, leges quę in huius operis procemio scripsit Arist. atque inibi: Themist. Hęc autem est illa animę vis, quę scientię aditum patefacit, qua q̃dem extincta, & scientiam perire necesse est. Id enim indicauit, cum dixerat, ablato sensu scientiam interire, quę earum rerum est, quę ad illum sensum pertinent: quod & in lib. de Anima, & de sensu ac sensili multoties repetit. Illa vero non deridenda est sententia quę ait, sensum esse initium scientię in nobis, vti extimationis ĩ Brutis. Exterior animę dĩcĩt facultas, interpres mentis, ostium cogitationis, nuncius rerum, naturę Ianitor, specierum explorator, qui res materia affectas cognoscit, & ad aliud refertur, nempe ad ipsum quod est sensibile. Inter patientes facultates connumeratur ab Arist. siue actu, siue etiam facultate sit sensus. Hic in proprio non decipitur obiecto, nec seipsum, vt mẽs facit, percipere potest: estq; vel communis vel proprius, species citra omnem materiam. Suscipit, eodem fermè pacto, quo cęra annuli, aut sigilli formam: necnon cõtrarias res semper cognoscit: habetq; determinatum ac certum, quo agit, instrumentum, corrumpitur ab immodico sensibili, vt auditus à tonitruo, estq; homini ac Brutis animãtibus cõmunis. Ad quem ea pertinent, quę sunt, sensile, sentiendi vis, & Actio. Malui isthęc recensere-

ſere, quaſi præter inſtituti mei rationem, quàm negligens videri, in eo præſertim, in quo diligentia requirebatur maior.

c Et ſi ſupra lunam exiſtẽtes videremus obiectam terram] καὶ εἰ ἐπὶ τῆς σελήνης ὄντων ἑωρῶμεν ἀντιφράττουσαν τὴν γῆν.] colligit ex his quæ dixerat, ex vno particulari cognito neceſſe haud eſſe, vt inde efficiatur vniuerſale: qm̃ vniuerſale ex multis particularib⁹, ſenſu cognitis, aſſumitur. Exemplo vero perſuadet, caſu ꝑ imaginationem concepto, nobis exiſtentibus ſuper lunam, eo ſanè tẽpore, quo deficit, terrę obiectu. ſed penè contrariam huic viſus eſt, habuiſſe ſententiam circa initia ſecundi lib. vbi Ariſt. hæc ſcribit, εἰ δὲ ἦμεν ἐπὶ τῆς σελήνης οὐκ ἂν ἐζητοῦμεν οὔτ' εἰ γίνεται οὔτε διατί.] hoc eſt, ſi vero eſſemus in luna, neque vtique quæreremus neque ſi ſit, neque cur ſit.] & addit, ἀλλὰ ἅμα δῆλον ἂν ἦν. ἐκ γὰρ τοῦ αἰσθάνεσθαι, καὶ τὸ καθόλου ἐγίνετο ἂν ἡμῖν εἰδέναι.] ideſt ſed ſimul vtique manifeſtum efficeretur: ex eo enim quod ſentitur, & ipſum nobis factum eſt cognoſcere.] quo autem pacto hæc tam euidens tollatur pugnantia, in noſtris contradictionibus abunde expoſuimus.

a Vniuerſale autẽ honoratũ eſt.] τὸ δὲ καθόλου τίμιον] Arg. [ipſum autem vniuerſale ꝑſtabile nimirum eſt.] vel ſic [vniuerſale vero quid honeſtum eſt] vult vniuerſale eſſe plurimi faciẽdum ex eo, ꝙ maxime vim cauſæ videt̃ obtinere: atq; ex hoc ipſo nimirũ eſſe honore dignũ. Etenim ſi ſcientia eſt de genere bonorũ & honeſtorum, quod ipſe in initio primi li. de anima ſtatim propoſuerat, etiam vt ſit bonum atq; honeſtum vl'e neceſſe eſt, cum vniuerſale ſit cauſa, cauſa vero ſcientiam pariat in nobis. Neq; audias vniuerſale tantũ eſſe τὸ αἴτιον, hoc eſt, cauſam, quia & lib. 2. de Phyſico auditu, iã ſatis oſtenſum eſt, cauſam aliã extare rei vniuerſæ, aliã rei ſm̃ partem: nã ſtatuarius ſtatuę cauſa eſt, vniuerſalis, vti Phidias Mineruæ. Eſt itaque eius ꝓpoſitũ hoc in loco, aſſerere nomen cauſę præſtabilius ac exactius dici de re vniuerſali, q̃ de cæteris alijs. Cum vero dicat, vl'e mereri, vt illud honore perſequamur, ad p̃cepti huius obſeruationem, q̃dam de illo, honoris cauſa, in medium afferemus. Verbum illud καθόλου, ſiue vl'e, ſiue vniuerſum dixeris, interdũ ſimplex eſt terminatio, vniuerſaliter appellata: quo modo Sect. 2. lib. de Interpretatione conſueuit dicere, item & rẽ ipſam ſignificat vniuerſam. Vtrãq; autem ſignificationem cõplexus eſt eo in loco, ad hũc modum, ὅτι δὲ τοῦ κατηγορουμένου καθόλου τὸ καθόλου κατηγορεῖν οὐκ ἔστιν ἀληθές.] hoc eſt, in eo autẽ ꝙ vl'e p̃dicatur, id quod eſt vniuerſaliter dici, non eſt verum] Eſt & illud vl'e, quod

vocem

vocem plurimis cõmunem designat, vti Genus, Species, ac cæterę à Porphyrio distributæ i eo li. qui εἰσαγωγή, dictus est, siue introductio. Est & vle, quod Cathegoria dicitur, vti ea sũt nomina, Substantia, Quantum, Quale, & alia. Est & illud quod in superioribus appellatum fuit τὸ κατὰ παντός, hoc est de omni: vti si dixeris, omnis nix est candida. Item illud, quod, τὸ καθαὑτό, videlicet p se, vt cum dicis, omnis homo animal est. Tum id, qđ etiam τὸ καθόλου, vocabatur, nẽpe quatenus ipsum, vt cum asseris, oẽm triangulum habere tres. Nostri, vniuersale actu vel potestate diuidunt, in re vel intelligẽtia, primæ vel secundę notionis, quod causæ rationem habet, vel prædicãdi vim, qđ ante multa, vel post multa, vel etiam in multis positum dicitur. Est & vle Metaphysicum, logicum, Naturale & Mathematicum. Est & illud, quod cõmune appellãt, ac antecedere dicunt, doctrinę ordine, ea q̃ minus sunt communia. Stat etiam vniuersale, qđ in mẽte est, ipsius Dei, quod Ideam Plato vocat in Timæo, Parmenide, Hippia, & Epinomide. Illud vero, qđ Arist. censuit hoc nomine vniuersalis esse appellãdum est, quod animo & intelligentia cõcipimus, mentis obiectum, potentia in singularibus existens, actu per intellectum constitutum, à singularib⁹ opere mẽtis sequestratum, à sensilibus ortum, cõceptum ab imaginatione, receptum ab intellectu potentię, illustratum ab agẽte, in memoria repositum, à materiei sordibus depuratũ, ab hic & nunc separatum, sensu, experientia & inductione collectum, ęternum, potestate cõtinens infinita, communicabile multis absq; sui vel diuisione, vel interitu, à ratione productum, præditum nomine causæ, & ob id, aptum præstare nobis scientiam & propter quid: quocirca honestissimum ipsum, & maxime præstabile, venit à nobis, vt Aristot. inquit, nominandum.

Quare de talibus vniuersalis honoratior sensuum & intellectionis, quorũq; altera est causa.] ὥστε περὶ τῶν τοιούτων ἡ καθόλου τιμιωτέρα τῶν αἰσθήσεων, καὶ τῆς νοήσεως, ὅσων ἕτερον τὸ αἴτιον.] Argy. hanc partem sic vertere videtur, [quare de talibus notitia vniuersalis p̃stabilior est perceptione sensuum, & intellectione eorum, quorum est alia causa.] q̃ translatio, addit illud [notitia] quæ in græco exemplari minime habetur, item & eam vocem [perceptione] quocirca sic putarim magis ad verbum esse dicendum [Quamobrem de his talibus honoratior, quæ vniuersalis, ea quæ sensuum, & intelligẽtiæ, quorũ altera causa extat] addidi autem ego minores particulas, vt sententiæ vis cuilibet constare posset. Est enim sensus, omnem b

nem cognitionem earum rerũ, quæ causam habent, præstabiliorem esse, quacumque sensuum perceptione, immo etiam, ipsius intelligẽtiæ. Quæ sentẽtia, adeo in vetere translatione dormit, vt vix excitari possit.

c In sensus defectum] εἰς αἰσθήσεως ἐκλείψιν.] vel [in sensus defectionem] Est autem defectio sensus alia cum ipsa sentiendi facultas omnino tollitur, de qua in superioribus est locutus, vbi scientiã auferri docuerat ex ipsa sensus defectione. Alia vero est, qua de agit hoc in loco, vbi sensus labore, & difficili sentiendi ratione afficitur, id autem fit, vbi res obiecta nõ nisi ęgrè percipitur à sensu: ceu ĩ exemplo quod habet, de foraminibus vitri, aut cornu, quæ nonnulli dixere esse causã, vt luminis particulę alioq; tenuissimę & permeabiles, extrinsecus diffundantur, lucemq; emittant, id.n. inquit sensus iudicare non potest, & ob id negocium facessit, in adhibenda ratione, cur illuminatio fiat.

d In problematibus.] ἐν τοῖς προβλήμασιν] Argy. [inter ea, quæ proponuntur] quæ translatio nil certe proponit, quod ad propositum faciat institutum. ac longe melius qui dicunt [in quęstionibus] Est autem, τὸ πρόβλημα authore Aristo. lib. 1. Topic. idem quod ζήτημα hoc est quæstio siue expetendi, aut fugiendi causa, aut veritatis & perceptionis, studio, proposita. hæc autem τὰ προβλήματα, sic partitus est, eo in loco vt alia ad electionem spectent, alia ad cognitionem, alia vero, adiumentum cæteris tribuant. Rursus ea in initio secundi lib. Topicorum, in vniuersali diuidit & secũdum partem, Affirmans & Negans. Extat & in naturali Philosophia liber de Problematibus, satis cognitus: quo in loco probabiliter differit. Ex quo liquido constat, problema esse, dialecticam quæstionem vti diximus, in qua ea proponi non possunt, quæ suapte natura sunt perspicua, vel item ea, quæ nemini probantur, sed hæc in Aristote. copiosius & luculentius.

Propter quid comburit] διατί φωτίζει.] Argyrop. [lumen e
efficitur] alij [illuminat] vel [splendescit.]

Eadem vero principia esse om a
nium syllogismorum] τὰς δ' αὐτὰς ἀρχὰς ἁπάντων εἶναι τῶν συλλογισμῶν] siue etiam] eadem autem esse initia, omniũ ratiocinationũ] discutit & hoc, siue Theorema dixeris, siue artis p̃ceptum, quod est, nõ eadem esse initia syllogismorum omniũ. Idq; multis rationibus perpetua quadã enumeratione propositis, facit. Quæ autem sint hæ rationes per te ipsum, q̃siueris. Quod vero te ignorare nõ oportet, illud videt̃ esse, hoc in loco τὰς ἀρχὰς, siue, principia, latius, ac fusius accipi, q̃ cũ de

de scientiarũ principijs loqueretur: qm̃ ibi propositiones eas intelligit, quæ necessariæ sunt, & perspicuę: nunc autem omnem propositionem intelligit, quę in syllogismo asſũptio fieri potest, siue ea vera fuerit, siue falsa, siue necessaria siue probabilis, item vtcumq; fuerit ex quovis genere Artium & Disciplinarũ desumpta. Et vt vno verbo dicam, principia sunt, ea omnia, hoc ĩ loco, audienda, ex quibus conclusio constitui potest: præmissas nostri commodè vocant.

a Et hominem equum, aut bouem.] καὶ τὸν ἀνὸν ἵππον, ἢ βοῦν.] aliud est exemplũ, quo ostendit non esse eadem omniũ syllogismorum initia, qm̃ pleraq; sunt vicissim contraria, quę ab eisdem principijs pendere non possunt. vt si dixeris, iustitiam esse iniustitiam, aut ignauiam, vel si æquale dixeris esse maius, vel esse minus, quę exẽpla medium extremis comparat, optima ratione. At non eo modo videtur procedere rem, vbi Hominem Equo, ac Boui cõparaueris, nam hæc cõtraria dici non possunt, cum substantiæ sint. soluitur, Hominem Equo ac Boui cõtrarium esse, oppositione illa, quæ in speciebus dissimilibus & disparibus reperitur: ea autem nõ est, contraria oppositio. Nostri appellant, oppositionem disparatam. Vel etiã dicere possis, has species contrarias esse vicissim, ƒm earum constituentes differentias, nempe rationale & irrationale: quod diligenter ostendit Porphyrius in quinque vocibus, vbi de differentia loquitur: inquit enim differentias esse contrarias in genere, sed sub eo potestate contineri: quamquam Platonici & actu sub genere eas collocauerint, dixerintq; contrarias non esse dicendas. De hoc vero extat tibi legenda subtilis atque elegans explicatiõ, apud Hammonium eo in loco, qui Peripatheticorum ac Platonicorum nititur opiniones ad concordiam ducere.

Necesse autẽ aut in media conuenire, aut sursum, aut deorsum, aut hos q̃dem intro habere, illos autẽ extra terminorum] ἀνάγκη δέ γε ἢ εἰς μέσα ἁρμόττειν, ἢ ἄνωθεν, ἢ κάτωθεν, ἢ τοὺς μὲν εἴσω ἔχειν, τοὺς δ' ἔξω τῶν ὅρων.] Arg. sic vertit,] necesse est autem, aut ad media accõmodari, aut supera ex parte, aut infera, aut alios intra, alios extra, terminorũ, habere.] vel etiam [necesse est autem, aut in medijs consentire, aut supra, aut infra, vel terminorum hos quidem internos, illos externos habere] nihil perinde semper optaui, atque (quantum virium mearum ratio pateretur) studiosis prodesse: qđ vt faciam, totum me gręcorum authorũ studio dedere decreui, vt Aristotelicorũ verborũ castam, ac sinceram sententiã eruerem. In latinis subtilitatem, in Auerroe grauitatem a

&

& constantiam semp admirari soleo, Græcis vero, omnem Aristo. puritatem & candorem acceptũ refero: qñ in hoc genere interpretationis, hi clari facti sint, ad omnem posteritatis memoriam. Quamobrem valde fallũtur, qui Grecorum eruditionẽ damnant, dum in his, maiorem q̃ opus sit, subtilitatem desyderant: quemadmodũ iniquos esse iudices crediderim, qui latinos aut Arabas interpretes, ob sermonis inelegantiam incusant, nam & in eorũ pectore suus adest Mercurius. Sed hęc forte aliquantò longius progressa sunt, q̃ institueramus, itaq; eò redeamus, vnde digressi sumus. Diligenter Philoponus docet, q̃ sit horum vis verborũ: nam cum dixerit, iccirco nõ esse eadem principia syllogismorũ, qm aliorum generum, alia sunt initia, ob id ꝙ vnà non consentiunt, nunc aggreditur ad explicationem eius quod est non consentire, siue conuenire, quod gręce ἐφαρμόττουσιν, se habet, idest, consentiunt: quare cõuenire nil aliud est hoc in loco, q̃ prædicari, aut subijci. Fit autẽ omnis consensio vel in prima, vel secunda, vel tertia figura. In prima conueniunt in medijs, cum maius extremum sit prędicatũ medij, & mediũ minoris extremi. In secũda consentiunt supra, cũ vtrũq; extremum predicetur de medio. In tertia item conueniunt infra, qñ medium est subiectũ vtriq; extremo. Est autem hæc dicendi forma familiaris Aristo. in libris de priore resolutione. Terminos autem infra positos, subiecta intelligit, vti extra positos, prędicata. Cuius rationem Philoponus esse dicit, ꝙ continẽs est extra contentum, contentum vero intra continens. Cum vero prædicatum contineat subiectũ, iure prędicatum est terminus extra, vti terminus est intra, id quod est subiectum. aut assumpto termino, aut iniecto.] ἢ προσλαμβανομένου ὅρου, ἢ ἐμβαλλομένου] vel [siue suscepto termino, siue intrinsecus addito] Assumere terminum, est ipsum extrinsecus accipere, internè vero inijcitur, cum inter subiectum & prædicatum medium aliquid immittiť. Quod ex vsu libri prioris resolutionis, & ex hoc ipso in superioribus satis constare potest: dum inquit, τῷ γὰρ ἐντὸς ἐμβάλλεσθαι ὅρον ἀλλ᾽ οὐ τῷ προσλαμβάνεσθαι, ἀποδείκνυται τὸ ἀποδεικνύμενον. hoc est, intro nãq; inijciẽdo terminum, sed non assumendo demonstrať demonstrabile. At hic Philoponum legas diligenter.

Vt ꝙ hęc quidẽ Geometriæ, illa vero Ratiociniorum] οἷον ὅτι αἱ δὶ μὲν γεωμετρίας, αἱ δὶ ἢ ἀριθμῶν] Argy. [vt hæc Geometrię, hæc autem Arithmeticę] quæ translatio longe pręstabilior est, vel etiam [vt ꝙ hęc quidem Geometrię, illa vero Numerorum] hinc cõstabit, q̃ magna, quamq; a

patens

patens sit vtilitas apud eos, qui libros de Greco vertũt, & authoris transferendi propositum tenere, & eam callere facultatem, cuius scriptorem vertere studemus. Quid.n.per ratiociniũ intelligere volumus, aliud q̃ disserendi magistram λογικήν, siue διαλεκτικήν, quę communibus principijs, non proprijs innititur? quocirca parum ad propositi instituti rationem id facere videret, si de hoc genere principiorũ sermonem haberet. Neque ego, isthęc dixerim, quo me hominibus eloquentissimis, vlla ex parte conferre voluerim, qui eorum consilium, ac pene totum vitę cursum, in studiosorum vtilitatẽ contulerũt: sed vt potius, quod institueram, facile præstare videar, dum Aristotelicę sinceritati, ac veritati nostras hasce versiones nitimur accommodare.

a Neq; enim in manifestis doctrinis hoc fit] ὄυτε γὰρ ἐν τοῖς φανεροῖς μαθήμασι τοῦτο γίνεται] Argy. [nam neque in manifestis hoc fit scientijs] docte quidem & eleganter Arg. sed adhuc verbum μαθήμασι, videt̃ esse transferendum, disciplinis. Itaque sic vertere liceat [neq;.n.in manifestis efficitur hoc disciplinis] Manifestas vero dixit, pro cognitis, exploratis, inuentis, ac diligenter ab alijs tractatis. Est autem non ignorandum, hæc nomina, ἐπιστήμην, διδασκαλίαν, μάθησιν, hoc est, scientiam, doctrinã, ac disciplinam esse interdũ vnũ atq; idẽ, quo modo Geometria, aut alia quęuis facultas eiusmodi, scientia dici potest ad ea quę in ipsa continentur Scibilia, cõparata. Est vero doctrina, vti à Geometra traditur: disciplina, vti à discipulis audita percipit̃. Interdum doctrina est, celebris authoris, qualis vel Plato, vel Arist. vel alius extitit, cognitio libris ac monumentis literarum tradita. Quandoq; vero, est ipsa docendi ratio, μέθοδος, vocata, estq; quatuor modis, doctrina demonstratiua, definitiua, diuisiua, compositiua. Est & à doctrina, interrogatio, διδασκαλική, hoc est doctrinalis ab Aristo. vocata, in lib. de reprehẽsionibus sophistarum. Est & doctrinę ordo, cum ab vniuersalibus, communibusque rebus ad ea quę specialia, ac propria sunt descendimus. Est & docentis actus, qui docere dicitur, quem Aristo. lib. 3. Physices auscult. vult distingui ab eo quod est addiscere, licet doctrinam à disciplina non separet. Quod alibi latius expositũ si nobis fuit. Hinc doctoris nomẽ emanauit, hoc est eius, qui viuo sermone, sensum audientis attentare solet.

Neq; in resolutione est possibile,] ὄυτε ἐν τῇ ἀναλύσει δυνατόν.] alij verbũ, ἀναλύσει, vertunt, dissolutione, forte ob aliquem grę cum codicem, qui loco huius, legit διαλύσει. sed & in excusis, b

excusis, & calamo exaratis, sic res se habet, vt in initio legebamus. Itaq; sic vertendum, [neq; id fieri potest in resolutione] Nō eadem autē huius est vocis, atq; illius significatio. qm̄ dissoluitur res, vbi in partes & particulas ex quibus constat, corrumpitur, id autem cū ipso rei interitu fieri necesse est. Resoluitur autem cū mente ac cogitatione compositū in partes & particulas diuidit, idq; citra rei interitum fieri potest. Quocirca, omnis dissolutio est etiam resolutio, non autem contra. Hinc recte Aristo. lib. 1. Priorum Resolutoriorum, terminum esse definit, in quem ꝓpositio διαλύεται, hoc est dissoluitur: qm̄ dum ꝓpositionem dissoluimus, eā in suos terminos corrumpimus. Est & Analysis, res compositioni contraria: nam opposita vice vtuntur. Quod. n. cōponitur, ex partibus consistit, qđ vero resoluitur in partes transit. Item compositio à multis partibus ad vnum videtur ire, contra resolutio ab vno, ad plures, tendit. Accedit, ꝙ primum resolutionis, extremum est compositionis, & ediuerso. v. g. Domus compositio, à fundamentis initiū sumit, inde ad parietes tendit, mox ad tectū properat. Resoľo, à tecto exorditur, finitq; in fundamētis. Hanc vero esse Resolutionē satis iam constare videtur: de qua plura vide apud Arist. lib. de priore resolutione, ꝓpe finē, vbi de ipsa ex instituto differit copiose. Quędam etiā extāt, & in lib. 3. Ethic. Themist. autem & ipse, resoľonē appellat, tunc, cum cōclusionem ī eius principia referimus. Quod ne te lateat, addenda est illa partitio, quę ait, quatuor modis contingere, vt resoluamus vnūqđq;. Primum est ea resoľo, quā Mathematicam appellat Alex. in commētarijs Priorum Analyticorū. Ea fit, vbi theorema in eius principia referimus, atq; illa in alia vsq; quo, desyderare amplius in illo genere non possimus. Est & alia Naturalis, quę Hominē, aut plantam, aut aliud simile in partes diuidit. Deinde & Artificiosa, q̄ scamnum, aut lecticā in sua principia reducit. Postremo est Resolutio λογική, siue rationis, quæ conclusionem in eius initia referre solet. Hęc bifariam efficitur. primum vbi conclusio simplex, & ab omni materia seiuncta reducitur in pręmissas simplices, & ab omni materia separatas: vt si dicas eam cōclusionem, quæ ait C. esse A. reduci in has assumptiones, B. est A. & C. est B. Hanc priorem resolutionem ample considerat Aristot. in Prioribus Resolutorijs: quāquam Gręci authores librum illum resolutorium dici maluerunt: à præcipua sui parte, nempe à sectione tertia primi libri, vbi de Resolutione differit: quod minime ab alijs nostræ ætatis viris, sane quàm doctissimis probatur.

Est

Est & alia resolutio, q̃ efficit vbi necessaria cõclusio, in principia defertur, hãc posteriorẽ, secundã vt resolutionem vocant, qua de agit in posterioribus analyticis. Vtrãq; vero in libris logicis maxime Aristo. consyderat. Inde fit vt libri Analytici iure sint quatuor, duo priores, & totidem posteriores vocati, quasi inscriptione cõmuni: quod autem separat, est illud verbũ prius & posteriꝰ, siue secũdũ, nam & Gal. lib. 4. de differentijs pulsuum, ostendit libros de priore resolutione, inscriptos fuisse τῶν ἀναλυτικῶν προτέρων: eos vero, q tractant de demonstratione, τῶν ἀναλυτικῶν ὑστέρων, siue etiam δευτέρων. hoc est de posterioribus resolutorijs, vel secundis resolutorijs. Est itaque hæc inscriptio, partim propria, partim & communis his libris omnibus. Vtrum vero lib. Priorum inscriptione propria sit de syllogismo, liber vero Posteriorum sit appellandus de demõstratione, an etiam de definitione, non est præsentis loci, vt disseramus: meminisse tñ oportet, inscriptionem librorum resolutoriorum fuisse ab Arist. nõ alio viro excogitatam, qñ id voluerit multis in locis, ac pſertim lib. 6. Ethic. vbi de scientia loquitur, quo in loco sese transfert ad ea q̃ dixerat in resolutorijs. Est itaq; analytica scientia, diligens & pſpecta cognitio demonstrationis ac definitionis (loquor. n. de secundis resolutorijs) quæ demonstrationis & definitionis vim, naturam, partes, & leges exactissima ratione disquirit. Cum. n. insita sit nobis, naturæ institutione atq; impulsu, in scientiam & cognitionem propensio atq; cupiditas, scientia autem omnis sit rerum per earum causas contẽplatio, res vero vel sint substantiæ, vel accidentia, inde patet, analyticam scientiam, cum sciendi doceat instrumẽta, necessario & de demonstratione, & de ipsa definitione, tractare: nam demonstratio nos scire facit Accidẽtia, Definitio substantiarum intelligentiam aperit. Id etiam constat ex earum doctrinarum partitione, quas Græci μεθόδους, vocãt, hoc est vias & rationes docendi. Etenim Plato, compositiuam & Diuisiuam rationem q̃ maxime excolit, quod præsertim in Philebo & Phædro videre quilibet potest: Arist. autem demonstratiuam ac definitiuam magnopere extollit, qm̃ hę rerum omniũ cognitionem persequũtur diligenter. iure itaq; Analytica sciẽtia, & demonstrationis & definitionis est cognitio. Verum si te plura cognoscere non pigeat, de ipsarum doctrinarum partitione, atq; ordine, legas nõnulla apud Philoponũ in initio secundi lib. Poste. quædam etiam extant & apud eundem & Alex. in commentarijs primi lib. de priore resolutione, in ipso quasi libri vestibulo.

stibulo. Copiosius de hac ipsa re disserit Hammo. in ingressu interpretationis Porphyrij introductorij. Sed forte plura recessuimus, q̃ institueramus, in re tamẽ vtili & iucunda plurimum operę mihi videbatur collocandum: qñ omnis cognoscendi ratio, omnis recte ac diligenter tractandi, docendi, ac disserendi doctrinæ institutio, ab ijs mihi ducta videt̃ initijs, & quasi elementis, q̃ de ipsa resoluendi ratione veteres peripathetici nobis ꝓposuerũt.

a Principia nãq; duplicia, & ex quibus & circa qđ: quę quidem igitur ex quibus, cõmunia: quæ aũt circa quod, propria.] αἱ γὰρ ἀρχαὶ διτ7αί ἐξ ὧν τε καὶ περὶ ὅ αἱ μὲν ἐξ ὧν κοιναὶ αἱ δὲ περὶ ὅ ἴδιαι] Arg. [principia nãq; duplicia sunt, ex quibꝰ & circa quod: principia igitur ex quibus, communia sunt: principia vero circa quod, ꝓpria.] nil est, quod in verbis hęsitare quẽpiam faciat, sed ad sententię explicationem aliquid est, qđ animaduersione dignum videtur. Principia inquit, alia esse communia, alia propria. Quam sane diuisionem & in superioribus ꝓposuit, sed nõ eiusdem sententię. Nam eo in loco, principia illa partiri videbatur, quę doctrinę, & complexa vocantur. Hic vero ꝑ communia audit τὰ ἀξιόματα, per propria τὰ ὑποκείμενα, hoc est subiecta. locus itaq; p̃cipuus est, vbi subiectum de genere appellat principiorũ: idq; maximopere aduersat̃ his, q̃ subiectum dicunt, posse in ꝓpria scientia demonstrari, demonstratione quod. Nã si principiũ est, cum principiorũ nulla sit demõstrationis species, q̃ fieri potest, vt subiectum demonstrari possit? Est autem particula ἐξ, hoc in loco, proprie principijs accommodata cõplexis, qm̃ ex his conclusio colligitur, particula vero περὶ, quę, circa est latine reddita, & ipsa iure quodam pertinet ad subiectum, cum subiectum id dicatur, circa quod tota scientię cõquisitio & pueſtigatio consistit. Ad hoc etiam spectat quod in superioribus, dixerat, agẽs de principijs, subiectis, & Affectionibꝰ; ἀλλ' οὐδὲν ἧττον τῇ γε φύσει τρία ταῦτά ἐστι περὶ ὅ τε δείκνυσι καὶ ἃ δείκνυσι καὶ ἐξ ὧν.] siue,] sed nihilominus, tria hęc, natura consistunt, circa quod monstrat, & q̃ monstrat, & ex quibꝰ.] sed & paulo post, indicauit principia complexa ex quibus demonstramus posse esse cõmunia, subiecta vero de quibus demonstramus esse propria, cum iam dixerit, κοινὰ δὲ λέγω οἷς χρῶνται ὡς ἐκ τούτων ἀποδεικνύντες, ἀλλ' οὐ περὶ ὧν δεικνύουσιν, οὐδ' ὅ δεικνύουσι.] quę sic se habent, appello cõmunia, quibus vtuntur, veluti ex his demõstrantes, sed non de quibus monstrant, neque quod monstrant.] Cum autem dicat hoc in loco subiectum esse rem propriam, non communem Artibus ac Disciplinis,

nis, de subiecto dictum accipias, ratione formę contractum, id. n. vnum vnius est facultatis: nam si de subiecto, quod materiale vocăt, intellexeris falsam omnino sententiă colliges, & experiētiæ repugnantem, qđ in superiorib⁹ copiose à nobis ostendebatur.

b Vt numerus magnitudine.] οἷον ἀριθμὸς μέγεθος] Arg. vero [vt] Numerus, Magnitudo.] idq; rectius q̃ vt in vetere translatione legitur. Exempla vero hęc, de subiectis ipsis sunt, circa quæ sciētiæ plurimum contēplantur affectiones. Nam cum hæc principia ꝓpria appellauerit, ne q̃s incaute, id de proprijs principijs complexis intelligeret, vt est illud, si ab ęqualibus lineis, ęquas lineas demas, reliquę lineę erunt ęquales, ob id volens de subiectis esse audiendum, exemplum petit, à subiecto Arithmeticæ, quod est Numerus: & à subiecto Geometriæ quod est Magnitudo.

TEX. XLIIII.

a Scibile autem, & scientia differunt, ab opinabili & opinione, quoniam scientia quidē vniuersalis, & per necessaria] [τὸ δ᾽ ἐπιστητὸν καὶ ἡ ἐπιστήμη, διαφέρει τοῦ δοξαστοῦ καὶ τῆς δόξης, ὅτι ἡ μὲν ἐπιστήμη καθόλου καὶ δι᾽ ἀναγκαίων.] quę sic Arg. [interest autem, inter id, quod sub sciētiam, & id quod sub opinionem cadit: nam scientia quidē vniuersalis est cognitio, & per necessaria comparata.] sed quędam de suo addit Arg. vt illud [cognitio] quædam item adimit de Gręco vertens: nam ea verba p̄terijt, [ἐπιστήμη] item [δόξης] id autem hoc in loco, minus opportune videt̃ fuisse p̄termissum, cum differentiă tradat Arist. (qđ omnes fatētur interpretes) inter scientiă & opinionē, haud minus, q̃ inter ea, q̃ ptinent ad scientiă & opinionē. Ob id, p̄clarè alij [scientia, & res q̃ sub scientiam cadit, differt ab opinione, re opinabili, ꝙ in reb⁹ vniuersis, ijsq; necessarijs cernit̃ scientia] vel si hoc placet modo [Qđ scimus vero & scientia, distant ab eo qđ opinamur & opinione, qm̃ scientia vniuersæ rei est, & ex necessarijs] Differentiă hoc in loco discutit valde opportunam, q̃ in Gymnasijs disceptationibusq; assidue versat̃. Ea est, nū scientia & opinio res sint eadem, an prorsus alia atq; alia. Cū vero, quod sub scientiam cadit, ab eo quod opinamur, lōge quidem inter se distare videantur, hinc differre scientiam ab opinione tm̃ explicat, quantum, ea differūt, in quibus horum vtrūq; versat̃. Adducor itaq; vt credă, nō inepte eos existimare, q̃ aiūt, quatuor esse, quæ hic proponuntur, scientiam, opinionem, quod scimus, quod opinamur. Horum duo, sunt cognitiones, habitusue: totidem vero dicuntur res, siue obiecta nobis cognita. Deinde hęc quęstio ita digerenda est, vt partes binas capiat: nam alia

ad scientiam pertinet & opinionem, alia ad id quod sub scientiã & opinioné cadit. Huiusce partitionis causam non indiligenter Philoponus tradit, ea ratione, ꝙ ad exquisitam harum rerum cognitionem explanandam, haud profecto sufficit actus distinguere, sed & ea diuidéda nobis sunt, quorum illi actus esse dicuntur. Quæ res, cum non exiguæ sit doctrinæ, nil mirum si in hoc genere partitionis laborat non tam sæpe, quàm multum diuinus Plato: potissimum vero in Philebo, & in Theæteto.

a Verum enimuero neq; intellectus: dico.n. intellectum principium sciétiæ: neq; scientia indemõstrabilis, hoc autem est suspicio immediatæ propositionis.] ἀλλὰ μὴν ὐδὲ νοῦς. λέγω γὰρ νοῦν ἀρχὴν ἐπιστήμης, ὐδ' ἐπιστήμη ἀναπόδεικτος. τοῦτο δ' ἐστὶν ὑπόληψις τῆς ἀμέσου προτάσεως.] Argy. at vero nec intellectus: intellectum.n. principiũ scientiæ dico, neq; sine demonstratione scientia, q̃ quidem est existimatio vacantis medio ꝓpositionis.] item sic verti possunt eadẽ verba [sed enim neq; intelligentia: appello autem intelligentiam, initium scientiæ. Neq; etiam, q̃ citra demonstrationem scientia comparatur, id auté est ꝓpositionis medium nõ habentis existimatio.] propositum erat ostendere de cõtingentibus rebus nõ esse scientiam, id iã late patet ex superioribus verbis, nunc vero doctrinę ratio postulat, vt de eisdé contingentibus asserat non esse intelligentiã. Est auté [νοῦς] siue intell's, siue mẽs, hoc est animi pręcipua pars, q̃ cognoscit principia, citra omnẽ demonstrationem, de qua in p̃cedentibus plura proposuimus, & ipse quoq; Arist. nonnulla traditurus est in fine secũdi huiusce libri. Quæ intelligẽtię vis, ea est, q̃ principia cognoscit, cognitis terminorũ significationibus: ité eò meliorem p̃stat cognitioné, q̃ faciat demonstratio, quo mens est ipsa ratione prętãtior. Nam intellectus ꝑceptio, cum sit demonstratiuę scientiæ causa, potioré habitum vt ĩ nobis efficiat, prorsus necesse est. Hinc apud nostros ea effluxere nomina, scientia, ac melior affectio q̃ sit scientia. Est.n. scientia, cognitio ꝑ demonstrationem comparata, quæ ad conclusiones pertinet. Melior vero affectio, est principiorũ cognitio, q̃ à mente & intelligẽtia proficiscitur. Id voluisse Arist. sępius animaduerti, p̃sertim in initio primi huius libri, dum hæc diceret, ταῦτα οὖν οὕτω λέγομεν, καὶ ὐ μόνον ἐπιστήμην, ἀλλὰ καὶ ἀρχὴν ἐπιστήμης εἶναί τινα φαμὲν ᾗ τοὺς ὅρους γνωρίζομεν. hoc est, hęc
itaq; sic dicimus, non modo extra ,,
re scientiam, sed & initiũ scien- ,,
tiæ certum quoddam esse asseri- ,,
mus, quo terminos ꝑcipimus. ,,
at paulo antea, & illud dixerat, ὐχ οἷον τε δὲ πιστεύειν μᾶλλον ὧν οἶδεν,

οἶδεν, ἃ μὴ τυγχάνει μήτε εἰδώς, καὶ μήτε βέλτιον διακείμενος, ἢ εἰ ἐτύγχανεν εἰδώς. Quod sic se habet, [non potest autē credere magis, his q̄ scit, quę non est sciens, neq; melius affectus, quā si sciēs esset] vt itaq; rem totā paucis cō plectamur; scientiā dicimus esse cōclusionum, intelligentiā principiorum. scientia euētus quidā est, intelligentia est illius causa. scientia ratiocinatricis animæ facultatis est opus, intelligētia est ipsa supremæ mentis perceptio. scientia per demonstrationē cōparatur, intellectus est non demonstrabilis cognitio. Postremo scientiam dicimus, esse eorum q̄ mediū habent, intellēm vero medio vacantiū. sed reuertamur eò, vnde digressi fuimus. Cum scientiam dixisset, esse nō posse de rebus contingentibus neq; itē intelligentiam, statim affert, de his extare alium habitum, qui [ὑπόληψις] vocatur. Est autem hic, existimatio, siue etiam suspicio, ambigua sanè, & parū constans rei cognitio. de qua sermonē habuit lib. Sexto: Et hic, tū cū eam cū opinione coniungit, & vtrāq; separat ab habitibus intellectualibus, qui semper veri sunt.

a Quomodo igitur est idē opinari & scire? & ꝓpter quid nō erit opinio scientia? si q̃s ponet, omne qđ nouit, contingere opinioni: ꝯsequetur.n. hic quidē sciēs, ille verò opinans ꝑ media] πῶς οὖν οὐκ ἔστι τὸ αὐτὸ δοξάσαι, καὶ ἐπίστασθαι; καὶ διατί οὐκ ἔστιν ἡ δόξα ἐπιστήμη, εἴ τις θήσει ἅπαν ὃ οἶδεν ἐνδέχεσθαι δοξάζειν. ἀκολουθήσει γὰρ ὁ μὲν εἰδώς. ὁ δὲ δοξάζων διὰ τῶν μέσων.] quæ hoc modo Arg. [quo modo igit̄ fit, vt idem vnus opinetur, alius sciat? & cur opinio non erit scientia? Si quispiā posuerit fieri posse, vt de eodem omni, opinio habeatur qđ scit. ꝓficiscetur.n. & hicce qui scit, & hicce q̄ opinatur ꝑ media.] q̄ si hoc modo interpretemur, q̄ illa ꝑcipere possit, vix vnum aut alterum extare crediderim. Itaq; si sententię vim totam tenere volueris, citra illam adeo exquisitā verborum religionem, p̄ferēdus erit in eo vertendi genere eruditus ille, cuius extat in hunc modū satis culta, atq; elegans trāslatio [existit autem hoc loco q̄stio, quo modo non eadē res sit quam opinamur, & quā scimus, & cur non idē sint opinio & scientia, si nil est qđ q̃s scire possit, de quo opinio etiam esse non queat. Nū enim quemadmodum sciens, ita opinator, media singula ꝓsequetur?] nos quoq; in eo diligenter elaborabimus, vt sine molestia, negocioq; eadem verba dilucide interpretemur, hoc modo. [Quarōne igitur euenit, vt idem sit & opinari & scire? & quamobrem nō est opinio scientia? si q̃spiam constituet, vnumquodq; qđ ipse nouit, accidere vt opinione illud ipsum cognoscat. Hic em̄ sciens, ille vero opinans per media procedet.]

cedet.]Proxime enim visum est, questioné initio propositam, partes habere duas, de opinione atque scientia, tum etiam de eo qđ opinamur & scimus. Cum itaq; diligenter exposuisset differentiam eorum quæ à nobis & scientia & opinione cognoscuntur, nunc vt in rebus ambiguis fieri solet, dialectica ratione adhibita de eadem re disserit accuratè, ne vllus locus, qui ad diligentem, & dilucidam explicationem attineat, prætermissus videatur. Est itaq; probabilis ratio, quam hoc in loco complectitur, videri idé posse & opinionem & scientiam appellari, cum nihil esse omnino videatur, quod quis scire possit, de quo etiã opinio esse nõ possit. Cętera vero per tęipsum videto.

a Etenim opinionem veram & falsam, vt nonnulli quidé dicũt eiusdem esse, absurda contingit erigi, & alia, & nõ opinari quod opinatur falsò. Qm̃ vero idem pluribus modis dicitur, est quidem vt cõtingit, est auté vt nõ.] καὶ γὰρ δόξαν ἀληθῆ καὶ ψευδῆ. ὥς μέν τινες λέγουσιν τοῦ αὐτοῦ εἶναι ἄτοπα συμβαίνει αἱρεῖσθαι, ἄλλα τε καὶ μὴ δοξάζειν ὃ δοξάζει ψευδῶς. ἐπεὶ δὲ τὸ αὐτὸ πλεοναχῶς λέγεται, ἔστι μὲν ὡς ἐνδέχεται, ἔστι δ' ὡς οὔ.] Arg.[Etenim opinionem quidem veram ac falsam, vt quidam inquiunt eiusdem esse, cum alia absurda, tum hoc secũ trahit, vt non opinetur quispiam quod opinatur falso. Sed cũ multipliciter idem dicat̃ partim esse potest, partim esse non potest.] nos quoque [etenim extare eiusdem rei (quod quidam aiũt) opinionem veram ac falsam, accidit vt absurda attollantur, atq; alia nec non, quod quis falso opinatur, id non opinari. Quoniam vero idem multifariam dicitur, sanè efficitur vt partim esse contingat, partim vero non.] cõstat cõmuni omnium sententia, in hisce verbis contineri similitudinis rationem inter opinionem & scientiam, nec non inter verũ & falsum. cumq; magis verum & falsum pugnare videantur, q̃ opinari & scire, hinc argumenti colligitur vis maior, quo idem posse nos opinari & scire demõstrat. Etiam quod multis alijs in locis euenisse sępius animaduerti, nunc vsu venire Aristot. satis intelligo. Cum.n. dialecticis rationibus in vtrãq; sententiæ partem disserit, quid tãdem ille sentiat, adhibita distinctione, determinat: quod in præsentia facit, cum idem, ambiguum & multiplex esse verbũ ostendit, docetq; partitione proposita, vt veritatis ratio postulat, diluere argumenta, quæ opinionem & scientiam minime simul conuenire posse, asserebant. At studiosorum vtilitati minime cõsuluisse putarem, nisi quãtum quidem in me esset, vniuersæ huic quæstioni lucem adderem. Quãquam id minime ab initio mihi ꝓposueram, cum

loca

loca tantũ obscura illustrare, & si quod esset, mendum tollere, instituissem, adhibita mediocri diligentia, sed breui admodum explanatione, quæ & alijs ꝓdesset industria, & neminem magnitudine operis deterreret. Est autẽ quęstio, siue Theorema, nũ scientia & quod sub scientiam cadit, ab opinione & ab eo qđ opinamur differant, necne? Cum vero scientiam separat ab opinione, considerat eas esse omnino dissimiles, ob eam sanè causam, quòd scientia vera, stabilisq; cognitio est, contra opinio fallax & ambigua. Item quod scimus immutabili quadã fide recipimus, quod opinamur, contingit vt aliter sese habeat. Item quod scimus, res est pernecessaria, quod sub opinionem cadit, contingens. Nam si cœlum dixeris perpetuo motu cieri, terram stare, hominem esse animal rationis ac mentis compos, atque alia eius generis, res erunt necessariæ, & quæ sub sciẽtiam cadunt. Sin vero, Calliam asserueris cras negociari debere, aut Socratem lauari, res erunt cõtingentes, & quę solę ad opinionem referũtur. Est itaq; opinionis atque scientiæ ea potissimum differẽtia, ꝙ aliud est hui⁹, aliud illius subiecta materia. Cũ vero opinio sit cõtingentiũ rerum, ob id, eam existimationem q̃ harum est, consueuimus opinionẽ vocare. Idq; non modo ratione, sed & communi hominum cõsensu facile cõprobari potest. Quicquid enim in rerum natura, & vniuersitate cõsistit, id sanè, duplici modo se habet, vel enim semper est, vel aliter esse contingit. Quod semper est, id necessarium dicimus, estque scientiæ obiectum. Quod aliter accidit, id contingens & credibile, vel etiam opinabile vocamus. Quæ fieri vero nequeunt impossibilia vocata, ea me hercle, ab omni rerum partitione sunt dimouenda, quoniam tantum abest, vt sub rerum diuisione collocentur, vt etiam his quæ sunt, potius aduersent̃. Scientia ergo cum eorum sit, quę necessaria dicuntur, opus est, vt opinio aliud sibi rerum genus vendicet, non quidem impossibilium, itaque contingentium. Cum autem opinio, sit simplex existimatio, euenit profecto, vt hæc tolli aliquando in opinatore possit. Da Socratem nunc opinari, Matrem esse piã erga filios, poterit idem Socrates, probabili ratione persuasus, siue Medeæ siue alio quouis exemplo, à priore existimatione dimoueri, iudicareq; matrem impiam esse. Qui vero scientiam habet, vt de cœlo, quod sempiterna vertigine torquetur, aut triangulum habere tres angulos duobus rectis ęquales, is ita constanti ratione cognoscit, vt nulla persuasione flectatur in contrariam partem. Argumenti vero ordo sic se habet, scientia est eorum, quę aliter

esse non possunt, Opinio, eorum q̄ aliter esse possunt: quocirca si idem fuerit scientia & opinio, q̄ nequeūt aliter se habere, necesse erit, vt aliter se habeāt. Ducit autem hoc argumentum aduersarium ad ꝑspicuam redargutionem, hoc est ad cōtradictionem, quo genere confutationis nullū ferè videtur esse ꝑstantius. Consueuit autem Arist. in rebus paulo grauioribus, serijsq; in Philosophia sententijs, non nihil addere, quod ex vulgi consensu sit in vsu q̄ maxime receptū, vt adhibita populo testificatione, rem ipsam omni ratione confirmet. Ob eam sanè causam inq̄t, ꝙ cōmunis hominum vsus id qđ diximus apertissime demonstrat, nam cum rei cognitionē firmissime cōstantissimeq; tenemus, nos illud ipsum scire certo asserim⁹. Cū vero de his loquimur, q̄ ambigua sint, & quę aliter esse possint, dicimus, nos vel alios, id opinari. Addit & illud, nos scire, atque opinari quidpiam, bifariam: vel ratiocinatiōe, syllogismove, aut sine syllogismo. Scientia vero necessarię rei citra syllogismum, dicitur scientia ꝙ: q̄ vero ratiocinatione cōparatur, vocāt cur sit. Rursus opinio absq; probabili argumentatione conquisita, opinio ꝙ, appellatur: vti opinio cur sit, q̄ ratiocinatione dialectica efficitur in nobis. Quicquid vero, siue Alexandro, siue etiam Porphirio, hoc in loco visum fuerit, scientiam & opinionem & de his q̄ sunt, & de his q̄ non sunt, interdum extare dicimus. Nam si q̄s demonstratione sciat, mundum esse vnum, scientia dicitur: vti etiam scientia est, cum cognoscimus firma ratione infinitum non esse, aut inane. Veritas. n. necessaria duplex omnino, esse potest, vel affirmatione, vel negatione cōprehensa: itaq; & scientia duplex erit: quāquam non ignoro, de his q̄ non sunt, non esse scientiam. Nemo eñi potest scire ꝙ dimetiens lateri similitudine rationis respondeat, sed ꝙ non respondeat, id scire possumus. Quamobrem quod esse scimus, semper est: quod autem nō est, id scire possumus, non quidē esse, sed non esse. Vt vt autem res se habeat, scientia est de his quæ sunt: idem & de opinione dicendum, quamquam opinio & ipsa sub affirmatione & negatione cōcipi soleat. Quæ vero necessaria sunt, si scimus ea semper esse, nō dicimus opinari: quæ vero scimus nūquam accidere posse, neque ea ad opinionem referimus, non eñ opinari possumus hominem inanimatum esse, aut non risibilem, itaq; cōcluditur, opinionem versari in rebus contingentibus. Quòd vero de rebus in natura existentibus sit opinio, dilucide id enunciat Arist. hisce verbis ὅτι δέ τινα ἀληθῆ μὲν καὶ ὄντα, ἐνδεχόμενα δὲ καὶ ἄλλως ἔχειν. Ceterum, cum animæ vis rationalis

ea sit,

ea sit, vt res omnes, quasi exigu⁹ mundus contineat, apprehendatq; intelligentiȩ lumine, videndum est, quo modo ex omni penè numero facultatum animȩ, sola δόξα, hoc est opinio, eorum sit, quæ contingentia appellant. Habet enim in se, ea cognitio, mirabilem veluti quandam vtilitatem, & delectationem. Ob id Aristo. vires animæ partitur hoc in loco, asserens tres pcipue extare facultates rationis, quæ ad psens faciunt institutum, Intelligentiam, Sciētiam, Opinionem. Est autem Intellectus, Scientiæ initium, ac suprema quædam origo: poniturq; hæc animæ facultas in summo veluti fastigio rationis, nam animi, altissimam sedem obtinet, cuius officium vel præcipuum est, diuinas rerū causas intelligere, deinde vero & abstrahere, & principiorum veritatem concipere. Eam animæ partem græci proprio quidem nomine νοῦν, appellant, hoc est mētem, & intelligentiam, quæ (vt dictum est) in arce rationis collocata esse dicitur. sciētia vero est, rationis facultas illa, quæ ex necessarijs ratiocinando, ea intelligit, quæ semper eadem sunt, sed quæ causam habent, vt sint, necessarios rerum euentus recte dixeris, quos ex eorum causis ratiocinatione demonstratiua colligimus. Duplex vero est hæc ipsa scientia, alia quæ medium habet, & hȩc illa est, quæ ab intelligentia omnino diuersa videtur. Alia item extat, quȩ cognitio dicitur, citra medij rationem comparata, quæ ad mentis apprehensionem refertur. Opinio vero, ea est animi vis, quæ res concipit, vt in superioribus dictum fuit, permutabiles, & contingentes. Nam si hæc necessaria cognoscere non potest, minus vero, quȩ ad intelligentiam spectant, sequtur, vt de his esse dicatur, quȩ esse, pariter & non esse possunt. Quid autem sit opinionis cognitio, Arist. videtur, asserere, id sanè aliud non esse, q̃ accipere propositionem non necessariā, medio vacantem. Cum .n. propositio vera alia necessaria, alia probabilis dicatur, atq; harum vtraque cum medium habere, tum medio carere possit, etenim si dixero, totum maius esse qualibet sui parte necessaria erit propositio & quidem sine medio. si vero, Lunam deficere, necessaria itidem erit ꝓpositio, sed medium habēs: rursus cum dico Matrem piam esse erga filios, propositionem dico probabilem, mediatamq;: sine medio vero, si voluptatem dixero esse naturæ opus, cōstat itaq; opinionem & ipsam ad suum tendere principium, qđ est, probabilis propositio, citra medium cognita. Hac vero explicatione diligēter & accurate ꝓposita, accedit Aristo. (qđ initio dictum est) ad dialecticæ dissertationis rationem, seq; prȩparat,

de

de his ipsis, q̃ iam exposita fuere, dubitationes & argumenta recẽsere, hoc modo: si, inquit, non est idẽ qđ scimus, & qđ opinamur, non erit, eiusdem quoq; rei, sciẽtia & opinio. At hoc non esse, videtur vnà cum experientia pugnare, qm̃ de eadem re ꝓposita, constat, hunc habere posse scientiam, illum vero opinionem. Esto enim quispiam, qui intelligat lunam hoc anno defecturam, atq; ita intelligat, vt id aliter nequeat contingere posse, iã ille scientiam tenet. Alius idẽ cognoscat, ea tñ ratione ductus, vt aliter euenire posse existimet, opinio hæc erit, & existimatio, non scientia. Accedit ꝙ cum eiusdem videat̃ fieri posse scientiam & opinionẽ sine syllogismo, ita & syllogismo de eadem re videtur posse afferri causa scientifica & opinatoria, vt si quis probet animam immortalem esse, ex eo ꝙ impassibilis est actus, humano orbi assistens, causam affert scientiam aggenerãtem: si vero immortalem esse animum dixero, ob eam causam, ꝙ futura ĩ insomnijs vaticinamur, ratio hæc nõ quidẽ scientiam præstabit, sed opinionem. Vterq;.n. syllogismus, & q̃ scientiam parit, & qui ꝓbabilem opinionẽ, videtur posse Theorema resoluere in propositiones primas & immediatas: quo circa nõ videtur differre id quod scimus ab eo qđ opinamur. Cum vero ea de re dubitarit Arist. mox pergit ad solutionem explicandam. Prius tñ nos in eo cõmonefacit, de eadem re extare posse opinionem veram & falsam, vt inde ꝑsuasi simus, multo magis accidere posse, vt de eadem re sit scientia & opinio: qm̃ verum & falsum cõtradictoria ratione distãt, scientia vero & opinio, priuatorie tm̃ repugnare videnť. Est itaque cõparationis vis, eò maior, quò & vehementer artificiosa. Veram autẽ, & falsam eiusdẽ esse opinionem, indicant veterũ dogmata, tantopere inter se dissidentia: nam hic Animam dicit esse mortalem, ille immortalẽ. Nonnulli finitum esse mundum, non pauci infinitum. Plato ideas constituit, easdem improbat Aristot. Sophistę aiunt nil esse quod sciamus, Plato eorum rationes vbiq; refellit. Id cum sit, videtur, puulgata experientia cõstare de eadẽ re contrarias esse opiniones: de eadẽ re dico, hoc est de eodẽ supposito, non simplici ratione omnino: qm̃ nõ inde sequitur vt verum & falsum inter se cõparata, idem prorsus ex natura rei sint. Nam quãquam eadẽ res est subiecta verę, & falsæ opinioni, habitus tñ & rationes illarũ opinionum contrarię omnino esse vidẽtur. Idem de sciẽtia & opinione dicendũ erit. Quæ subiecto idem fieri possunt, at actus & habitus illarum plurimum differũt, atq; ita differunt, vt sciẽtia sit permanens cognitio: opinio, fallax & ambigua.

ambigua. Hinc efficitur, vt omnis tollatur ambiguitas, si quod idem dicitur, ĩ diuersas rationes multiplicaueris. Etenim potest accidere, vt quod idẽ est etiã red datur multiplex. Nam mali odor & magnitudo idem sunt, quia in eodem subiecto malo spectãtur: differũt deinceps, ratione & definitione plurimũ, cum hęc quãtum sit, ille vero quale. Simili ferè argumẽto dicimus, opinionẽ & scientiam in diuersis hominibus posse de eadem re constitui, sed eas differre ꝓpria quidem definitione plurimum. At in eodẽ homine, eodem p̄sertim tempore, simul esse scientiam & opinionem, vlla ꝑfecto ratione fieri nequit, nisi adeo male affecti simus vt contradictoria simul cõsistere posse arbitremur. Dixi eodẽ tempore, cum fieri illud sanè possit, nũc quẽpiam opinari cœlũ semper moueri probabili ratione ꝑsuasum, q̃ mox idem sciturus est, adhibita ratiõe necessaria. Hinc iam arbitror constare, q̃d opinio sit, atq; scientia: quid item illud q̃d scimus, & quod existimam⁹, quave ratione, hęc inter se idem, quave esse non possint. Ac ne vlla in re, labori & diligẽtię pepercisse videar, ineunda mihi ratio videtur, vt, quãtum q̃dem in me est, studiosorũ vtilitati q̃ maxime satisfiat. Nam p̄ter ea, quæ hic de scientia & opinione traduntur, extat & locus lib. octauo Physices auscultationis, in quo opinio cum imaginatione cõfert, quam græci phãtasiam vocant, vtramque enim motum quendam videri testatur Aristote. sunt enim rationis humanæ ambo, agitationes quædam spiritales, & internæ, quo modo & ipsa mens interdum moueri dicitur, vbi à cognitione terminorũ, ad principiorum veritatem, intellectuali quadam ꝓgressione mouetur: sed hic motus omnino ꝑ translationem quandam, à rebus sensilibus ad hasce animi facultates trãsfertur. Differt vero phantasia ab opinione, q̃ illa imaginatur ea q̃ omnino falsa sunt, queq; vlla ratione fieri nequeunt, opinio vero, ea comprehendit, quæ licet contingentia sint, possintq; non esse, sunt tñ de toto rerum genere sumpta, atque ea afferri potest solutio, cur Aristote. hoc in loco phantasiam præterijt, q̃a facultates animę potissimum delegerat explicare, quæ in rebus veris assiduè versantur, quales pręsertim sunt Intellectus, Sciẽtia, & opinio. At. 2. lib. de Anima, satis docuerat, quę sit imaginationis vis, quomodo itẽ à sensu, & ratiocinatione differat, & qua ratione, sine sensu imaginatio nil agere videtur, vti sine illa parum constat existimatio. Distinguit autem imaginationem ab opinione, quoniam imaginari possumus cum volumus, opinari vero non semper, cum opinio verum vel falsum cogno-

cognoſcat, habeatq; à rebus ipſis quas opinamur, occaſionẽ. Quid vero differat ab exiſtimatiõe opinio, eo in loco tradit diligenter, nam exiſtimatio, quæ græcis eſt οἴησις, veluti genus q̃ddam eſſe videt, cui differentię illę inſunt, opinio, Scientia, & Prudẽtia, & cũ his horũ contraria. ὑπόληψιν, vero, ſiue ſuſpicionem, interdum vna cum δόξα, hoc eſt opinione confundimus, vt author eſt Alexander, vbi de phãtaſia diſſerit, confunduntur vero, ob id quod in rebus ambo contingentibus verſantur, interdum vero eã vti minus pręſtantem cognitionem ab opinione ſeparamus, p̃ter id, ꝙ opinio ſyllogiſmo comparari poteſt, qđ de ſuſpicione non ita facile dici poteſt. Hęc vti diuerſa ſunt, ſexto lib. Ethic. nominant: item & hoc in loco, dum inquit, τοῦ το δ᾽ ἐστὶν ὑπόληψις τῆς ἀμέσου προτάσεως. ideſt, hoc autem eſt ſuſpicio immediatæ propoſitionis. nam hic ſuſpicionem, veluti paulo magis generalẽ facultatem intelligit, quã ipſa ſit opinio. Opinionis vero, veluti ſocię ſunt, & miniſtræ, Fides, Aſſenſio, Perſuaſio, ac cætera huius ordinis, quod etiam non improbat Alexander, vbi de imaginatione diſſerit, nam & ille opinionem definit, aſſenſum eſſe cũ ratione, atq; iudicio factum. Verũtamen Themiſtio placuit opinionẽ ſub exiſtimatione collocare, haud ſanè aliter q̃ſpecies ſub genere colloceẽ. Cum vero opinio alia generalis, ſpecialis alia ſit, docet Ariſt. lib. 3. de Anima, ſpecialem maxime mouere animum, minime vero vniuerſalem. In ſecundo vero libro, non recte ſentire Platonem oſtendit, qui opinionem, ſenſus atq; imaginationis coniũctionem, copulamue extare exiſtimauit. Quæ omnia, vti parum ad hoc inſtitutum pertinent, ita alibi copioſius veniunt explicanda. Obſtringor tamen deſyderio vtilitatis aliorum, vt locum ſanè quam pulcherrimũ non prætercam: is eſt apud Platonem in Cratylo, vbi de recta nominum interpretatione diſſerit. Quo in loco explicans Plato, q̃d ſit δόξα hoc eſt opinio, curve eo nomine accidit, vt vocaretur, inquit, eam ſic à Gręcis fuiſſe appellatam ꝙ à διώξει, ideſt perſecutione dicta eſt, q̃ ineſt animæ, dum meditando ac perueſtigando rerum cognitionẽ, eas explorat & perſequitur. Vel etiam eo nomine eſt dicta à τόξου βολῆ, hoc eſt arcus iactu. Verum addit Plato, ab hac poſtrema appellatione, magis fuiſſe vocatam eam animi vim, quę οἴησις, ſiue exiſtimatio dicitur: nam οἶσιν, græci vocant, animi ingreſſum, in cuiuſcũque rei contemplationem, dum conſideramus vnũquodq; οἷον, hoc eſt quale ſit. Ex quibus habes, ex ſermonis proprietate differre inter ſe opinionẽ & exiſtimationem. Quid vero differat

opinio

opinio à scientia (quod Aristot. hoc in loco tam accurate differit, forte Platonem æmulatus) summo cum artificio, tum elegãtis doctrinæ ratione, Plato ostendit in Theęteto. Cum enim Protagoræ definitionem cõfutasset, quę scientiam esse sensum asserebat, mox pergit ad opinionem vt explanet, eam item à sciẽtia plurimum differre, potissimum vero ex eo, ꝙ sciẽtia cognitio semp vera est, contra opinio & vera & falsa esse potest. Verũ vt hęc Platonis differentia pspicua magis reddatur, libet pauca quędam ex eis dogmatibus proferre, quæ ad studiosorum vtilitatem non mediocriter pertinere iudico. Cuius viri doctrinam, & si paucos hac tẽpestate video, quiᵢ profiteri cupiant, quia tñ in Aristo. percipiendo, multum afferre luminis satis intelligo, operam dabo vt volentibus satisfaciam. Nam & quę potui, aliquando pstitisse videbor, tum etiã quo doctrina & ingenio satis nõ licuit, studio & diligentia puenire contendam. Plato in Theæteto ostendit multis q̃dem rationibus scientiã ab opinione differre, idq; nititur Socrates adstruere vnà cum Theęteto differens. Verum, vt ex ea disputatione comprehendi potest, interdum confundit has facultates phantasiam, opinionẽ, & cogitationem: nunq̃ vero sensum communem, aut Mentem. Est autem sensus cõmunis, vis quędam oĩbus animantibꝰ insita, cum primũ orta sunt: Mens autẽ siue intelligẽtia, res diuina oĩno est. Ea vero potentia q̃ cõmunis est phãtasię, Opinioni, & Cogitationi eo fungit̃ officio, vt iudicet q̃d, qualeue sit vnũquodq; sensibile, q̃d cõmunis sensus, sentientibꝰ quinque instrumẽtis prius pceperat. Atq; eadem vis collata inter se sensilia, cognoscit, eaq́; cęteris alijs rebus cõparat, cũ etiã solitarie eadẽ comprehẽdit, tum vti duo sunt, vel tria, vel alio quo vis numero continentur, facile dignoscit. Eadem percipit sensilium rerũ similitudinẽ & differẽtiã, bonitatẽ & malitiã, pulchritudinẽ & turpitatẽ, vtilitatẽ & detrimẽtum, itẽ ab vno ad aliud ratiocinando pcedit, aliud cum alio coniũgit, q̃ facta sunt, quęq; agenda cum his q̃ fiunt, & p̃sentia nobis sunt, comparat. Iudicat eadẽ quoq; potentia, Motũ, Statũ, Essentiã, Idẽ, Alterũ, Vnitatẽ, Numerũ, Similia, Differẽtia, Honesta, Turpia, Recta, Iniqua, Vtilia, Noxia, Bona, Mala, Perfecta, Imperfecta, ac cætera, q̃ vim obtinẽt inter se repugnantẽ. Sed hęc in particularibus duntaxat rebꝰ verũm esse intelligit Plato. Quæ vero sunt cõmunia pluribꝰ, siue vniuersalia, vt Bonũ, vt Virtus, vt Humanitas, ea inquit à cõmuni ratione iudicari, q̃ ratiocinãdi vim etiã obtinet. differtq́; à priore facultate, vti res vniuersalis à particulari. Mentẽ insup addit, quam

quam ratiocinari non posse, sed rerum omniũ rationes simplici, stabiliq; inspectione cognoscere, opinatur. Est & supra mentẽ veluti summi boni similitudo q̃dam, animæ vnitas, q̃ annexa est cum eo vno, qđ rerum omnium prima est origo, atq; principiũ. Sed in Theæteto dubitat Plato nũ in sensu consistat scientia nec ne? post multa tandem illud assumit, iccirco sciẽtiam neq; sensũ esse, neq; in sensu consistere, qm̃ sensus non diiudicat rerum cões essentias, sed corporũ affectiões. Quia vero essẽtiæ cognitio, ipsa rei veritas est, inde efficit, vt sensus veritatem non iudicet, & per consequens non faciat sciẽtiam, cum scientia nil aliud esse possit, q̃ veri cõprehensio. Multis vero argumentis ostendit scientiã rursus nõ esse Phantasiã, siue etiam opinionem, q̃ recensere non est opus: cumq; opinio duplex esse possit, vera & falsa, falsa vero rursus bifariam, vel ex cõparatione sẽsus ad cogitationẽ, vel ex vni⁹ cogitatione ad alterius cogitationẽ relata, quodcũq; dixeris de scientia, ingeniose & subtiliter refellit. Quibus peractis, septem confutat scientiæ definitiones, à veteribus Sophistis traditas p̃sertim Protagora, Leucippo, Theodoro, Theęteto & alijs. Prima definitio est, Sciẽtia est omnis quæ addiscitur doctrinæ institutio. Secunda, sciẽtia est sensus. Tertia, scientia est opinio vera. Quarta, scientia est vera opinio, cũ sermonis ꝑnunciatione. Quinta, scientia est opinio vera cũ discursu ꝑ elementa. Sexta, scientia est opinio vera cum differentia imaginatione. Septima, scientia est opinio vera cũ scientia differentiæ. Quid vero de scientia ipsa existimarit Plato, colligunt id amplè tã prisci q̃ recentiores Platonici, partim ex hoc ipso Theæteto, partim ex sexto lib. de Rep. nec non ex Philebo, Menone & alijs locis. Etenim ille Archytã & Pythagoricos sectatus, & cum his Brõtinũ, res in duo genera distinguit, in intellectuales & sensibiles. Quarum hę q̇dem corporeæ, illę incorporeę appellãtur: item hæ mutabiles, illæ immutabiles existunt. Via ad intellectualiũ cognitionẽ ratio est, ad sensibilium sensus. Ex q̇bus colligit, intelligentiã ac mentẽ esse intelligibiliũ, vti sensiliũ, opinionẽ. Sensibile aliud primũ vocat, vt corpora: aliud scđm, hoc est vmbrę & imagines corporũ. At corporum cognitio, credulitas dicitur, vti imaginatio, q̃ vmbrarũ. Persimili rõne, intelligibile quoddã primũ appellat, vt Idea, Mens, Aĩa, quoddã vero scđm, vt Numerus & Figura. Primũ genus intelligibiliũ vult mẽte cognosci, scđm, intellectuali cogitatione. Itaq; scĩa neq; erit corporũ, neq; vmbrarũ, neq; figurarũ, neq; numerorũ, sed intelligibiliũ primi ordinis, q̇ppe q̃ oĩno in diuinarum

rerũ

rerũ cognitione & inspectione cõsistit. Atq; hęc est, vt puto, causa, cur Plato in principio Theęteti, sciam cũ sapientia cõfundat, quã rẽ minime ab alijs (qđ sciã) notatã fuisse intelligo. Est itaq; scientia diuinarũ rerũ, certa quadam rõne cõprehensio. Hęc primum ĩ intellũ recipit, deinceps in ratione ꝯsistit. Sed intells sem per sciam assequit, Ratio vero nõ semp. Est autẽ ratio inter intelligentiã ac opinionẽ vis media: q̃ dũ inferiora sectat, opinionis erroribꝰ replet, & à diuinis abalienatur: cũ vero ad mentẽ vertit, q̃ vitę dux est & moderatrix, terrestria despicit & diuinã haurit cõtẽplationẽ. Sed hęc cognitio cũ ĩ mente recipit sapientia à Platonicis vocat, in rõne vero iã cõstituta, effícit Reminiscentia. Considerant & Platonici sciẽtiæ obiectum, locũ, tradendi modũ, participans, Efficiens primũ, Efficiẽs scđm, vim, & Scopũ. Nã scientiæ obiectũ, res sũt diuinæ. Locus est mens in qua residet. Tradẽdi modus, est recta ratio. Participãs, humana rõ. Efficiẽs primum, Deus, q eã menti inserit. Efficiẽs scđm, Dialecticus, q eam in ratione collocat. Vis est, rõnẽ in mentẽ dirigere. Scopus, mentẽ diuinis rebꝰ inserere. Ex his constat, interdũ scientiã & sapientiã confundi: quãquã in Philebo eas Plato distinguit. Quo in loco, diuersos rerũ ordines digerẽs, sapiẽtiã vnà cũ mente ponit in tertio ordine: in quarto vero Scientiam, Artẽ, & opinionem cõstituit. Quia vero Platonici de sciẽtia & opinione tractantes, nihil existimãt, ad hanc ipsam rẽ esse magis conducens, q̃ vt Animę vires teneant, ob id animaduertunt, sex esse nomina, qbus animę potẽtiã explicant, ob eius munera, diuersasq; actiones. Nam post cõem sẽsum, q omnia suscipit sensilia, imaginationem cõstituunt, Memoriã, Cogitationem, opinionẽ, Phantasticam picturã, Cęreã effigiem. Ordo est, vt q̃ Anima, sensus cõmunis ministerio nouit, eadẽ appręhendat: dicitur & hęc prima ꝑceptio imaginatio. Dum imaginatione cognita, velut ĩ Thesauro reponit, & cõseruat, efficitur Memoria. Vt seruata repetit, fit Reminiscentia. Vbi repetens, ratiocinatur, fit cogitatio confecta ratiocinatione, cũ qd deinceps affirmat vel negat, efficit opinio. Cum vero opinione cognita, per sensum & memoriã cogitationẽ rursus effingit, in hæc respiciens Anima, opinaturq; illas imagines, veras esse res, atque solidas, phantastica pictura vocat. Postremo vis illa animi interior q̃ formas & rõnes rerũ cõcipit, cærea est effigies appellata. sed de his cognitis, nunc repetamus differentiam scientiæ & opinionis q̃ & si ĩ Philebo, Menone, & Theæteto satis cõstat, item & in sexto de Rep. tamẽ & in Timæo sic eadem se habet, latine, vt fieri potuit,

tuit, reddita. Si duo sunt, nempe intelligẽtia, veraq; opinio, Ideæ ꝓculdubio mente potius quam vllo sensu, ꝑ seipsas cognoscent. Quod si opinionem ab intelligẽtia (vt alij putãt,) nil differre existimemus, q̃ sentiuntur corpora, certa omnino sunt tenenda. Ego vero magis adducor vt credam, hæc ipsa duo esse dicenda, cũ maxime inter se distare videantur. Nam alterũ doctrinę ratione nobis suppeditamus, alterum vero ꝑsuasione. Alterum vera ratione complectimur, alterum citra omnem asseqmur rationem. Stabile illud & firmum, hoc nutans & incertum. Sed .n. omnis homo rectæ rationis est particeps: Dei vero propria vis est intelligentia, ac tãdem paucorum hominum, ex aliorum numero selectorum. Hæc Plato. Cuius doctrinam, si vt optabam, illustrare sentẽtijs, atq; exornare verborũ elegantia nobis non licuit, cum ea per se se incredibilis eruditionis plena videatur, sitq; omnibus eloquentiæ luminibus interlita, licuit tamen Arist. cum Platone conferre, quorum amore, ob summum erga vetustatem, studiũ, magnoꝑere obstringor. Eoq; magis hoc necessarium duxi, quo inter ætatis nostræ Philosophos, q Platonem ꝓfiteatur, aut etiam (qđ detestabile magis videtur) valde probet, vix vnus aut alter extat. Hoc itaq; nomine adductus sũ, vt hoc in loco aliquanto lõgius in scribendo ꝓgressus fuerim. q si sterilẽ hanc nostram industriã, studiosis ꝓbari aliqua ex parte intellexero, dabo operã, vt hoc genere interꝑtationis, libros hosce resolutorios, aliqñ, illustratos, atque explanatos in lucẽ efferã. Nã quicqd studij vel in Platonẽ contuli, vel in Arist. cupio id totũ, ad aliorũ vsum & vtilitatẽ cũ facile, tũ studiose ꝓferre. Quãquam non sum nescius, plerosq; extare alios, excellentis doctrinę viros, è quorũ fontibus multo plura ac meliora, q̃ ex nostris ductibus, haurire potuerunt, hi q peripatheticã disciplinam ꝓfitent: qñ ingenij vires sentio mihi ꝑexiguas adesse, q vero ingenij magnitudine, iudicij ꝑstantia, ac dicendi exercitatione excellant, & prisci & nostri tẽporis non paucos extare intelligo: attamen cũ studio comparandarum artium, tum etiam assiduitate laborum, præsertim vero iuuandi desyderio & cupiditate, qui nos superet, contẽdam neminẽ reperiri.

Reliqua vero quo modo oportet distribuere & in discursu & intellectu, & scientia, & arte, & prudentia, & sapiẽtia, illa qdẽ naturalis, hęc autẽ moralis speculationis magis sunt.] τὰ δὲ λοιπὰ πῶς δεῖ διανεῖμαι ἐπί τε διανοίας, καὶ νοῦ, καὶ ἐπιστήμης, καὶ τέχνης, καὶ φρονήσεως, καὶ σοφίας. τὰ μὲν φυσικῆς, τὰ δὲ ἠθικῆς θεωρίας q̃ verba hoc modo ab Arg. versa legunt. [de reliqs autẽ, quo nã pacto a

cto distribuēda sint, de mēte inquā, de intellu, de Sciētia, de Arte, de Prudētia, de Sapiētia, alijs in locis ptractabit. q̄dam. n. ipsorū ad naturalē, q̄dam ad morum magis ptinent contēplationē.] cur autē verterit, διανοίας] [de mēte] neq; facile intelligo, neq; vix diuinare possum. nā qđ latini mentē vocant, illud est suprema animæ vis, quam Plato ī Timæo, Philebo, Menone, Thæteto, ac sexto de Rep. appellat, νοῦν. Plotin⁹ quoq; idē facit: idē Proclus, Iamblicus, Sirian⁹, Alcinous de dogmatibus Platonis, ac cæteri. Hi. n. διάνοιαν, eā animę partem intelligunt, q̄ ab vno ad aliud ratiocinando pgredit̃. νοῦν vero, superiorem potentiā volūt, q̄ à nostris alio nomine dici non potest q̃ mens, & intell⁹, siue intelligētia. Itaq; euenisse multis animaduerti, vt cū hasce animi vires nō recte appellauerint, & lapsi fuerint, & alios in errorem secū adduxerint. Longe itaq; eruditius alij. [reliqua autem q̄ supersunt, quo modo sint distribuenda, vt partim ad excogitandi vim ptineant, partim ad intelligētiam, partim ad scientiā, partim ad Artem, partim ad prudētiā, partim ad sapientiā, hęc inquā distributio ex parte vna ad physicen ptinet, ex altera ad eā philosophiæ partem, quę est de moribus.] nos quoq;, sic in eadē re, periculum facere possumus [cætera vero, qua ratione opus sit distribuere ī Cogitatione, Intelligentia, Sciētia, Arte, Prudentia, & Sapiētia, illa q̄dem ad naturalem, hęc autem ad contēplationem de moribus magis pertinent.] Est autē cogitatio, siue excogitādi vis, ea pars animę q̄ à nobis hominibus in ratiocinādo exercetur, dum à cognitis ad ignota ratiocinando proficiscimur. Nostri opportuna magis, q̃ latina voce, discursum vocāt. Quę vis cū brutis animantibus nulla ratione sit cōmunis, cumq; diuinis substātijs competere non possit, efficit̃ vt homini sit ppria. Qua ratione ducti sunt magni nominis interpretes quidam, vt existimarint hominē nō intelligentia formari, sed ex hac ipsa cogitatione hominem dici, atq; constitui: qđ alio in loco dicendum venit. Sed ad ipsam enumerationem explanandam deueniamus. Habitus, qui ἕξις, dicit̃, qualitas est, siue animi siue corporis, vt habetur ī Cathegorijs: & q̄ animi habitus dicitur, vel ad electionem ptinet, vel cognitionē: ad electionē, vt virtus & vitium, ad cognitionē vt sciētia, vel ignorantia. Cū vero Arist. iā de his cognitionis atq; intelligētię habitibus disseruerit, q̄ scientia & opinio, vocātur, de cæteris distributionem affert, & enumerationem, de quibus forte curiosus homo interrogare poterat, cur fuerint p̄termissi, atq; eā dicit esse causam, ꝙ ad aliud pertinent instituti genus, hoc est Naturale.

Accedit, qp Arist. esset diminutus, cum exempla quatuor proposuisset in text. de discursu, & nullum de definitione tradidisset: quod tamen erat agendum, immo præcipue, cum definitio sit obiectum intellectus, & cognitio intellectiua. Verum vtcunque legamus, sat est propositionem fuisse limitatam hoc in C loco, quod tamen non fecit primo met. 48. ibi enim, inquit, omnem disciplinam fieri ex præcognitis: & iccirco potuit tam de ipsa demonstratione, quàm de definitione exempla proponere. At hic volens eam tantum doctrinam, & disciplinam, quæ assertione acquiritur, non potuit definitionem comprehendere. Etenim definitio cõceptio quædam est & formatio, vt inquit Comment. in quæsito septimo, D non autem dici potest assertio, siue verificatio: quoniam asserere, & verificare sunt secunda, & tertia operatio intellectus, definitio vero est prima intellectus apprehensio, vt dicitur tertio de Anima. 26. & primo Post. tex. 5. & vigesimoquinto. Ex quo patet quàm deuiarit a Scopo Alpharabius, volens sub hac propositione omnis doctrina &c. contineri definitionem, cum non viderit, eam Aristotelem scripsisse propter ratiocinationes, & disciplinas, quæ sola assertione & discur E su perficiuntur, vt exempla ipsa expresse testantur. Verum de hac re latius alibi diximus. illud vnũ sufficiat, Aristotelé voluisse hãc propositionem pressius hic, fusius vero in primo diuinæ philosophiæ esse audiendam.

CONT. III.

Videtur Aristoteles hic duo tantum colligere instrumenta, logico accommodata, syllogismum, & inductionem, cum etiã F exemplum, & enthimema logica sint instrumenta. Nam & de illis egit in secundo priorum, & primo Top. ca. 10. Præterea vult exemplum, & enthimema esse instrumenta oratoria: cum tñ in rhetoricis dicat, oratorem etiam syllogizare, & inducere. Tex. 1.

SOLVTIO.

Logicam esse instrumẽtariam facultatem dixere Alexander, & Auer. qui in Epit. logicis, expres-

G se animaduertit omnia conside-rata a logico, esse instrumenta notificandi. Obid dicimus, nil mirum esse si logicus considerat exemplum, inductionem, syllogismum, enthimema, definitionem, atq; alia omnia, cum ęque omnia notificent aliquod quęsitum, licet alia, atq; alia ratione. Cæterę vero artes omnes specialia instrumenta capiunt à Logica, tanquam à communi fonte omnium rationum: hisq; vtuntur, pro rata portione, sibi ac-
H commodatis. Hinc est, quòd Aristote. alijs in locis omnia instrumẽta definit, atque explicat, & pręcipue in secũdo Priorum. at primo Topic. cap. 10. duo tantum considerat instrumenta, dialectico familiaria, & sunt inductio, & syllogismus, non vt habeat logicum non posse alia considerare, sed vt ostendat dialecticum vti duobus tantum. Aliud enim est considerare aliquid, aliud re illa vti. Et hoc ip-
I sum voluit hic. Qñ vero dicebatur, oratorem vti syllogismo, atque inductione, hoc sane verissimum est, sed rarius contingit, quàm in cęteris. Nam rhetor frequentius suis vtitur instrumentis, quę sunt exemplum, & enthimema, ex secundo Rhetor. ca. 21. & 23. raro admodum dialecticis. Dialecticus itidem frequentius syllogizabit, & inductione vtetur, quàm exemplo, aut enthimemate. Accedet inter hęc instrumenta cognatio K
quędam, & similitudo videtur. Nam vt Themist. inquit, exemplum est truncata inductio, quęadmodum enthimema detruncatus syllogismus esse dicitur.

CONT. IIII.

Rhetorem, dicit Aristot. persuadere exemplis, & enthime- Tex. 14
matibus: sed longe aliter videtur in secundo Rhetoric. cap. primo dixisse. Quandoquidem inibi voluit oratorem persuadere, docendo, mouendo, & conciliando. Exempla autem, & en- L
thimemata nihil videntur habere affinitatis, cum eo, quod est mouere & conciliare. Itaq; vel contradictio erit, vel saltem truncatus erit hoc in loco Aristot.

SOLVTIO.

Dicerem Aristotelem hoc in loco expressisse id quod principale est, & accessorium pręter-misisse. Nam licet tres sint persuadendi vię, quibus orator ad finem sibi cõstitutum properat, tamen via docendi apud Aristo- M
te. perfectior est, & validior. Orator enim tunc maxime persuadere videtur cum docet. Docet autem argumentando. Argumentatur, vbi enthimemata, & exempla proponit. Hinc constat Aristotelem nõ errasse, quãquam hic solum argumenta dicit ad persuasionem ducere: nam principem locum obtinent rationes, cętera autem sunt exornandi causa. Quod Aristo. indicabat

cabat

A cabat exemplo Areopagitarum, qui vt omnem motum ab oratore dimouerent, statuerant, vt dicturus, obscuro aut velato in loco, loqueretur. Id constat primo Rhetor. cap. primo.

C o n t. v.

Cō. 1. Commentator in commento primo quinque tantum videtur dicere esse artes logicas, cum sex esse illas voluerit in Procemio.

S o l v t i o.

Forte intellexit quinque alias artes, p̄ter demonstratiuā de qua B agit in hoc libro, & ita in vniuersum erunt sex. grammatica, rhetorica, poetica, sophistica, dialectica, & p̄sens, q̄ dicitur demonstratiua, quam supponebat. Forte etiam nunc per artes, potuit intelligere instrumēta logica. Hęc enim omnia fiunt ex pręcognitis, & sunt, Enthimema, Exemplum, Inductio, Syllogismus in genere, & Demonstratio. Prior tamen Solutio magis placet.

C

C o n t. vi.

Cō. 1. Vult Auerrois hāc distinctionem disciplinarum, ꝙ alię sint operarię, alię sermocinales. Priores, inquit, experientia fieri, posteriores oratione, & sermone tractari. sed oppositum videtur voluisse alibi, & in hoc commento, vbi admittit, disciplinas trifariam dici, Reales, Sermocinales, & Rationales.

S o l v t i o.

Artium, & disciplinarū multiplex est diuisio. Nam ex Aristotele omnis disciplina vel honesta est, vel sordida: secundum viā Platonis, vel honesta, vel sordida, vel media dicitur. Nam Medicina, Pictura, & similes, quę Sordidę apud Aristote. sunt, medię erunt apud Platonem. interdum diuiduntur per Actiuam & Factiuam, vt colligitur in 6. Ethicorū, cap. 2. 3. 4. Aliquando diuiduntur in Realem, & Rationalem, & Sermocinalem, quę diuisio est, ex obiectis consideratis. Nam philosophia dicitur tota realis, quia de rebus contemplatur. Grammatica Sermocinalis est, quoniam sermo eius materia est. Logica est Rationalis, quoniam entia rationis inquirit. Demum ad Auerroym dicendum, hoc in loco voluisse primam illam Aristotelis diuisionem, quę diuidit artes in duo genera, in honestas, quę sermone docentis acquiruntur, & operarias, quę męchanicę, & sordidę nuncupantur.

F

C o n t. vii.

In eodem commento vult Auer. sub hac propositione: omnis doctrina, &c. non cōprehendi artes operarias, & męchanicas: quoniam vult illas non syllogizare, oppositum habet tertio de Anima. 48 & 49. Nā intellectus practicus hoc differt à speculatiuo, quòd Spec. vtitur omnibus propositionibus vniuersalibus: practicus vero particulari sub vniuersali. Cō. 1.

G SOLVTIO.

Dicendum syllogismum & id genus esse necessaria, pro docendis disciplinis intellectualibus, non autem pro mechanicis artibus. Neq; hoc i loco negat Auerroes, operarios posse discurrere & ratiocinari, sed hoc illis non esse necessarium, vt habeat, artes fabriles posse addisci sine vlla pexistente cognitione. Quod an verum sit, nec ne, vide in quæ-

H stionibus ordinarijs nostris.

CONT. VIII.

Cō. 1. Dicit Auer. sub illa ppositione, omnis doctrina, &c. nō comprehendi assertionem, & conceptionem, siue vt alij trāsferunt, cognitionem agentem assertionem, & conceptionem: sed ait principalem scopum esse Arist. hic tantum velle cognitionem agētem assertionem, deinde etiā dirigentem assertionem, & conceptionem. Ex quibus verbis patet quædam leuis contradictio.

SOLVTIO.

I Meum non est consilium opiniones aliorum omnes hic recēsere: quando hæ in infinitum ducantur. itaq;, vt Commentatoris ingeniū, & iudicium pateat magis, dicimus ex his, quæ habentur hic & in Epit. logicis in principio, quatuor esse cognitiones: alia enim est agens assertionem, & hæc est cognitio complexa pmissarum, siue antecedentium, quæ ante cōclusionem habetur, & à qua tota conclusionis pbandæ assertio pendet. secunda est, K agens conceptionem: & hæc est formatio intellectus, qua mens colligit totam rei essentiam sub definitione. Tertia cognitio est dirigens assertionem, quę est simplex, & incomplexa notitia eorum ex quibus fit discursus: vt est terminorum, verbi gratia apprehensio, qbus syllogismus conficitur. quarta cognitio est, dirigens conceptionem, hoc est simplex cognitio partium definitionis, quę sunt genus, & differentia. Vult itaq; Auer. sub illa Ari- L stot. enunciatione, dicente, omnem disciplinam fieri ex præcognitis, cōtineri principaliter cognitionem agentem discursum, siue assertionem, non autē agentem conceptionem. quoniam si conceptio est, tota definitionis cognitio, hæc faciet æquiuocam Aristot. renunciationem, vt ipse Auerroes deducit aduersus Alpharabium: & tu quære argumēta in commento. Addit postea, ad eandem enunciationem pos- M se referri cognitionem dirigentem assertionem, & conceptionem, quoniam hæ cognitiones cum simplices sint, possūt ex eo, q̄ præcognoscuntur ante composita, quodam modo sub intentione Aristotelis contineri: sed quod primum volumus hic est cognitio agēs assertionem, & discursum. Contradictio itaq; nulla, dum inquit velle cognitionē dirigentem conceptionem, non

autem

A autem ipsam agentem cognitionem. Vtrum autem definitio, siue conceptio possit vniuoce, vnà cum assertione, siue discursu hic contineri, id habes diligẽtius in lectionibus ordinarijs nostris. Hæc hactenus.

CONT. IX.

Có. 1. Loquens de partibus definitionis vult Auerr. interdum eas esse ex se notas, interdum syllogismo notificari. oppositum videtur voluisse 2. post. a com. 12. vsque ad 42. & in quæsito primo B vbi definitionem inq̃t, non posse demonstrari, & idem intelligit de partibus definitionis. Nã & ad hoc est illa ratio, si partes definitionis explicant distincte, id quod definitum dicit confuse, videtur illas esse notas: notum autem non concluditur, sed ignotum, vt dicit Comment. 2. Poste. com. 1.

SOLVTIO.

Definitio, vt definitio semper significat aliquod notum. hæc C enim cum a Græcis dicatur ὅρος hoc est, terminus, ob id quod rẽ terminat, finit, & explicat, necesse est, vt sic accepta sit res perspicua, & manifesta. idem quoq; dici debet de partibus definitionis. Ad hoc pertinet id, quod habet Arist. 1. physic. 5. vbi inquit, definitionem distinguere nomẽ, hoc est definitum. Cum hoc stat, interdum definitionem, & eius partes, quæsita seorsum fieri, nõ vt definitio est, neq; vt partes definitionis sunt, sed vt ꝓblemata D sunt, ꝑ se constantia, in quo casu, si definitio fuerit ex materia, poterit hęc demonstrari, ꝑ aliud genus definitionis quatenꝰ hęc definitio est causa illius, qđ notat Auer. in 8. q̃sito, & 2. post. cõ. 37. 38. 42. Partes vero definitionis si non ꝑ demonstrationem concludi possunt, syllogismo tñ concludentur, seruata tñ eadem ratione, vt de ipsa definitione. Et hoc voluit Auer. ĩ hoc loco. Sed pondera, ꝙ definitio multiplex E est. Quædã est suapte natura manifesta, qualis ꝑsertim est formalis. Nam forma est principiũ, vt res sit, & intelligendi 9. met. 20. Secundo loco est finalis: nã finis forma q̃dam est & ꝑfectio 2. phy. sequitur definitio, q̃ ab efficiente ducitur: hęc .n. aliq̃n formæ coexistit, vt scribit Auer. 1. post. cõmen. 35. nam terrę interuentus causa est, faciens scire eclypsim. Alia & vltimo loco est definitio ꝑ materiam, quę ob latentem sui F cognitionem creberrime cõcluditur, vt not. Them. suꝑ tex. 22. 1. poste. Animaduerte tamen, ꝙ definitio hæc, quæ concluditur, si vt definitio concludatur, dialectice dicitur conclusa: ex secũdo poste. text. 8. & commen. 38. cui arridet D. Thomas in expositione tex. 5. primi Poste. si vero fuerit ignota, & tanquam quęsitum concludatur, id potest fieri per demonstrationem simpliciter: nam definitio alia est principiũ,

alia

G alia conclusio, alia solo situ differens a demonstratione. Exempla sunt secundo Poster. textu 10. & apud Auer. in 8. quęsito. Quantum autem pertinet ad id, quod vult hoc in loco Commentator de definitione nota, & ignota, diligenter cōsidera. Nam inquit definitionem fieri manifestam, vel quando partes eius ex se notę sunt, vel syllogismo. Quòd si habito syllogismo partium, adhuc definitio erit subobscura, tūc diuisione, & compositione leuiter confirmabitur: hoc est in-
H strumento minoris fidei. Si vero definitum fuerit notum, & definitio ignota ex sui naturâ, iam, inquit, demonstratione concludi poterit. Ex quibus habes, ꝙ definitio potest per demonstrationem concludi. item ꝙ partes definitionis non possunt ipsam asserere definitionem esse: nam hæ concipiunt tantum, & nihil asserunt. Tu vero hæc animo re-
I cōde, quoniam ad plurimos vsus tibi suppetere poterunt.

CONT. X.

Cō. 1. Exponens Auerro. verba illa in textu primo, & aliarum vnaquæque artium. per artes, inquit, non esse intelligendas artes męchanicas, vt voluit Themist. sed artes theoricas, quod alij vertunt, contemplatiuas. Oppositum videtur voluisse Aristo. & Auerro. sexto Ethicorum, cap. 4. & 6. Nam Theorica est contraria Arti. Hæc enim est habitus recta ratione factiuus, illa K habitus demonstratiuus. itaque male videtur hic iunxisse duo contraria simul.

SOLVTIO.

Nomen Artis, si proprie accipiatur, factiuum habitum dicit ex sexto Ethic. At si id significatione communi sumatur, & habitus factiuos denotat, & speculatiuos. Nam & philosophia dicitur, ars, vel nomine communi, cum proprie sit scientia: vel quia est ars honesta & liberalis.

CONT. XI. L

Tex. 4 Aristot. diuidens præcognita vult, de dignitate præcognosci tantum. Quod cæterùm oppositum voluit, in text. quinto, vbi ait, de dignitatibus loquens & principijs hæc esse præcognita, non solum in intelligendo, sed & in cognoscendo ꝙ sunt. Ex quibus constat de principijs prę cognosci quid, & quod.

SOLVTIO.

Philoponus ibi asserit, verum esse, dignitates dupliciter præ- M cognosci, sed hoc in loco Aristot. alteram prætermisit præcognitionem, tanquam subintelligendam. At hæc solutio, non excusat, sed incusat. Aristoteles enim in Prooemio non tenetur, quæ necessaria sunt, prætermittere. Latini aliter. Dicunt illud quid, quod de dignitatibus habetur, non esse illarum vti dignitates sunt, & complexa. Etenim septimo met. 19. cōplexum non definitur.

A definitur. Est itaque quidpartiũ, hoc est subiecti, & prædicati, ex quibus constat dignitas. vt verbi gratia, qui cognoscit totum esse maius sua parte, cognoscit pri⁹, quid totũ, & quid sit pars. Itaq; dicendum in secundo hoc textu fuisse expressam eam tnatum cognitionem, quæ propria est dignitatum, vt complexa quædam sunt: in quinto vero, vtraque exprimitur notitia, & quæ dignitatibus accidit, vt complexæ sunt, & hæc est præcognitio

B quòd: & quę incomplexis earum partibus contingit, hoc est, quid.

CONT. XII.

Tex. 2. Præcognitiones duas facit Aristote. Quid, & Quòd. cum quatuor esse omnino videantur. Nam 2. Post. tex. 1. addit, Si est, & propter quid.

SOLVTIO.

Dicerem aliud esse præcognitiones, aliud quæstiones. Præ-

C cognitiones in disciplinis tradendis duæ sufficiunt, Quid, & Quod. Prima est quæsitorum. Secunda dignitatum. Tertia postea, quæ dicitur, quid & quod, est Subiecti. At quæstiones sunt quatuor, quoniam vel quęrimus simplicem rei existētiam, & quæstio an sit dicitur. Vel quæritur rei definitio, & hæc vocatur quid est. Vel quæritur prædicati in subiecto consistentia, & est, quòd. Vel causa cur prædicatum hæreat, vel non hæreat subiecto, & dicitur, propter D quid sit. Hic itaque Arist. præcognitiones disciplinarum distinguit: ibi quæstiones scibilium rerum enumerat.

CONT. XIII.

Vult, non longe à principio Cõ. 2. huius commenti Auerro. definitionem nominis, migrare interdum ĩ definitionem rei. Indicio sunt (inquit) mathematicæ definitiones: quæ cum definiant circulum, quadratum, &c. nominum sunt definitiones, & tamen mox in definitiones rei conuer- E tuntur. oppositum secundo Poster. commento. 44.

SOLVTIO.

Diceret Auerrois definitionẽ nominis ire in definitionem rei in mathematicis, ob earum simplicitaté. Cęterum in alijs, differunt, in quib⁹ diuersas possumus afferre definitiones ac descriptiones, ex varijs eorum accidentibus, proprietatibusve.

CONT. XIIII. F

In fine commenti videtur as- Cõ. 2. serere, Quid est; antecedere, si est. Oppositum dixit vnà cum Aristot. secundo Poste. tex. commen. 1.

SOLVTIO.

Loquitur in non entibus: vt Vacuum, Infinitum. &c. de his enim possumus scire, quid sint, & ignorare an sint. At in 2. Post. regula est de his, quæ sunt in rerum natura.

CON-

G CONT. XV.

Tex. 3. Cognitio simpliciter, & cognitio vniuersalis hic habentur contrariæ. Oppositum vide infra in tex. 14. vbi pro eadem cognitione habendæ sunt.

SOLVTIO.

Vniuersale equiuocũ est. Aliquando cognitio est, communis potentialis, & confusa, & contraria est cognitiõi simpliciter, quomodo hic loquitur Arist. dicens posse esse, vt quid sit nobis cognitum vniuersaliter, quod prorsus
H ignoretur simpliciter. Interdum cognitio vniuersalis ea dicitur, quæ de omni est, per se, & vt ipsa: quomodo vniuersale, & simpliciter idem sunt. Hoc modo infra loquitur tex. 14.

CONT. XVI.

Tex. 5. Definiens Aristote. scire, rem inquit, dicitur esse cognoscere per sui causam, oppositum primo physi. primo, videtur dixisse, vbi scientiam, inquit, nõ per causam fieri, sed per causas, & Principia,
I vsque ad Elementa. Item Scientiam fieri ꝑ plures causas voluit secundo physi. 27. & 2. Posterio. textu 11.

SOLVTIO.

Dicendum voluisse hoc in loco Arist. Scientiam per demonstrationem simpliciter, & est illa, quæ metrum, & mensura est aliarum scientiarum. Hæc enim scopus est Aristote. in hoc textu. vnde Auer. commento septimo animaduertit, hanc scientiam sibi Aristotelem hoc in loco pro- K
ponere. Cui assentit Themist. cap. 4. volens hic definiri scientiam potissimam, quæ dat nobis de re, vt sit, & quamobrem sit. Idem videtur voluisse D. Thomas, & Philoponus: quod maxime patet ex illo verbo ĩ tex. simpliciter. Nam si Demonstratio est quoddam Analogum, vt dicit Auer. primo Poster. 95. & in 8. quæsito: æquum est, vt definitio data de scire, primum concernat analogatum: & sic demõstrationis simpliciter effectus erit: licet L
hęc definitio data hoc in loco possit, & secundario concernere demonstrationem causæ tantum. quibus constitutis, dicendum, Aristotelem hic voluisse eã scientiam, quæ ex perfectissimo genere causæ acquiritur: at in physicis de completa, atque totali (vt vocant) scientia rerum naturalium intelligit. Nam cum naturalia à pluribus causis fiant, possunt sciri per quatuor causas: sed vna illarum erit summe per- M
fecta, atque exquisita tantum: & est illa quam vult hoc in loco. Possumus & illud dicere, hic voluisse scientiam, quæ omnibus disciplinis competere potest. Hęc enim est, quę fit per causam, nam Mathematicus, Diuinus, & Naturalis per causam contemplantur. Quod si in plurali numero loqueretur, non comprehenderet Mathematicum, qui sola forma vtitur: vt dicitur ab

A Auerroe in procemio Physic. & est ratio. Nam cum Mathematicus abstrahat à materia, abstrahit à motu: motu dempto, tollitur efficiens tanquam id, vnde motus: ablato efficiente tollitur finis, cum omne agens agat propter finem secundo physi. in fine. Vtrum autem ad perfectam scientiam rei naturalis requirantur quatuor causæ, & ad exquisitam cognitionem rei diuinę, tres inducantur, de hoc satis abunde alibi dicendum venit. Item, an
B inter omnes causas, ea perfectiorem generet scientiam, quæ à forma assumitur, an ab alijs causis, id suo loco patebit. Sufficiet tamen in præsentia dixisse, Auerroym velle illam causam maxime facere scire, quæ maxime dat nobis propter quid. Hæc autem est, quę formalis dicitur: nam forma est principium, quo res est, & cognoscitur 9. meta. 20. At demonstratio simpliciter vult medium, qui sit causa vt res sit, &
C nostræ scientiæ, quod Auer. dicit primo poster. 8. Forma enim est, quæ constituit primum modum dicendi per se, qui tantopere necessarius est demonstranti simpliciter primo poster. commento. 30 31. 34. 35. Forma est, tota rei essentia, cum itaq; scientia sit adæquatio rei ad intellectum, patet veram sciētiam esse per formam. Item forma est, quæ dat quid substantiarum, & propter quid accidentium, hoc autem volumus pro medio in demonstratione, & pro principio scientiæ, primo de Anima tex. commenti. 11. Materia ob sui latitantem potentiam, non potest esse principium scientiæ: nā actus mouet intellectum, non potentia. 9. meta. 20. Efficiens, & Finis cum causæ sint extra ré, quartum modum dicendi per se constituent, qui vtilis non est ad demonstrandum simpliciter, vt colligitur ex Aristote. primo poste. tex. 10. & propterea Auer. primo huius commento 34. iudicat efficientem, & Finem constituere demonstrationes signi, aut causæ tantum. itaque forma erit sciendi principium. Quòd si Auerro. vtatur demonstratione illa de Eclypsi, & terræ interuentu, quæ per efficientem causam fit, pro simpliciter demōstratione, vt cōstat primo poste. 35. & in 3. quæsito, dicendum, quòd hoc facit, ob latentem formam Eclypsis, cuius vice, interuētum terræ accipimus: quocirca hanc, ibi vocat causam coexistentem: hoc est, quę loco formę existit. Verum an hæc causa sit Prædicati, vel subiecti in demonstratione, nunc dicēdum non est. id enim paulo infra constabit.

D E F

CONT. XVII.

Tex. 5.

Definiens Aristo. Scire, longe aliter videtur ipsum definire, quàm fecerit in 6. Ethicorū, cap. 4. & 6. Ibi enim scientiam dicit

G dicit esse habitum demonstratiuum, hic aliter.

SOLVTIO.

Dicendum in hoc text. datas fuisse duas definitiones, altera est: Scire est rem per causam cognoscere. alia est: Scire est rem cognoscere per demonstrationem. Quæ secunda, est eadem cum illa in 6. Ethic. aut parum differens. vtraque enim per efficientem causam tradita est. quoniam demonstratio efficiens causa est scientię.

H CONT. XVIII.

Tex. 5. Distinguens Aristot. verba illa, Priora & notiora, videtur asserere, res maxime vniuersales naturæ priores esse, & notiores, nobis vero posteriores, atque ignotiores. Contra quę singularia sunt, & sensibus proxima. Oppositum licet videre, primo physic. tex. 4. vbi vult ab vniuersalibus esse procedendum, tanquã à notioribus. Et hęc est ɔtradictio illustris, & magni nominis.

I SOLVTIO.

Et si, hęc contradictio videtur reuocare in dubium, quid sit nobis primum cognitũ, cognitione prima in nobis & confusa, an magis, an minus vniuersale: cũq; illud non ignorem, quot sint in hac re opiniones illustrium hominum D. Thomę presertim, Philoponi, Scoti, & Auerroys: tamen cum hęc sit questio naturalis, non logica, à me consultò pretermittetur. Quantum autem ad ipsam pertinet contradictionem tollendam, sciendum K Aristotelem (vt ait Auer. commento 12.) hic voluisse vniuersale, quod est causa multorum, id passim vocant vniuersale in causando, vt Deus, Materia, & intellectus humanus. Hęc enim sunt vniuersales causę multorũ, non vniuersalia predicantia de multis: quę cùm sint abstracta, vel sensum fugiant, ob id ignota nobis sunt, quoniam omnis nostra cognitio oritur à sensu: iccirco hoc in loco Arist. vult ea esse L naturę cognita, & perspecta. At Aristote. in procemio physic. de vniuersali intelligit, quod predicatur de multis, quodque nobis notius est, cum totum quoddam sit indistinctum, & prius nobis occurrens. Nam primum cognoscimus animal, deinde hominem. Item primo Poste. tex. 3. primum cognoscimus vniuersaliter, postea in particulari. Et primo physi. 27. primum speculamur communia, deinde pro- M pria. Quod etiam habetur tertio Physic. commento 2. Quòd autem hoc voluerit Aristote. in physicis, id patet facillime. Cum enim in primo textu Intentionem suam adduxerit, esse in philosophia naturali agere primum de causis, in tertio assignat viam inueniendarum causarum, quę est, à confusis, hoc est à speciebus transmutabilibus. Mox in quarto tex. volens ordinem doctrinę afferre

A afferre de eisdem principijs, & causis, dicit, hũc ordinem esse à communibus, & vniuersalibus. Nam agens de motu, & mouente, & Materia, primum ea speculatur communi quadam cognitione, mox ad motum ęternum, & primam materiam descendit, qui ordo demõstrationis species non est, quemadmodum erat ꝓcessus ille in secundo, & tertio tex. explicatus. Et hęc quo ad illius cõtradictionis solutionem, dicta nobis sufficiant.

B

CONT. XIX.

Tex. 5. Separans Arist. principia immediata inter se, vult alia esse dignitates, alia positiones. Positiones deinde diuidit, in Suppositiones, & Definitiones. quarum differentiam explicans, inquit, definitionem nihil asserere vel negare, suppositionem vero id facere. Ex quo colligitur, definitionem non esse affirmatiuam, neque negatiuam. Oppositum habes primo poste. tex. 31. & secundo poste. tex. secũdo. vbi scribitur hęc regula, definitio semꝑ est vniuersalis, & affirmatiua.

C

SOLVTIO.

Sunt qui dicant definitionem cõcipi posse dupliciter, vel actu, vel potentia. Actu non est propositio, sed potentia. nam si dixeris animal rationale mortale, hic sermo definitio actu est, non est autem propositio, quoniam sine verbo profertur: & iccirco affirmatio nõ est, neque negatio. Potentia vero est propositio, quoniam si dixeris, homo est animal rationale mortale, iam affirmando definis. Ex quibus colligunt, definitionem in actu esse incomplexum, potentia complexum: indeque habetur solutio propositę difficultatis. Aliter vero dicere possumus, cum Auerroe, hic, & in Epit. logicis, vbi sermo est de definitione, definitionem ꝓprie esse compositionem clausulę, & nexus suarum partium. Etenim definitio omnis ex genere, & differentia, vel differentijs perficitur: quę cùm simul iunguntur definitiuam coniunctionem efficiunt, quę vim affirmandi, & negandi non obtinet. Hinc efficitur, vt definitio per se, & simpliciter sumpta, incomplexum sit. Cum vero pręter hanc compositionem, etiam enunciationis formam acquirit, iam cũ verbo & definito exprimit: fitq; propositio. Sed hoc est illi alienum & per accidens: efficiturq; definitio complexum. Hoc totũ etiã videtur colligi posse ex his quę habet Aristo. in lib. Periher. Sectione prima. vbi in cap. de oratione, mentionem facit de ipsa ratione, hoc est definitione. Hinc tollitur cõtradictio: quam vidit Lucidiss. Themist. & non soluit: vt licet videre apud ipsum. 1. Poster. cap. 5.

D

E

F

CONT. XX.

Regula est hoc in loco satis cognita, ꝓpter quod vnumquodq; Tex. 5.

tale,

G tale, & illud magis. Longe tamē aliter videtur eam expressisse in 2. Metaphy. 4. cum ait, illud magis tale est, propter quod cæteris inest vniuocatio.

SOLVTIO.

Idem sensus est, alio atque alio dicendi modo. Tu tamen animaduerte hanc regulam semper intelligendam esse, de causa & effectu participātibus eadem dispositione seorsum, quę tamē dispositio accipiat magis vel minus. Per vniuocationem autem H intellexit dispositionem à causa communicatam effectui. Hinc decipiuntur qui regulam aiunt in solis analogis contineri, cum & in vniuocis detur magis vel minus: nam magis albus homo, vel minus albus homo non euariant vniuocam rationem.

CONT. XXI.

Tex. 5. Vult omnino principia esse magis scita, quam conclusiones. Oppositum videtur voluisse in tex. 6. dum inquit scientiam esse I tantum cōclusionis, intellectum vero principiorum.

SOLVTIO.

Hic scientiam analogice accipit, ibi vniuoce. Nā scientia principiorum melior dicitur dispositio quàm scire, quoniam actus est nobilioris animæ facultatis, hoc est mentis & intellectus. Conclusionis autem cognitio, actus est rationis & discursus. Hinc est, vt vniuocè & simpliciter scientia sit tantum cōclusionis non principiorum, cui assentit Scotus in K quæstionibus huius libri, & Themist. At ratione analoga, scientia de principijs non modo dicitur, sed & magis. Tu vero, si vis hunc sciendi modum de dignitatibus diligentius perpendere, vide grauissimam digressionem Roberti Lynconiensis, qui totum hoc plene & copiosè dilucidat. vide & 2. Poste. tex. vltimo.

CONT. XXII.

Habet Auerro. demonstrationem simpliciter esse primo in- Cō. 7. tentam ab Aristote. in his libris. L Oppositum in procemio, cum dixerat intētionem esse omnes species demonstrationis.

SOLVTIO.

Scopus siue intentio potest esse generalis & principalis. Generalis in hoc libro est, omnes species demonstrationis recensere: specialis est demonstratio simpliciter. Priorem scopum tetigit in procemio, alium vero hic, & in 8. quæsito.

CONT. XXIII. M

Dicit, demonstrationem quia Cō. 1. excludi prorsus à definitione scire, quoniam hæc non fit per causam, ob quam res est. Oppositum est 1. Poste. c. 95. vbi ait, nomē demonstrationis licet diuidatur in simpliciter, propter quid, & qa, & hæ species licet distinguantur vt magis vel minus perfecta, nō tamen à genere demonstrationis excluduntur. Quæ certe pugnare videntur summopere, cum hoc

A hoc quod modo dicitur.

SOLVTIO.

Sum assuetus dicere, demonstrationem apud Auerro. accipi interdum cõmuniter, interdum proprie. Communiter est syllogismus necessarius, per quam rationem distinguitur à syllogismo Topico & Sophistico. Quo modo demonstratio quia, est demonstratio: & hoc latuit Auicennam vt patet in c.95. huius libri: qui simpliciter existimauit, hanc non esse vllo modo demonstrationem. B Propriè demonstratio est syllogismus constans assumptionibus veris, primis, immediatis, prioribus, notioribus & causis. Sicq; demõstratio signi erit demonstratio. Auer. itaque hoc in loco eam propriè, alibi communiter intelligit.

CONT. XXIIII.

Cõ.8. Vult Auerro. quòd syllogismus demonstratiuus distinguatur à Topico ex hoc, quòd demonstratiuus est verus: aut verax, vt alij transferunt. C Oppositum voluit Aristot. 1. Posterio. tex.16. & Auerro. ibidem. Nam & Topicus est, qui veritatem considerat.

SOLVTIO.

Veritas alia constans est, & per se veritas, & hæc obiectum est demonstrationis. Alia popularis est, & vulgi opinioni accommodata, quam diuulgatam trãsfert interpres primus Auerroys: & hæc Topici munus est. De priore autem hoc in loco intelligit commentator. D De secunda in text.16. Hæc enim est veritas probabilis. Probabile autem definitur ab Arist. in primo Topic. cap. 8. quod videtur omnibus &c. videri verò est secundum aliorum opinionem. Quod autem demonstrantes velint impermutabilem veritatem vide Aristot. in calce tex. quinti, huius primi lib.

CONT. XXV. Cõ.8.

Tres demonstrationis species distinguens Auerro. hic, dicit, E causa demonstrationem simpliciter ingrediens est, quæ rem cõstituit, & scientiam parit. Causa demonstrationis propter quid, est causa rei non scientiæ. Causa demonstrationis signi, est scientiæ causa, non rei. Et dat exempla, quę tu percurrere poteris. At longe aliter visus est Aristo. & Auer. explicare demõstrationem signi. Nam in tex.30. huius primi, & in cõm.95. Habetur demonstrationem quia, fieri quatuor modis. F Prima species est ab effectu conuertibili. Secunda ab effectu non conuertibili. Tertia à causa mediata. Quarta à causa remota. Quo stante, inde efficitur, aliquando demonstrationem quia fieri per causam rei, nõ semper per causam scientię in nobis tantum.

SOLVTIO.

Causę quę mediatę sunt & remotę, verę causę non sunt ap-

G pellandæ, & ob id ſcientiam pariunt in nobis imperfectam coniecturalem: quocirca hæ cum effectibus ordinantur. Quòd ſi qs harum demonſtrationum exempla habere velit, legat text. 30. apud Ariſt. & Auer. quæſitum de medio. ibi enim hęc latius & diligentius conſtabunt.

CONT. XXVI.

Cō. 10. Habet Auerr. in hoc commen. diſtinctionem iam ſatis notam omnibus. Quòd demonſtratio
H duplex eſt. Quædam ſimplex, quæ vnico ſyllogiſmo abſoluitur: quædam compoſita, quę proſyllogizat aut vtranque, aut alteram pręmiſſarum. Hæc enim à Græcis demonſtrationes dicuntur, quæ dant ſiue Theorema, ſiue Problema. Latini ſimplicem & compoſitam appellant, Vult itaque Auerro. illam eſſe demonſtrationem ſimpliciter & ſummè perfectam, quæ vnico ſyllogiſmo abſoluitur: quæ
I vero pluribus, æquiuoce inquit eſt demonſtratio. Oppoſitum videtur voluiſſe. 1. Topicorum, cap. primo, vbi definiens Ariſto. & Auerro. demonſtrationem, dicunt eam eſſe ſyllogiſmum ex veris, & primis, aut ex his, quæ per vera & prima fidem ſumpſerunt. Quibus verbis tam mediatam quàm immediatam demonſtrationem videtur colligere ſub eadem definitione, & ſic vniuoce.

SOLVTIO. K

Sciendum Auerro. in Topicis accepiſſe demonſtrationem communi ſignificatione, pro ſyllogiſmo ex neceſſarijs: id enim ſufficit eo in loco, vt illa diſtinguatur à cæteris ſyllogiſmis. Hic vero preſſius accipit demonſtrationem, pro ſyllogiſmo ex veris, immediatis &c.

CONT. XXVII.

Vult in hoc commento quòd ſingularia non ſint comparanda vniuerſalibus: quoniam hanc Cō. 11.
comparationem neq; ſenſus iudicat neque intellectus. Nam intellectus concipit ſolum vniuerſalia, ſenſus vero tãtum vniuerſalia. Oppoſitum habes. 7. Meta. 10. vbi ſingularia inquit eſſe notiora vniuerſalibus. L

SOLVTIO.

Sciendum ꝙ ſingularia eſſe notiora poteſt accipi bifariam, vel quòd ſint nobis cognita per ſenſum priuſquam vniuerſalia per intellectum, & hoc eſt neceſſarium, ſi noſtra cognitio pendet à M
ſenſu, vt ſcribitur. 1. & 3. de Aïa, & in lib. de Senſu & Senſili, necnon. 1. Poſter. text. 33. quomodo loquitur Auer. in 7. Meta. 10. aliter poſſumus imaginari, ſingularia eſſe notiora rebus vniuerſalibus, ita vt hanc comparationem faciat inter vtrũque anima noſtra, & tunc audit Auer. pro impoſſibili: quoniam omnia comparata tenentur conuenire, & ab vno iudicari. At ſenſus non

A iudicat nisi singulare: & intellectus vniuersale ex. 3. de Anima.

CONT. XXVIII.

Cō. 14. Positio inquit continet assertionem, & conceptionem, hoc est, Positio continet suppositionem & definitionem. oppositum videtur voluisse in cōm. 1. vbi ait, hæc duo non posse conuenire vniuocè.

SOLVTIO.

Ibi sat exposuimus cur definitio & assertio non possint vniuoce simul conuenire. Hoc vero B in loco, alterum accipit per se, & est suppositio, alterum ex accidente, & est definitio. Nam cum hoc in loco, exponat verba illa in tex. 5. vbi Arist. diuidit Positionem in suppositionem & definitionem, vult ꝙ definitio non per se sit species positionis, sed per accidens: hoc est, quatenus definitio est complexum, quod illi contingit non vti definitio est, nam sic simplex est & incomplexum, sed vt efficitur secunda C animæ operatio, quæ dicitur cōpositio & diuisio.

CONT. XXIX.

Cō. 15. Vult nondum constare in hac scientia, vtrum ambæ præmissæ sint notiores conclusione. oppositum voluit supra, cōm. 10. vbi voluit demonstrationem ęquiuocè dici, quę non habuerit vtrãq; præmissam immediatam.

SOLVTIO.

Forte hoc in loco indicat Auer. non constare, an præmissæ sint ambæ immediatæ, ex eo D quòd nondum explicatum est, illas esse de omni, per se & primas, quod venit probandum in sequentibus. Quòd si superius dixit hoc ipsum Aristo. hoc tantum dixit, colligẽs definitionem demonstrationis. Solutio est, id tactum fuisse leuiter, sed diligentius de hoc agendum venit in sequentibus.

CONT. XXX.

Aristot. hoc in loco confutat eos qui negant scientiam de rebus, quæ scientia est idẽ cum demonstratione vt dictum est in fine. 2. lib. Post. tex. 26. modo si demonstratio subiectum est in hoc primo libro, videret̃ probare suũ subiectum. Oppositum. 2. textu 1. Post. & tex. 24. & 25. vbi scribit̃ur subiectum supponi tanquam manifestũ. Item. 1. Phy. 11. vult non esse contentiosas rationes soluẽdas ab artifice. Nam inquit non tenetur Geometra soluere rationem Antiphontis, ob id ꝙ litigiosa est. Ex quibus videtur pugnantia cum eo, quod facit in hoc capite, & in Procemio, vbi Mẽnonis & aliorum cauilla dissoluebat, quę aduersus scientiam adducebantur. Tex. 16. E F

SOLVTIO.

Scire licet Aristote. hic remouere impedimenta artis demonstratiuæ partim, partim etiam in procemio, sed alia atque alia ratione. Nam qui de scientia locuti sunt, varia ratione senserunt.

G Quidam.n.ponebāt omnia sciri, quidam nihil, quidam vero medio modo locuti sunt, quędam à nobis sciri, & quędam ignorari. Qui omnia sciri voluerunt fuere Academici, qui omnia circulo fieri & cognosci existimabant de quibus in hoc tex.6.Philosophus mentionem facit. Alij verò negantes scire, bipartiti sunt: quorum alia pars voluit iccirco omnia ignorari, qm̄ res erāt in quodam fluxu & motu perpetuo, ita vt ab intellectu non possent per-
H cipi, & fuit huius opinionis Heraclitus, atque illius sectatores. Quos confutat Metaphysicus. Qui verò idem probabant logicis rationibus, bipartiti rursus sunt, vel.n.Sophistice id agebāt, vt Mēnon, Hippias, Protagoras, Euthidemus, Dionisodorus, atq; alij, de quibus persępe meminit Plato in suis dialogis. De quorū grege, fuere argumenta illa con futata in prooemio. Alij autem hoc probarunt rationibus peccantibus in materia tantum, vt
I pote qui vel falsām propositionem accipiebant pro vera, vel sine distinctione loquebantur. Tales profectò sunt rationes, qualis est hæc, qua vtuntur hi, qui dicunt nihil sciri, quos Aristo. non aliter nominat in tex. Itaq; iam satis constat, non eosdem confutari in hoc loco, & in prooemio: sed Sophistas ibi, cęteros hic. Horum autem ratio peccabat in materia, dum sic ratiocinabantur.

dicis te scire conclusionem ex K
pręmissis, quęrimus an illę sint notę, an potius ignotę? Si ignotę, ergo & conclusio. si notę, igitur per demonstrationem ex alijs, & illę rursus ex alijs. Quare vel in infinitum abibimus, quod absurdum est: vel tandem ad duo principia deueniemus nō demonstrata, & per consequens ignota, ex quo fit nihil sciri. ecce quòd hoc argumentum, peccat vitio materiei, nempe, quia falsum assumit, quod est nihil sci-
ri, nisi demonstretur, cum ta- L
men principia sciantur meliore dispositione quàm sit scientia demonstratiua, quę dispositio, intellectus dicitur. Pręterea nota, ꝙ rationes Sophisticę destruentes subiectum, & pręsertim si fuerit subiectum partiale, possunt in arte destrui, dummodo non procedant illę rationes ex his quę contraria sunt principijs scientię. Quibus positis dicerem: Aristotelem rectè voluisse in 1.Physic. tex.11. ꝙ non tene-
mur soluere rationes litigiosas, M
hoc est illas quę ꝓcedunt ex oppositis principiorum artis. Nam ibi volebat, non teneri naturalem soluere rationem Antiphōtis, qui quadrabat circulum ex opposito principio Geometrię, dicente ꝙ continuum potest ex diuisione absumi, cuius oppositū dicit Geometra. Verum & si Sophisticę erant rationes confutatæ in prooemio, illę tamen non vtebantur

A vtebantur principio contrario huic scientię. Rursus argumentũ quod destruit ĩ hoc tex. 6. peccat solum in accipienda propositione falsa, ꝙ omnis scientia sit per demonstrationem. Hinc solutio nascitur, propositæ cõtradictionis. Verum, quoniam à principio in referendis antiquorum opinionibus de scire, tres veterum adduximus sententias: quarum duæ iam satis constant, hoc est, quæ dixit omnia sciri, & alia, quæ voluit, omnia ignorari: media vero nondum explicata est. B Quare, illud perpende, tertiam hanc opinionem voluisse Platonem in Theeteto, & Menone, & alijs in locis: qui ea tantum sciri asserebat, quorum habemus reminiscentiã. Eãdem voluit Arist. hoc est, quædam tm̃, non omnia sciri, sed q̃ nouissimè à nobis cognoscuntur. Quamobrem differẽtia horum tm̃ est, ꝙ Arist. vult scientiam esse nouam, Plato, reminiscentiam ponit. C Differentia orta est ex varietate fundamẽtorum. Siquidem Arist. vult animã nostram esse coęuã corpori, Plato vult ipsam esse corpore antiquiorem, & ante corpus creatã à Deo, in quo statu sortita est cognitionem & scientiam omniũ. Accedit ꝙ intellectus ẜm Arist. nobis datus est, tanquã tabula rasa, ẜm Pla. verò dat⁹ est nobis ornatus ideis. Hæc sunt, quæ differentiam faciũt, nisi velimus esse cum illis, qui vtranque viam nituntur conciliare. Sed de his Metaphysicus agit, nos vero hæc hactenus. D Illud non est prætermittendum, scientiam nouã ex Aristotele, fieri ex præcognitione quadam & anticipatione, nec ob id sequitur, vt scientiam Platonis imitetur, quæ item præexistens dicitur cognitio, cum sit reminisci. Nam ex hoc differunt, vt scribit Auerr. cõmen. 3. huius primi lib. quòd præexistens cognitio & scientia apud Arist. est in potentia eadem cum scientia acquisita: contra vero reminiscẽtia est eadem numero, & actu cum sequenti. E

C O N T. XXX.

Sentit Philosophus hoc in loco circulum non posse dari, cum tamen circulum concesserit in multis alijs locis. Tex. 6. Nam ĩ tex. 30. docet ex Sphęricitate Lunæ concludi posse incrementum sui luminis, & ex luminis incremento Sphæricitatem. item possumus demonstrare quòd planetæ ꝓpè sunt, per id ꝙ non scintillant, & ꝙ non scintillant, per id quod propè sunt. F hoc autem non fit, nisi conclusio efficiatur præmissa, & altera præmissarum conclusio, talis autem syllogizandi modus circularis est. Præterea est Arist. in 2. Post. te. 15. vbi ait: Entia circularia, circulo demõstrari debere: estque ibi exemplum de pluuia & terra madida: nam ex terra madida pluuiam demonstramus, & ex pluuia terram ma-

 didam.

G didam. Item. 2. Physic. tex. 30. sanitas est causa exercendi, & exercitatio sanitatis: quare si causæ sunt vicissim, circulus videt̃ expresse. Sed in 2. Priorum cap. 5. 6. & 7. vbi disserit de circulo demonstrationem circularem admittit in omnibus figuris. Accedit ꝙ in p̄dicamentis ca. de Qualitate, circulum videtur concedere in definitione qualitatis & qualis, nam qualitatem per quale definit, mox quale per qualitatem. Quod etiam videtur vo-
H luisse Porphyrius ca. de Specie, cum genus dicat explicari debere per speciem, & speciem per genus: quoniã hęc relatiua sunt.

S O L V T I O.

Circulus apud Arist. in libris Logicis potest accipi, & in forma & in materia syllogistica. in forma omnino dari potest, cum ea ab omni materia seiungitur: & ratio est, quoniam hæc forma nõ ꝓcedit per causas simpl̃r, sed ꝑ quodlibet faciens illationem.
I Itaq; Prioristicus ex A. concludit B, & ex B. concludit A. non. n. adstringitur conditionibus demonstratiuis, q̃ circulum impediunt. Adde, ꝙ circulus in materia duplex est, vel definitiua, vel demõstratiua, definitiua vt cum subiectum, ꝑ formã, & forma ꝑ subiectum definimus, & hic circulus possibilis est, qm̃ variatur ratio: nam in vna harum definitionum ꝓcedimus ex notis nobis, in alia ex notis naturæ. demonstratiua materia, adhuc duplex est, vel K
simpliciter, vel in communi ad omnes species demonstrationũ, & hæc est materia necessaria. priore modo circulus impossibilis est, cùm sit impossibile imaginari A. esse causam simpliciter B. & B. esse causam simpliciter ipsius A. at secundo modo non est impossibile: vt verbi gratia, quòd A. sit causa B. & B. sit effectus ipsius A. vel etiam ꝙ A. sit causa efficiens B. & B. sit causa finalis ipsius A. immo tales demonstrationes sunt necessarię vt L
fiat regressus adeo necessarius in philosophia naturali, in qua effectus sunt nobis notiores causis. His iactis dicimus, non esse Aristot. sibi contradictorium, licet in tex. 30. dicat illa duo exempla iam citata de planetis & Luna: nam ibi cõcedit circulum in demonstratione qa & ꝓpter q̄d, non in demonstratione simpl̃r, q̧ circulus est regressus, & non circulus ille quẽ hic negamus. Hic M
enim negamus circulũ tm̃ in demonstrationem simpl̃r: similiter dicatis ad exemplũ de pluuia & terra madida, nam hæc sunt inuicem causæ in diuerso genere, nõ autem simpl̃r. terra. n. madida est causa materialis pluuiæ, pluuia est causa efficiens terræ madidæ. Itẽ sanitas est causa finalis exercitationis, exercitatio vero efficiẽs sanitatis. quare hæc faciunt regressum in materia necessaria, nõ autem circulũ in materia demon-

A monstrationis simpl'r. De syll'o vero circulari ratio nulla est, qm̃ in forma syllogistica dictum est posse admitti. Cum vero dicitur in qualitate & quali fecisse circulum Arist. dicẽdum est, illum esse definitionis, imo potius descriptionis, non autem demonstrationis: item fit variato ordine quo ad nos & quo ad naturã. Nam cum describitur qualitas ex quali, procedimus à notioribus nobis: cũ vero quale ex qualitate ꝓcedimus à notioribus na
B turæ: sicq; euitamus circulum. Idem etiã posset dici de Relatiuis apud Porphy. vt sunt Genus & Species: nam Auicenna cõcedit definiri circulo relatiua vicissim, sed Auerro. in Paraphrasi 7. Met. negat hũc esse circulum, qm̃ non concedit vnum relatiuorũ esse causam alterius & ecõtra: qđ est necessarium, vt fiat circulus. Patet ergo circulum posse dari: in forma, & in materia etiã
C demonstratiua cõmuni, quæ est causa & causatum, sed tunc dici debet regressus. in materia autem demonstrationis simpliciter id non potest fieri, & ob hoc dixit Aristo. in hoc tex. circulo autem ꝙ impossibile sit demonstrare simpliciter planum &c.

CONT. XXXII.

Tex. 6. Demonstrationem vult Arist. constare notioribus simpliciter
" tantum, non autem nobis, super
" illis verbis, si vero sic non es-
" set vtique scire bene definitum, sed duplex. &c. id autem videtur oppositum ei quod voluit in D
textu 30. vbi scire distinguit in quia, & propter quid. Constat autem scire quia, fieri ex notioribus nobis, cum ab effectu procedamus: propter quid vero fit ex notioribus naturæ, cum procedamus à causa.

SOLVTIO.

Omissa quęstione illa vtrum demonstratio quia sit demonstratio quę examinãda est super tex. 30. siue cõ. 95. in qua Auerr. dis- E
sentit ab Auicenna, volente demonstrationem quia, nõ esse demonstrationem, de quo etiã mentio est in q̃sito demonstratiuo. 6. dico ad pręsentem contradictionem, ꝙ Arist. hic vult scientiam fieri ex naturæ notis tm̃, qm̃ hic disputat de demonstratione simpliciter, ꝙ circularis esse non potest. non negaret tñ demonstrationem quia esse demonstrationem, licet fiat hæc ex notioribus nobis, accipiendo demõstrationis nomen in ratione communi F
analoga. Quare Aristo. 1. Poster. 30. distinguens demonstrationẽ pro syllogismo necessario, in ratione analoga, eam secat in demonstrationem quia & propter quid: nunc vero cum sermonem habeat tantum de demonstratione simpliciter, quam definiuit in tex. 5. dicens eam facere scientiam ex primis, veris, immediatis &c. ob id, eam vult constare ex notis naturæ. Idem etiã voluit

G Themist. qui in 2.Poste. cap.30. appellat demonstrationem quia syllogismum, nam ibi comparat demonstrationem quia ad demõstrationem perfectam, in cuius comparatione potius syll'us est q̃ demonstratio. & 1.Post.ca.4. demonstratio inqt nõ submittit sese cognitioni humanę, sed naturæ. qm̃ ꝑ demonstrationem, eam vult q̃ facit scire simpl'r. & est ac si dicamus, Accidẽtia nõ esse entia, sumẽdo Ens pro priori analogato, nam tale non est nisi substã-
H tia: & tñ accidentia sunt entia in ratione cõmuni analoga. Sic demonstratio qa non est demõstratio, hoc est illa quę dicit simpl'r ex naturę notis: & tñ demonstratio qa est demonstratio, pro syll'o demõstratiuo analogice accepto, qui est syll'us procedẽs ex necessarijs, ad differentiam Topici & Sophistici: ꝓ hac materia est Auer. 1.Poste.cõm.95.& quæsito.6.

CONT. XXXI.

Cõ.23. Vult ꝙ pars sit prior ꝭm cogni-
I tionem apud nos & naturæ posterior: vniuersale vero sit posterius nobis & prius naturæ. Oppositũ voluit. 1.Physic.4. & 1.Posterio. cõm.12. vbi vult totum esse nobis notius suis partibꝰ, & etiam vniuersale, cum sit totum, est notius nobis. item in Procemio huius libri dixerat vniuersale esse notius ordine doctrinæ.

SOLVTIO.

Sciendum ꝙ inductio ꝓcedit à partibus ad totum, hoc est à particularibus ad vniuersale, vt scri- K
bitur ab Arist. 2.Prio.& 1.Topi. cap.10. & 1.Post.tex.33. quæ q̃dem particularia primum occurrunt nobis, q̃ ipsum vniuersale, qm̃ intellectus non potest intelligere deficiente cognitione particularium, quæ sensibus apprehenduntur. Quo stante dicas, verum esse ĩ adductis locis, vniuersale, esse notius nobis, q̃ minus vniuersale ordine doctrinæ, at hoc in loco vult cognitionem ꝑ inquisitionem, hoc est ex induction, in qua procedimus à par- L
ticularibus ad vniuersale, dico in summa, ꝙ hic comparat particulare, vniuersali, ibi vniuersale magis ad minus. Quòd si quis diceret, oppositum voluisse Auer. in c 12. quod particulare & vniuersale non sunt inuicem comparanda, ad hoc dicendum, quòd non sunt comparanda respectu eiusdem potentiæ iudicantis: tamen secundum ordinem existendi, hoc possunt: nã hic dicit singularia primum esse cognita q̃ M
vniuersale: non autem hæc comparat, respectu determinatę virtutis cognoscentis.

CONT. XXXII.

Habet Cõm. ꝙ demonstratio simpliciter sit ex his quæ nota naturę sunt. Oppositum videtur voluisse. 1.Poste.cõm.7. vbi ait, demonstrationem simpliciter nobis tribuere causam & esse. Quo posito videtur esse dicendum, ꝙ demonstratio simpliciter, conster

A ſtet ex naturæ & nobis notis. Idem voluit in procemio Phyſi. idem & in commen. 95. primi Poſter. in Epit. de demonſtratione, & in quæſitis.

SOLVTIO.

Oportet ſcire, hoc in loco intelligere Auerr. non abſolute & tantum demonſtrationem conſtare ex naturæ notis, ſed ꝑ comparationem ad demõſtrationem quia. Nam hic exponit Ariſt. dicentem, non oportere diuidere demonſtrationem in eam, quæ B fit ex nobis cognitis, & in eam quæ fit ex notis naturæ: quoniã non datur ſcientia ſimpliciter ex nobis notis tantum. Ex quo patet, ꝙ demonſtratio ſimpliciter in ſe & abſolute ſumpta, ex his perficitur ac conſtat, quæ nobis & naturæ cognita ſunt, & ſic ꝓcedunt authoritates adductæ: hic vero dicit eam cõſtare ex naturæ notis, quæ conditio ſufficit vt diſtinguatur à demonſtratione q̄a. Et hoc quod voluit Auerr. C hic, aſſeruit etiam Lucidiſs. Themiſt. cap. 4. dum inquit, demonſtrationem non ſubijcere ſeſe viribus ingenij noſtri, ſed tenere viam ad veritatem: hoc eſt, non procedere ex nobis notis, ſed naturæ. Quod quidem non eſt audiẽdum ſimpliciter, vt fecit Auicenna: qui hac ratione motus & alijs cõſimilibus exiſtimauit demonſtrationem quia, non eſſe demonſtrationem. Cuius opinionem confutat Auer. in quæſitis, & primo Poſter. c. 95. Nam D demonſtratio, vel vniuocè accipitur, vel analogicè. Primo modo eſt ſyllogiſmus cõſtans ex cauſis, alio modo eſt ſyllogiſmus cõſtans ex neceſſarijs. Itaq; demonſtratio quia, licet non ſit vniuocè demonſtratio, cum fiat à poſteriori & non per cauſam, attamen fit ex neceſſarijs, & ſic demonſtratio eſt, licet in ſecundo gradu analogiæ: quod profectò latuit Auicennam, qui abſolute arbitratus eſt, eam nullo pacto demonſtrationem eſſe dicẽdam. Sed de E hac re alibi diſſerendum venit.

CONT. XXXIII.

Non longe à principio huius Cõ. 24. commenti Auerr. negat demonſtrationem ſimpliciter poſſe habere locum ĩ regreſſu, quoniam inquit, non poteſt contingere reciprocatio demonſtrationi ſimpliciter ſecum ipſa, aut cum alia demonſtrationis ſpecie. Ecce ꝙ „ in regreſſu demonſtratio ſimpliciter „ non dabitur, ſi nõ poteſt reciprocationem facere cũ aliqua F demonſtrationis ſpecie. Oppoſitum habetur in Epit. Logicis ca. de demonſtratione, vbi dicit, ſi cauſa & effectus conuertantur, fieri ab effectu demonſtrationem quia, à cauſa vero demonſtrationem ſimpliciter.

SOLVTIO.

Verbum illud ſimpliciter, apud Auerr. modo ſonat id, quod potiſſimum à Latinis dicitur, modo vero id quod ſimplex & vnicum

G vnicum eſt, ſignificat, quod alibi notatum etiam fuit. cum vero in regreſſu negat dari demonſtrationem ſimpl'r, potiſſimam intelligit: & ratio eſt, qm̄ regreſſus inuentus eſt, vt ex effectu noto, ignota cauſa concludatur: at demōſtratio potiſſima habet cauſam ęquè nobis, & naturę notā, itaq; in ea ceſſat omnis cauſa regrediendi. Cum vero in Epit. Logicis ſcribit Auer. à cauſa cōuertibili fieri demonſtrationem ſimpliciter, intelligas verbum ſimpliciter, pro demonſtrationē cau-
H ſę tm̄, hoc eſt, demonſtrationem dātem quęſitum vnum ſimplex, quod eſt ipſum propter quid, ad differentiam potiſſimę, quæ dat duo q̄ſita, hoc eſt cauſam & eſſe, vt ſcribitur in Epit. Logicis cap. de demonſtratione, in quęſito. 2. 3. 8. & 1. Poſte. com. 7. & 95.

CONT. XXXIIII.

Tex. 6. Videtur Ariſt. in hac parte ponere differentiam inter demon-
I ſtrationē & ſcientiam demōſtratiuam, qm̄ ſeorſum ꝓbat vtrāq; fieri ex neceſſarijs. Sed in te. 5. definiens demonſtrationem, eā appellabat ſcientiam demonſtratiuā, in illis verbis {Si itaq; eſt ſci-
,, re vt poſuimus, neceſſe eſt ſcien-
,, tiam demōſtratiuam &c.} item ꝙ hęc idem ſint, conſtat legentibus tex. 26. 2. lib. Poſter. Vbi ſic
,, ſcriptum eſt { de ſyllogiſmo igi-
,, tur, ac demonſtratione, & quid
,, vtrūq; eſt, & quo modo fit, mani-
,, feſtum, ſimul vero & de ſcientia demonſtratiua, idem enim eſt.} K habes enim hæc duo idem eſſe.

SOLVTIO.

Diceret Alex. & Philoponus, vterq; in 1. Priorum cap. 1. demōſtrationem idem eſſe re & ſubiecto cum ſcientia demonſtratiua, qm̄ qui vnā habet, aliam etiā neceſſe eſt habere. Etenim demonſtratio eſt cauſa ſciendi, ſiue efficiens, ſiue organica. Cum hoc tn̄ ſtat, vt hæc differāt ratione, hoc eſt vt habitus & id quod ꝓuenit ex habitu: nam demonſtratio eſt habitus, ſciētia eſt fructus & ꝓ- L
uentus illius habitus. Quam diſtinctionem nō ignorabat Ariſt. cum in primis verbis primi lib. Priorum dicebat, {primum dice- ,,
re circa q̄d & cuius intentio eſt, ,,
qm̄ circa demonſtrationem, & ,,
ſcientiæ demōſtratiuæ} contradictio itaq; nulla eſt, cum hoc in loco hæc duo ratione diſtincta intelligantur, alibi vero vt idem ſunt re, atque ſubiecto.

CONT. XXXV. M

Definiens Ariſt. dici de omni, Tex. 8.
vult ipſum eſſe, cum prędicatum ineſt toti ſubiecto ac ſemper, ita vt duæ conditionis ſint illi neceſſarię, & vniuerſum ſubiectum & totum tempus. Oppoſitum habetur. 1. Priorum ca. 1. in fine, vbi definiens dictum de omni, inquit ipſum habere vnam tantum conditionem, ꝙ prædicatum inſit cuilibet ſubiecto, nihil autem de tempore eo in loco mētionem facit.

SO-

A SOLVTIO.

Dici de omni, à syllogizāte & à demonstratiuo consideratur, sed ratione diuersa. Cum.n. syllogizans in generali, non sese adstringat magis rei necessariæ q̃ probabili, hinc patet ipsum velle dictū de omni, in ratione magis communi, q̃ faciat demonstrator, cuius munus est, ratiocinari in re necessaria. ob id itaque Philosophus, considerans in lib. Priorum dictū de omni, vti forma est & regula perficiens syllo-
B gismos affirmatiuos primæ figuræ in quacunq; materia, vnam tantum illi tribuit cōditionem, quæ est, totum subiectum: demōstrator vero cum velit solum id quod est necessarium, & necessarium illud sit qđ semper est, & in quolibet, ea de causa vult dici de omni pressius, & duabus conditionibus limitatum, adeo vt dictum de omni demonstratiuum non repugnet syllogistico, sed
C illud reddat perfectius.

Tex. 9. CONT. XXXVI.

Distinguit Per se Arist. in quatuor significationes tm̄, quę sūt, prima vbi prædicatum definit subiectum. 2. in qua subiectum definit prædicatum, 3. substantiæ singularis. 4. est causarum q̃ dant propter quid, at quinto lib. Met. textu. 14. agēs de eo quod per se est, videtur afferre alias significationes, vt est illa, per se dicūtur, quęcūque significāt figuras prędicationum. item per se sunt, quorum veritas demonstrari potest. pręterea per se, aliud actu, aliud potentia: de quibus nihil in hoc loco tractauit. Postremo & Themistius qui aliam explicat significationem per se, vt licet videre apud ipsum. 1. Poster. cap. 10. quæ ita se habet, nam accidentia quę ita eorum subiectis insunt, vt non alijs prius conueniant, sunt per se, vt superficiei inest color. quam significationē fusius explicat idem Themist. secundo de Anima siue ca. 22. siue in text. 66. Accedit quòd auget cōtradictionem, ꝙ Arist. 5. Meta. 13. agens de per se, agit etiam de suo opposito, quod est per accidens, quod non facit hoc in loco, aut si id facit, obiter tantum id fecisse videtur.

SOLVTIO.

Dici potest, non esse necessarium, vt in diuisione quę fit per enumerationem eorum, quę sūt à nobis cōsideranda, omnia etiā referantur, quæ non faciunt ad propositum nostrū. Vnde Arist. enumerās hic, ea quæ ꝑ se sunt, nullam ꝑtermittit significationem demonstrationi necessariā, ꝙ si plures sint modi dicendi ꝑ se, hoc nihil refert, cū illi ad demonstrantem non attineant. Nā omnia colligere ꝑ enumerationem interpretis munus est, potius q̃ authoris. Cùm vero dicitur, non agi hoc in loco de eo quod est per accidens, id cōstantissime est negandum, nam inquit,

G quit, omnem propositionem esse per accidens, quę non erit per se in primo, aut secundo modo. Item in fine tex. causam p se mortis inquit esse iugulationem, causam vero coruscationis per accidens, dicimus esse ambulationē. Si vero diceretur hoc fuisse obiter & ex incidenti dictum, & tamen in 5. Meta. distinguit Ens in per se & per accidens, dicimus conuenire Metaph. distinguere hæc duo, tanquam partes Entis, quod illi est subiectum: at de-
H monstrator considerat per se primo id quod est per se, per accidens vero, quod non est per se, quare non tantum Arist. potuit, sed etiam debuit, obiter agere de eo quod est per accidens.

CONT. XXXVII.

Tex. 9. Vult Aristote. in hoc loco subiectum definire prædicatum in 2. modo dicēdi per se, verbi gratia nasus definit simum, & numerus definit par vel impar. Oppositum videtur voluisse. 1.
I Posteriorum, tex. 35. vbi colligitur ab omnibus definitionem prædicari de definito, nam si hoc est, non videtur subiectum posse definire prædicatum, quoniam sic fieret prædicatio præter naturam. Est enim prędicatio præter naturam cum subiectum est quid prædicati: & ob id Themist. eo in loco, caue inquit, ne vtaris propositionibus inconditis & præter naturam in demonstrando.

SOLVTIO. K

Potest ea asserri solutio, ꝙ subiectum in 2. modo dicendi per se, nō est definitio prædicati, sed pars eius definitionis, hoc est, subiectum ponitur in definitione prędicati: nec propterea ex eo fit violētia aduersus eam regulam, quæ vult ꝙ definitio prædicetur de definito prædicatione naturali: cum hæc intelligatur de tota, atque integra definitione. Quòd autem subiectum in secūdo modo per se sit pars defini-
tionis prædicati, & non tota de- L
finitio, inde patet, quòd definitio non potest vnica dictione aut termino exprimi, quare subiectū cum vnica sit vox, vel terminus, non potest esse tota prędicati definitio: nemo enim sanus diceret numerum esse definitionem paris, vel nasum simi. Præterea est & locus apud Auer. 7. Meta. cōm. 18. vbi ait, subiectum esse veluti venus in definitione passionis: hinc patet ipsum esse partem definitionis, non autem de- M
finitionem: sed & aliter dicere possumus ꝙ definitio illa semper pdicatur, quæ formalis est, hoc est quę largitur quod quid est rei proprie dictum. at causalis vocata, quæ dat propter quid, ea potest tam subijci, quàm prædicari. Cùm vero dicimus subiectū definire accidens proprium, id intellige de ipsa causali definitione, quoniam nasus nō est forma simitatis, nam substantia non potest

A test esse forma accidentis, at nasus est causalis ratio, siue materia ipsius simitatis, & iccirco definitio huiusmodi potest ad libitum cuiuslibet subijci & prędicari. Dicimus enim definiendo Eclypsim causali definitione, à fine sumpta, Eclypsis est terrę interpositio, dicimus etiam ob terrę interpositionem esse Eclypsim. nam cum hęc sit causalis definitio, Eclypsis potest & subijci & prędicari, vt colligitur ex multis exemplis secundi libri B Poster. Formalis vero definitio cum dicat quid res ipsa sit, necesse est, vt semper prędicetur: quocirca naturalis erit propositio, q̃ dicit, Homo est animal rationale mortale: quæ vero ait, animal rationale mortale est homo, ea censenda est pręter naturam. Amplius tū diligenter pondera, ꝙ Aristotel. 1. Posterio. tex. 35. iam citato non dicit expresse definitionem non posse subijci suo definito: quod volui dixisse, vt scires id potius fuisse ab C expositoribus dictum, quàm ab Aristote. Pręter autem dictas solutiones, addo illam faciliorem cęteris, ꝙ subiectum licet definiat prędicatum in 2. modo, dum tamen definit efficitur prædicatum & ipsū: verbi gratia nasus, licet sit subiectum in propositione dicēte, nasus est simus vel concauus: dum tñ definitur simitas, efficit prędicatū, nā dicimus, simitas est nasi curuitas. & sic remanet semper illęsa regula, quòd definitio & D singulę eius partes prædicantur de definito.

CONT. XXXVIII.

Omnia, inquit Arist. sunt per accidens, quæ neutro modo prędicantur, hoc est, quę non sunt in 1. vel secundo modo dicendi per se. Oppositum videtur habere in hoc eodem tex. quoniam p̃ter duos modos dicendi per se, enumerat tertium, & quartum modum: quo modo ergo hi duo reliqui erunt per se, si per accidens vocat quicquid non est in E primo vel secundo modo? Tex. 9.

SOLVTIO.

Scire oportet, primum & secundum modum dicendi per se tantum esse propositiones: nam tertius considerat solam existentiam particularium substantiarum, & quartus considerat depēdentiam effectuum ab eorū causis. ob id Arist. agens de propositionibus per se, eas vult esse vel in primo vel in secundo modo, cęteras vero ex accidenti. Quæ F vero sunt in tertio, & quarto modo, non sunt propositiones, sed existentia ac depēdentia rerū: & hęc solo fauet etiā D. Thomę, volenti. quartū modum pertinere ad demōstrationem simpliciter. At qui tenent oppositam sententiam vt Auer. & Them. & Philoponus, dicerent, per se accipi modo fusius, modo pressius: fusius pro eo quod competit quarto modo: pressius vero, pro eo quod

proprię

G propriè concernit primum, & secundum modum dicendi per se. In qua significatione proprie dicta, ea intelligerent verba in tex. {quęcũq; neutro modo insunt, » accidentia sunt, vt musicum aut » album in animali.}

CONT. XXXIX.

Tex.9. Accidens particulare vult de subiecto prędicari, nam hoc album prædicatur de Socrate. Oppositum habuit in ante prędicamentis, cap. de his quę sunt in fine, vbi simpliciter inquit indiui-
H dua de nullo prędicari: & tamen regula intelligitur eo in loco tã de indiuiduis accidentalibus, q̃ etiam substantialibus.

SOLVTIO.

Indiuidua vel ex substantię genere sumuntur, vel ex prædicamentis accidentium. Si substantialia sint, ea vel pronominibus ostensiuis indicantur, vt si dicas hic lapis, hoc lignum, vel nominibus proprijs vt Socrates, Plato, Callias. Quę vero accidẽtalia
I sunt, ea vel in concreto accipimus, vel in abstracto: in concreto si dixeris, album, iustum, grãmaticum: in abstracto vt albedo, iustitia, grammatica. Pręterea, scias prędicationẽ aliam esse de vno, aliam de pluribus, & quę de vno est, vel est naturalis, vel p̄ter naturam: naturalis in qua subiectum differt à prædicato, pręternaturalis in qua subiectum non differt à prędicato. Quibus constitutis, dicendum est ad cõtradictionis formam, ꝙ Arist. dũ K inquit hic, indiuiduum accidentale posse prędicari, intelligit de vno non pluribus, & quidem p̄dicatione naturali, & hoc de accidente cõcreto est audiendum: cum vero alibi dicitur indiuiduũ de nullo prędicari, id intellige de substantiali & accidente abstracto, nam Socrates de nullo naturaliter prędicatur, item hęc albedo, vel hęc iustitia. Ex quo facile innotescunt illę regulę, prima indiuiduum substantiale & L nomen proprium vt Callias, de nullo naturaliter p̄dicatur, p̄ter naturam vero de vno potest p̄dicari, hoc est de seipso: nam dicit Callias est Callias. secunda est, indiuiduũ substantiale designatum pronomine ostẽsiuo, vt hic homo, hic lapis potest de vno naturaliter prędicari: nam dicimus Plato est hic homo. tertia est, indiuiduum accidentale concretũ, vt hoc album potest de vno naturaliter p̄dicari: vt dicẽte me, Plato est hoc album. quarta est, indi- M uiduum accidentale abstractum, vt hęc albedo non potest naturaliter p̄dicari sed p̄ter naturam de vno, hoc est de seipsa p̄dicar̃, qm̃ dicimus hęc albedo, est hęc albedo. Ex his concorda omnia loca, q̃ videntur opposita, nec tñ sunt: & sunt hęc, locus Porphyrij in cap. de genere, vbi ait singularia omnia de vno prędicari: qđ etiam repetit in cap. de Specie. Arist. vero in ante p̄dicamentis,

A tis, vult singularia de nullo prędicari in cap. de Substantia, item de substantijs indiuiduis loquẽs, vult eas nullam facere ṗdicationẽ. Sed. 1. Prio. sect. secunda, cap. de copia ꝓpositionũ, distinguit indiuidua substantiæ, & accidentium, ex qua partitione facile assumitur concilij ratio.

C o n t. xl.

Cõ. 30. Auerrois explicans ea quę obscure habet Arist. in tex. 9. in quo continentur quatuor modi dicẽdi per se, circa primum illud animaduertit, ꝙ primus modus per B se esse potest, vel vbi ṗdicatum est definitio subiecti, vel vbi prędicatum est pars definitionis illius: cum vero pars est, id quatuor modis contingit, nam vel genus ipsum prędicatur, vel differẽtia vel pars generis, vel pars differẽtię. Oppositum colligi videtur. 7. Met. c. 42. vbi Cõmentator scribit, ꝙ differẽtię q̃ sunt ante vltimam, potentia continent in definito, quod etiam dixit. 8. C Meta. com. 6. nam cum ibi velit Auer. differentiã nõ vltimã esse potentialẽ, patet ipsam etiã diuidi posse eo modo quo genus diuiditur, & ob id in 7. Met. c. 43. dicit, ꝙ genus in re non est in actu, vti est vltima differentia, ex quo sequiť in via ipsius differentiã vltimã esse indiuisibilẽ, quod etiã rursus confirmat in eodem. 43. 7. Meta. dum inquit, quod ea quę media sunt inter primum genus & vltimam differẽtiã, sunt quasi genera: ratio est quia sunt diuisibilia, at vltima differentia est indiuidua, vnde dicunt Meta. differentię vltimę cõceptum esse simplicem, itaq;, qũo voluit partem differentię posse prędicari per se in primo modo, si vltima differentia non est partibilis? D

S o l v t i o.

Vltimę differentię latent nos ex Boethio in lib. suo de Definitionibus, & diuisionibus, ob id dicere possumus Auer. hoc in loco voluisse partes differẽtiarum E quę sunt nobis notę, & hę sunt differentię potentiales, & quę sapiũt naturã generis: vnde Arist. 1. Topic. cap. 3. ordinãs ꝓblema differentię illud redigit ad ꝓblema generis, dicens differentiam ob id quòd ṗdicatur de pluribus differentibus specie, esse cum genere ordinãdam, patet ergo differẽtias nobis notas, & quæ sunt in vsu, esse genericas non vltimas & conuertibiles, & ob id Porphyr. definiens differentiam F in prędicabilibus, eam describit, quę media est, non vltimam, hoc est eam vult inter vniuersalia collocari, quam ad problema generis reducit Arist. 1. Top. ca. 3. sed & subtilius respondere possumus, ꝙ omnes differentiæ habẽt partes, secundum earum nomina quibus vtimur in prędicationibus definitiuis, verbi gratia, (& est exemplum Auerrois in cõm. 30. primi Poste.) punctum est in definitione lineę, tanquam pars

G pars differentiæ illius, non enim punctum est tota lineæ differentia, nam tota differentia est, terminari punctis, quoniam definientes lineam dicimus eam esse longitudinem, sine latitudine, cuius extrema terminantia sunt duo puncta. Hæc itaque diuisio vltimæ differentiæ est quo ad vocem non quo ad rem: vnde etiam vltima differentia potest diuidi nominibus, cum tamen in re sit simpliciter indiuisibilis. Quæ responsio ex visceribus
H Auer. hoc in loco colligitur.

CONT. XLI.

Cō.31. Explicans Auerro. secundum modum dicendi per se, vult eum esse quoties prędicatur passio de subiecto, ita vt in definitione prædicati assumamus subiectum, aut subiecti genus, vel eius generis genus, & ita de alijs, dum modo non transcendamus genus illius, de quo est scientia, vel consideratio nostra. Sed videtur voluisse in quęsito
I quinto aliud ab hoc diuersum: nam ibi videtur asserere tantum in accidentibus proprijs, hoc est in eorum definitionibus sumi subiectum, quod latius etiam videtur voluisse septimo meta. 17. & Aristoteles ibi vult eandem sententiam. immo ea est ratio ꝙ subiectum assumitur loco formæ passionis, quod non videtur dici posse de genere subiecti, cū genus sit materia, ex Porphyrio cap. de differentia.

SOLVTIO.

K Passio, cum sit accidens proprium, & carēs proprio genere, necessario debet definiri ꝑ ipsum subiectum, nam simitas ex naso definitur, & par vel impar ex numero, & licet subiectum sit materia quędā, in qua sunt accidentia, attamen vicem formę sortitur in definitione accidentis ꝓprij. & hæc vocatur primaria definitio illius accidentis, quo modo Aristote. & Auer. loquuntur septimo met. decimo septimo.
L Verum nō tollitur, ꝙ definitione communi, & secūdario dicta nō possit definiri passio ex genere sui subiecti, & ex genere generis, dum modo non transcendamus limites nostræ facultatis, vt Cōmentator aduersus Alpharabiū digrediēs in hoc com. 31. interpretat̄. de qua re, copiose meminit ī quinto q̄sito. Ad Porphyriū vero, alibi diximus, genus nō esse simpl'r materiam, sed materię proportionatum: nam simpl'r
M est forma communis, 2. Physic. commento 91.

CONT. XLII.

Cō.34. Quartum modum per se, exponens Auerro. vult, eum fieri ex causis externis, quæ sunt finis, & efficiens. vbi concludit talem modum non esse vtilem ad demōstrationem simpliciter, vt etiam voluit lucidiss. Themistius in hoc lib. cap. 11. & Philoponus in expositione huius loci. Sed oppositum videtur voluisse

A luisse (omissis mille locis in secũ do poster.4.) in quæsito demonstratiuo 8. vbi demonstrationem potissimam dixit esse illam, quæ quidditatem Eclipsis concludit per medium, quod est causa externa, hoc est causa efficiens Eclipsis. Item est locus secundo Post. commen. 6. vbi ait, formam, & materiam dare quid est, efficiẽs, & finem præstare propter quid. cum autem maxime ꝓprium sit ipsius scientiæ demonstratiuæ elargiri propter quid, vt dicitur
B primo Poste. tex. 30. 31. 39. necnon secundo physic. 27. sequitur causas extrinsecas esse demonstratiuas simpliciter.

SOLVTIO.

Si commentum hoc præsens diligenter à nobis consideretur, & illud etiam, quod sequitur, constabit Auerroym velle distinctionem de causis externis, quòd aliç sunt, quæ non conuertuntur cum suis effectibꝰ: id enim dicit apertissime in hoc 34. aliæ vero
C sunt coexistentes, hoc est, quæ loco formæ rei assumuntur, cuiusmodi est terræ interuentus, qui causa est Eclypsis efficiens, sed loco formę illius accipitur quo modo in alijs esse contingit causa finalis accipi posse in definitione effectus. Qua causarum distinctione constituta, dicẽdum erit, causas externas non conuertibiles, & non coexistentes efficere quartum modum (quicquid voluerit D. Thomas) & ita nihil utilitatis afferre demonstrationẽ D simpliciter, sed solum demõstrationem signi, vel etiam demonstrationem causę tantum. Cæterum, cum dicit in 8. quæsito, medium demonstrationis potissimę esse causam extra quidditatem, hoc est finalem, vel efficientem, de ea intellige, quæ pro forma rei coexistit: & ratio huius est, quoniam cum demõstratio perfecta debeat dare omnia rei q̃sita, hoc est quid, & propter quid, vt dicitur secundo Poste. tex. 10. iccirco necesse est, vt in demon- E stratione ipsa, illæ causę constituantur, quæ & internæ simul & externæ possint appellari. Nam, verbi gratia, animal rationale, quod est forma hominis, debet dare quid internum hominis, & propter quid externum (quod vocant causale) risibilitatis, & ob id medium demonstrationis potissimæ tenetur esse ratio formalis subiecti dans quid est, & ratio causalis dans propter quid passionis: cuius nulla alia est ratio, F nisi ꝙ causæ demonstratiuæ simpliciter debent esse aliquo pacto extrinsecæ, vt afferant propter quid, sed adeo extrinsecæ, vt etiã dent ꝙ quid est: id autem faciũt cum sunt formales, vel deficientibus illis, quæ loco formalium assumuntur. Quæ doctrina arcana mihi esse solet, desumpta tamen ex ipso Auerroe, locis citatis. tu vero hæc vicissim compara, & diligenter omnia perpende,

G pende, quoniam ex his cōcilium habes inter Scothum, ac D. Thomam in difficili illa controuersia de medio termino demōstrationis simpliciter.

CONT. XLIII.

Cō. 35. Ponderans Auer. verba tex. in quodam suo proposito, animaduertit, hanc propositionem non verā esse, quę dicit, omne per se esse necessarium: veram tñ esse, quę dicit, omne necessarium esse per se. idq; vult aduersus Alpharabium. Sed mirum id alicui videbitur, H cum ĩ tex. 7. & in cō. 28. dixerint Arist. & Auer. necessarium in plus se habere, quàm per se. Nam quæ dicuntur de omni, ea q̃dem necessaria sunt, sed non sunt per se, cuius erat exemplum apud Philoponum, ꝙ omnis nix est alba, & Auer. etiam exemplificabat in eadē re, & in coruo, dū dicimus, coruus est niger, & de risu vendentis, & ementis, q̃ omnia sunt necessaria, & nō per se. Sic videtur male dixisse, ꝙ omne I necessarium sit per se. amplius dum negat per se esse necessariū, videtur oppositū ei, qđ dicit infra commento 44. & in quęsito 4. vbi vult per se, siue essentiale esse conditionem magis propriā quàm ipsum necessarium.

SOLVTIO.

Putabam ego aliàs, hunc locū esse omnino deprauatum in ipsa Auerrois translatione, aut etiam mēdosum extare originalem verum, cum id plene iudicare non possim, ob Arabicę linguę imperitiam, dixerim poti⁹ Auerroym intellexisse de eo necessario, de K quo etiam ample meminit in q̃sito quarto. nam ibi quoddā vult esse necessarium simpliciter simplex, quod demonstrationis potissimę obiectum est. & hoc est, quod habet tres conditiones, vt sit de omni, per se, & primum. quoddam aliud communius accipit, quod est id quod semꝑ est. itaque cum dicit in hoc commēto, non omne per se esse necessarium, intellige de eo, qđ est simpliciter simplex, nam hæc propo- L sitio, q̃ dicit, isoceles habet tres, est per se in secundo modo, non tamen habet perfectam necessitatem simpliciter, quoniam non est prima. Item cum dicit, omne necessarium est per se, pariter id intellige de necessario simpliciter dicto, quoniam tale cùm sit vniuersale primum est etiam per se, & de omni: & sic verificabis in fundamentis Auer. vtranque propositionem, quæ falsa videba- M tur, & non est. Cum vero voluit Arist. tex. 7. & etiam Auer. cōm. 28. & 44. necessarium communius esse eo qđ est ꝑ se, dicas eos intelligere, de necessario in secūda significatione pro eo, quod semper est: quæ significatio communis dicitur, & obiectum omnium specierum demonstrationis, quæcunque ea fuerit demonstratio. Tu vero si vis plura de necessario cognoscere, vide quæ

gra-

A grauissime, & copiosissime colligit in quæsito demonstratiuo. 4. ibi enim fons est huius disputationis, à quo emanarunt hęc, quę passim in hisce commẽtarijs spargit Auerroes.

CONT. XLIIII.

Tex, 11. Agens Arist. de eo vniuersali, quod appellat primum, & secundum ꝙ ipsum, post eius descriptionem, addit illa verba, per se autem & secũdum quòd ipsum, idem vt per se lineę inest punctũ, & rectum &c. ex quibus verbis B ample colligitur, dici per se esse idem cum eo, quod est secũdum quòd ipsum. Sed oppositum videtur voluisse in tex. 7. vbi præparans se Aristote. ad explicandas ꝓpositiones necessarias, primum dicit velle agere de omni, deinde de per se, & postremo de vniuersali: ex quibus verbis patet Philosophum voluisse per se differre ab eo, quòd est secundum ꝙ ipsum: nam re vera per se est res communior, quoniam om C ne, qđ est secundum ꝙ ipsum est etiam per se, & non è diuerso, ꝙ autem sit propositio per se, quæ non necessario sit vniuersalis, id Philoponus ꝓbat hoc exemplo: quoniam isoceles habet tres in secundo modo dicendi per se, q̃ propositio non habet id quod dicitur secundum, quòd ipsum, siue vniuersale, quoniam habere tres vniuersaliter inest triãgulo, non isoceli. Et idem videtur dixisse Themistius ca. 12. cuius hęc sunt verba, in initio illius, si qua D res per se inest, non statim efficitur, vt sit vniuersalis.

SOLVTIO.

Hæc tam euidens cõtradictio, adeo difficilis est habita, vt nemini mirum videri debeat, si quot fuere expositores, totidem videantur, & responsiones. Nam hæc verba, quæ dicũt per se esse idem cum eo, ꝙ est secundum ipsum, sic à magno Alberto, grauissimo latinorum exponentiũ fuere explicata, ꝙ nõ intelligat hæc duo esse sinonima, aut etiam recipro- E ca inter se, quoniam in 7. tex. iã dixit oppositum, sed idem hæc duo appellat ob eam tantum rationem, quoniam superiora sunt idem cum inferioribus, potius quàm inferiora cum suis superioribus. Nam animal idem est cum homine, magis q̃ homo cum animali, ob eam causam, ꝙ superiora sunt de essentia inferiorum: at inferiora contingunt superioribus. itaque cum per se sit veluti genus ad id quòd dicitur secun- F dum ipsum, ob id Arist. hoc modo intellexit ea esse idem, non autem simpliciter. Quæ solutio, & si à magno interprete proponitur, pace tamẽ illius mihi subtilior videtur, quàm in hoc loco necessaria. Nam quorsum Arist. dixisset hanc subtilem animaduersionem, definiẽs vniuersale? id. n. ad eius definitionem nihil facit. Ob id D. Thomas addit alium dicẽdi modum, quòd cum

G definiuerit vniuersale esse de omni, & per se, & secundum q ipsum, ne quis in hac definitione perciperet, per se esse quoddam diuersum ab eo q dicitur secundum ipsum, iccirco sic est locutus. Hæc solutio conatur trahere hoc ad propositum definitionis datæ de vniuersali: sed, reuerentia huius diligentissimi expositoris dixerim, q hęc solutio nō assequitur intentum, quoniam si id ad definitionem refertur, cur non etiam tetigit illam partiH culam de omni? Nam cum definimus rem vnam, nō solum eius differētiæ, sed & genus fit vnum in ipsa definitione, etenim ex genere, & differentijs vnum, & idē fit cum definito, vt habetur sectione prima, & tertia libri Periher. & ex Porphyrio ca. de differentia. hoc dico, si quis vellet asserere dici de omni fuisse omissum, tanquam genus in hac definitione, si vero sumatur & ipsū I pro differentia, tanto magis debebat Arist. dixisse, de omni, per se, & secundum q ipsum idem esse. Posteriores nonnulli volūt hæc duo accepisse Philosophum tanquam conuertibilia, qm̄ dicunt, hic velle per se, pressius q̃ in præcedentibus: nam in tex. 7. per se accipitur (vt aiunt) pro genere vniuersalis, nunc vero in significatione propria, quæ eadē est cum eo, qđ dicitur secundum q ipsum. Quæ responsio reddit Aristotelem non tam ineptum quàm & confusum: nam vteretur in eadem particula, manifesta ęquiuocatione. In eandem fere solutionem accessit Themist. qui cap. 12. inquit, per se, & quatenus ipsum, hoc loco esse audiēda nobis, vti eadē sunt. redditq; causam, quoniam hæc duo sunt inuicem adeo annexa, & coniuncta, vt alterum sine altero constare non possit. quæ responsio diminuta satis, & concisa videtur, p̄ter æquiuocationem, quam facit in textu. at Theophrastus (referente Philopono) non audit hæc duo idē esse simpliciter, sed ad hunc sensum, q ad vnum eorum sequitur alterum: nam si qđ est, quatenus ipsum, illud etiam est per se, & non ex opposito: qđ dicit Theophrastus, verum est, sed ad textum non recte accommodari potest: quoniam Aristo. dixisset quatenus ipsum, & per se idem sunt, non autem per se, & quatenus ipsum. Sed & Auer. cōmen. 36. huius dicti aliam affert explicationem, qm̄, inquit, voluisse Aristotelem per se esse idem cū eo, qđ est quatenus ipsum, non quidem simpliciter, (nam sic res sunt differentes, vt superius dictum fuit) sed accipiendo p se in significatione primi modi, in quo prædicatum est definitio, vel de definitione subiecti. Quę sanè solutio dura mihi nimis, & difficilis videtur, tū quia esset æquiuocatio in eo, qđ est per se, tum quia nō omne, qđ prædicatur

K L M

A prędicatur in primo modo est esse quatenus ipsum, nam genus est ꝑ se in specie, & tamen Auer. negat prędicationem generis esse simpliciter quatenus ipsam, vt alio in loco ostendemus. item Arist. dās exempla in hoc textu, quo modo ꝑ se est idem cum eo qđ est quatenus ipsum, exēplificat etiam in ꝓpositionibus secūdi modi dicendi, ꝑ se, qm̄ ait, triā gulum habere tres ꝑ se, & quatenus ipsum. ob id mihi magis pro B batur solo Iohannis Grammatici, quæ dicit per se, & quatenus ipsum esse duas formas dicendi omnino differētes, qm̄ per se est quiddam communius, vt in prę cedentibus dixerat Aristo. nunc vero ea dicit idem esse, quod audiendum est in ipsis propositionibus demonstratiuis: nam cum hæc scribantur, ea ratione, vt abūdemus copia propositionum, iccirco Aristote. ne quis hæc duo separaret à demōstratione, dicit C hæc idem esse, quoniam in ipsis propositionibus, ex quibus perfecta fit demōstratio, simul concurrunt: & quidem in propositionibus, tam primi, quàm secundi modi dicendi per se, quicquid Auerro. in hoc loco dormitans, somniarit. Quòd vero res inter se diuersę, idē fieri possint vni tertio comparatæ, inde constat, ꝙ albedo, & dulcedo lactis, qualitates sunt omnino inter se distinctæ, quæ tamen in substantia lactis receptæ, idem re, & subiecto efficiuntur. Sic dici per se, D & quatenus ipsum, formæ sunt dicendi differentes, saltem in hoc, ꝙ vna est communior alia, sed in propositionibus demonstratiuis simpliciter simul connectuntur, quem connexū si Themistius significare voluit in eius recitatis verbis, putandum est & ipsum recte dixisse, licet illa breuitas non plene explicaret nodum huiusce difficultatis.

CONT. XLV.

Explicans in eodem textu Philosophus vniuersale, dicit illud Tex. 11. E esse, quod in quodlibet & primo monstratur, verbum autem primo proimmediato intelligit, sed in fine huius tex. & infra in tex. 13. & 14. vult triangulo inesse habere tres vniuersaliter, & tm̄ hęc propositio dicens, triangulū habet tres prima nō videtur esse cum sit conclusio mediata, & demonstrata ab Euclide in primo Elementorum: aut ergo exemplum erit falsum, aut explicatio vniuersalis, cùm hęc duo inuicē F manifeste repugnent. Quam contradictionem vidit Themistius primo Poste. cap. 12. & 18. & Iohannes Grammaticus in expositione horum verborum.

SOLVTIO.

In hac difficultate, sane non parua, Themistius primo Poster. cap. 18. inquit, non videri conclusionem demonstratiuam posse dici vniuersalem, cum id maxime sit proprium præmissarum

G demonſtrationis. cui rationi, in-
quit, reſpondiſſe quoſdã hoc mo
do, ꝙ nõ neceſſarium eſt in qua-
libet demonſtratione præmiſſas
eſſe vniuerſales, immo potius vi
detur vniuerſale eſſe conditionẽ
concluſionum, & per ſe eſſe con
ditionem pręmiſſarum. Sed Ale-
xander (referente eodem Themi
ſtio) cõfutauit eam ſolutionem,
quoniam hæc partitio eſſet ni-
mis ſubtilis, velle, inquam, accõ-
modare vnum horum præmiſſis
& aliud concluſionibus. Sed Ale
H xander aliam ſubiunxit reſpon-
ſionem, quæ dicit, concluſionem
poſſe eſſe vniuerſalẽ & primam,
non quidẽ ſimpliciter, ſed primã
de genere eorum, quæ demon-
ſtrari poſſunt. Quæ ſolutio vult,
primum dici bifariam, hoc eſt,
pro eo quod ſimpliciter eſt pri-
mum, & immediatum, quod no-
ſtri appellant iuniores, primum
primitate cauſæ, & ſubiecti ſi-
mul, atque hoc eſt in his propo-
ſitionibus, quæ nulla ratione de-
I mõſtrari queunt, cuiuſmodi ſunt
dignitates, & pręmiſſę immedia
tę demonſtrationis, quę ita vni-
uerſales ſunt & primę, vt inter
earum ſubiecta, & prædicata ni-
hil intermedij conſtitui poſſit,
hoc eſt, neq; cauſa, neq; ſubiectũ
vllũ: hoc itaq; primum eſt prę
miſſarũ non concluſionis. Aliud
vero eſt primum, quod non tan-
tę dicitur eſſe dignitatis, ſed pri
mum dicitur, ſubiecto, non cau-
ſa: atq; hoc eſt in concluſione. nã
ea propoſitio, homo eſt riſibilis, K
luna deficit, triangulum habet
tres, &c. prima eſt ſubiecto, quo-
niam nullum aliud datur prius
illis, licet non ſit prima, ſecun-
dum cauſam, quoniam quælibet
illarum per cauſam mediam po-
teſt ſyllogizari: hæc fuit Theo-
phraſti ſolutio, cui adſtipulatur
Auer. primo Poſter. commento
36. 41. 53. in quadam epiſt. & in
quæſito tertio: & hęc etiam à la-
tinis omnibus recepta fuit. qua
ſtante diſtinctione, contradictio L
omnis concidit, cũ Ariſt. conclu
ſionẽ dictũ ſit eſſe vniuerſalem,
& primam. id enim audiendum
eſt de primo ſecundum ſubiectũ
tantum. pręmiſſę vero erunt pri-
mę & ſubiecto, & cauſa ſimul.
Nec obſtant, quę Themiſtius vi-
detur adducere pro confutatio-
ne huius reſponſionis. Primum
enim, inquit ille, ſe non videre,
quo modo poſſit eſſe concluſio
vniuerſalis, vbi hęc fuerit ſyllo-
gizata ex vniuerſalibus pręmiſ- M
ſis: adde tu, quoniam eſſe primũ
vniuerſale, & ſyllogizari poſſe,
videntur pugnantia eſſe. Dein-
de etiam obijcit, eſto id probabi-
liter verum eſſe, ꝙ concluſio illa
ſit vniuerſalis, quę ex vniuerſa-
libus pręmiſſis, & primis demõ-
ſtratur, quid poſtea dicemus,
quando demonſtratio non con-
ſtat ex pręmiſſis primis, & im-
mediatis, quod ſępiſſime con-
tingit, & pręſertim in mathema
ticis? videtur enim ꝙ in illo caſu

A tales demonstrationes sint penitus reiiciédę, veluti inanes, cum non habeant conclusionem vniuersalem: quòd si reijciendę non sunt, fatendum erit per se, & vniuersale fuisse explicata propter pręmissas non ob conclusiones: quę quidem est Themistij opinio. Verum hęc nihil aduersus Alexandrum faciunt, quoniam iam dictum est, perfectius esse pręmissas vniuersales, quàm conclusio sit, cum illę primę sint subiecto, & causa, conclusio vero
B subiecto solo. Ad secundam vero dicimus obiectionem, quòd dum agimus de vniuersali primo, agimus de obiecto demonstrationis simpliciter, nō autem de alijs. demonstrationes autem simpliciter sunt quę primis constant principijs, vel quorū principia ad prima statim resoluunt. Quòd autem conclusio sit vniuersalis, & prima, confirmes exemplo de triangulo, quod habetur in tex. item in tex. 12. & 13.
C agens de erroribus vniuersalis, eos ferè omnes applicare possumus conclusioni. sed & in quartodecimo dans Aristot. regulam de eo qđ est vniuersale, primum & quatenus ipsum, concludit id esse, dum dicimus triangulum habere tres, non autem cum dicimus, figura, terminus, isoceles, ęneum habet tres: & hęc, venia Themistij, sint à nobis dicta. Sed tu vide latius hęc disputata ab Auer in commento 36.

CONT. XLVI. D

Excitatus Auer. his, quę dixerat Themist. primo Post. cap. 12. Cō. 36.
in quo disputat nūquid p̄dicatio generis de differētijs, ac speciebus, sit vel non sit prędicatio vniuersalis, & prima, dubitat an vniuersale hic definitum sit ꝓpriū, & conuertibile. Et ait, ꝙ si dicamus, ipsum esse proprium, & cōuertibile, tunc videretur ipsum non pertinere, nisi ad definitiones, & propria, quamobrem genus ipsum non erit prędicatum vniuersale, quod Auer. habet ꝓ E
incommodo. oppositum videtur habuisse infra in cōmen. 41. vbi damnat Themistium, qui voluit prędicationem generis esse primam: quocirca, ait, genus non posse prędicari primo, & vniuersaliter de specie, quoniam non competit vni speciei, quatenus est illa species, sed pluribus.

SOLVTIO.

Qui volunt hanc rem videre fusius, accedant ad tertium quæsitum demonstratiuum, vbi hæc F
& plura alia proponuntur scitu dignissima. Etenim eo in loco colligitur distinctio, de prædicatione vniuersali, & prima simpliciter, quæ necessario vult terminos proprios, & partes, & in hac significatione genus non potest vniuersaliter prædicari de vna specie: poterit tamen prædicari de omnibus coniunctim: aut etiam de differentijs ipsis diuisiuis, nam animal conuertitur,

G cum omnibus suis speciebus, vel etiam cum suis duabus differentijs, quę sunt rationale, & irrationale. Potest etiam (vt in calce huius commenti colligitur) genus prędicari vniuersaliter de specie, dummodo non cõtrahatur, nam homo, vt homo, est certum quoddam animal, hoc est cõtractum, non autẽ absolute est animal. cõtrahitur autem animal, si dixeris, homo est animal cogitatiuum. Est itaq; responsio, ꝙ genus respectu vnius speciei, sine
H contrahente dictum, non facit ꝑdicationem simpliciter vniuersalem, & primam, sed vniuersalẽ de omni tm̃ & per se, contractũ tamen, vel etiã respectu vtriusq; suę differentię diuisiuę, vel omnium specierũ simul, potest vniuersaliter ꝑdicari & primo. Themistius vero voluit genus facere prædicationem vniuersalem de differentijs, & speciebus, quod forte seruari potest (quicquid illi tribuat Auer.) quoniam Genus potest sumi, ita vt conuertatur
I cum differentijs, & speciebus: vel forte prædicationem vniuersalem intellexit in significatione quadam communi, non primam & quatenus ipsam.

CONT. XLVII.

Cõ. 36. Exponens Auerr. ea verba, in tex. 11. per se, & quatenus ipsũ, idem sunt, vult hæc duo hoc in loco conuerti: cui sententiæ, oppositam regulam tradidit in secundo lib. Physi. commen. 3. quo in loco explicans Auerr. naturæ K definitionem in qua Arist. ponit has voces primum, & ꝑ se, animaduertit has esse non sinonimas, & conuertibiles, immo differentes: qm̃ omne primum est per se, non autem contra: idem autem est primum, & quatenus ipsum, quare si hæc dicit eo in loco differre, & hic idem esse, pugnantia videtͻ omnino attulisse.

SOLVTIO.

Cum hęc cõtradictio sit communis Auer. & Aristo. patet solo ex his, quæ dicta sunt in tollenda L contradictione tex. 11. nã in definitione naturę, primum, & per se, audienda sunt vti diuersa, nõ vti sinonima, cum disciplinæ, & scientię contẽplatiuæ despiciãt sinonima, vt habetur primo phy. cõmẽ. 1. Hic vero cum dicit hæc esse idem, intelligit qñ per se est definitio in primo modo. hæc. n. fuit Auer. expositio, quam in superioribus reiecimus, confirmata Theophrasti interpretatione. verum hæc volui dixisse, vt cognosceres, ĩ Auerroe nullam in M hoc extare contradictionem.

CONT. XLVIII.

Explicãs Auer. eam Arist. sen Cõ. 37 tentiam, in tex. 11. quæ dicit habere tres, non competere vniuersaliter ęquicruri, reddit causam, qm̃ hęc demonstratio esset particularis, & ob id addit demõstrationem non posse esse particularem. sed cõtrariũ sentit infra cõ. 160. siue in tex. 39. iuxta veterẽ sectio-

A sectionē. quo in loco disputat cū ipso Arist. vtra sit melior demōstratio, vniuersalis, vel particularis. & dicit per particularē demōstrationem nō esse intelligendā eam, q̄ singulari termino continetur: vt si dicas aliq̄s homo est albus, sed illam, q̄ prędicatum genericum concludit de specie specialissima. vt si dicas, isoceles habet tres. ecce, ꝙ vult has demonstrationes bonas esse, licet min⁹, q̄ quæ de genere sunt, vt illa in qua habere tres concluditur de
B triangulo, & tamen id negat in expositione huius tex.

SOLVTIO.

Vult Auer. vbiq; locorum demonstrationē in hoc libro, modo considerari in significatione magis ꝓpria, modo ī significatione paulo magis cōi. Nā conditiones ꝑ se, & de omni vult esse demonstrationes signi, & ꝓpter quid, potissimæ vero demonstrationes notæ sunt, de omni, ꝑ se, & qua-
C tenus ipsum, simul. itaq; cū hic fiat mentio, & explicatio vl'is, quod dicitur quatenus ipsum, q̄ est potissimæ demōstrationis specialis conditio, iure Auerr. dicit particularia non demōstrari, hoc est demōstratione simpliciter. at in cōm. 160. capit demonstrationem vnà cū Arist. cōmunius. hęc em̄ potest esse vniuersalis, particularis, affirmatiua, & negatiua, ostēsiua, & ducēs ad incōmodū, vt cōstat in tex. 39. 40. 41. Aliter etiā dicere potes, ꝙ Auer. hic lo-
D quitur non de specieb⁹, sed de vere particularibus, q̄ ideo ait, non posse demonstrari, qm̄ sunt infinita: at in cōm. 160. sumit species specialissimas. quod vero hoc nomen particulare interdum ꝓ indiuiduo, interdū ꝓ specie specialissima accipi à nobis possit, est in primis Auer. 1. phy. cōm. 4. & 5. deinde & 1. poste. cōm. 12. vbi exponens Arist. dicentem notiora nobis esse singularia, hæc vocat species specialissimas.

CONT. XLIX.

Enumerans Arist. tres errores, E Tex. 13
qui in re vniuersali nobis cōmitti solent, alterum dicit esse, cum quis ꝓpriam passionē demōstrat de plurib⁹ specie differentibus, q̄ tn̄ de genere illorum cōmuni tenebatur demonstrari. Exēplū vero addit huiusmodi. Si q̄s demōstrabit ꝓportionale esse de lineis, numeris, solidis, & tēporib⁹, credet eam affectionem vl'r fuisse demonstratam, sed hallucinaт̄, qm̄ non de his specieb⁹ erat concludenda, sed de cōi gn̄e illarum, qđ F
cum nobis ignotū sit, iccirco demonstratio vniuersalis fieri non potest. Ex q̄b⁹ habes gen⁹, lineę, numeri, temporis, & solidi esse ignotū. oppositū voluit in p̄dicamentis, cap. de Quanto: vbi quā̄tum ponit genus continui, & discreti, sub quibus collocantur linea, numerus, tēpus, & solidum siue corpus. Si itaq; quā̄tū est genus cōe illorum, cōstat illud esse nominatum, nō autē anonimū.

So-

G SOLVTIO.

Quidam aiunt proportionale esse affectionẽ cõmunem, quãto continuo, & discreto, & cũ apud eos continuũ, & discretũ conueniant æquoce, ob id aiũt voluisse Arist. Genus horũ quatuor lineę, numeri, corporis, ac tẽporis esse ignotũ, qm̃ hactenus nõ habetur nomen vniuocum cõmune illis: quantũ vero dicunt esse ęquiuocũ. Habent hi ꝓ hac opinione locũ Auer. 1. Post. cõ. 74. & 1. met. cõm. 46. vbi inq̧t, quantitatẽ nõ
H esse genus vnũ ad continuum, & discretũ, analogice, tanto minus æquiuoce. Hæc concordia ducit nos in infinitas difficultates. prima est, ꝙ si quantũ non est genus vnum, ꝑdicamenta non x. extarent sed xi. qm̃ dicis, quantũ ęq̧uocum esse, quamobrẽ quantorũ erunt duo ꝑdicamenta: & sic numerus ꝑdicamentorũ nõ erit denarius, quod repugnat doctrinæ Arist. in ꝑdicamen. cap. de incõplexis, & 5. metaph. 18. At locus
I Auer. iam citatus, nihil facit ad eorũ confirmationem, qm̃ continuũ, & discretũ vult non vniuoce, neq; analogice sub vno genere conuenire, accipiens genus ꝓ subiecto artis. Nã dum hęc dicit, exponit verba Arist. quæ dicunt non dari transitum de genere in genꝰ, hoc est, de Arithmetica ꝯsiderante numerũ in Geometriã considerantẽ continuũ, ob eã rationem, ꝙ hæ facultates nõ possunt habere genus idem, hoc est subiectũ: & si illud haberent, vicissim transcenderent. Hic vero K de genere prędicamentali (vt dicunt) disputamus: nam tale potest esse cõmune continuo, & discreto, stante ordine ꝑdicamẽtorũ tradito in ꝑdicamentis, & 5. diuinæ philosophiæ. Ob id contradictio adhuc persistit. Dicunt alij, ꝙ genus horum nõ est nominatum, qm̃ illa ad diuersas scientias referuntur, nã dicunt, ꝓportionale in lineis cognosci à Geometra, in numeris ab Arithmetico, in corporibus à physico, in tẽ L poribus ab astrologo; quæ sciẽtię non conueniunt in vno cõmuni genere. & in eãdẽ videtur accessisse solutionem Auer. cõm. 38. sed ommissa tam exq̧sita, & artificiosa distributione scientiarũ, dico ꝙ licet non detur genus cõmune scientijs cõsiderantibꝰ hoc qđ est ꝓportionale esse, nõ ob id cessat difficultas, qm̃ hic non fit mentio de genere subiecto scientiarũ, sed de genere specierum, & tale est genus ꝑdicamentale. M Cũ iunior essem, neq; adhuc Philoponi cõmentaria vidissem, dicere solebã, Quantitatẽ nõ posse dici genus cõmune lineę, numeri, tẽporis, & corporis, ita vt de ea possimus concludere vniuersaliter ꝓportionale: qm̃ quãtitas non est subiectum adæquatũ affectioni, cum quantitas in plus se habeat, q̃ ꝓportionale, nam oratio, & locus quantitates sunt, q̃ tñ non sunt ꝓportionalia: & icirco

circo

A circo genus horum videret non posse dici quantitas, cum nō omnis sit quantitas proportionalis. Quę sane respōsio, inter ceteras, videtur mihi minoris difficultatis, sed Philoponi solutio maioris est fidei, & pspicuitatis: nam, inquit, ille exemplum de pportionali, quod Aristo. adducit esse vetustissimū, & ab Arist. desumptum ex veterum monumentis. itaq; cum hæc affectio, q̄ dicitur pportionale sit cōmunis quāto, & quali, hoc est qbusdam quanti B tatibus, & etiā nonnullis qualitatibus, quibus non datur genus vnum nominatum, ob id sic locutus est Arist. Quòd vero cōpetat quantitati, iam dictum fuit, qm̄ conuenit lineis, numeris, temporibus, & corporibus, & etiā alijs, vt supficiebus, & motibus, neq; his tm̄, sed etiā qualitatibus, qđ pbat Philoponus, Platonis testimonio in Gorgia, quo in loco pportionem assignat inter faculta C tem legalem, iudicialē, sophisticam, & rhetoricā. addit & pportionē inter exercitatoriam artē, medicinam, mangoniā, & coquinariam. Sed tu vide hæc latius in Gorgia, & apud Philoponum. itaq; si pportionale cōe est, q̄sitū siue passio quantitatū, ac qualitatum, recte dixit Arist. nō esse nominatam naturā siue genus commune specierū pportionaliū. Et licet in exēplo non acceperit nisi quātitates, id nihil obstat, cū hoc sit intelligendū tanq̄ acceptū ab antiqs, vt sunt oīa exēpla ipsius: D antiqui vero id, quanto, & quali cōmune fecerūt, & ita audiendū est: quanq̄ ea est breuitas Aristo. vt concise illud proposuerit.

C o n t. l.

Cum de inductione, in quodā pposito, mētionem faciat Auer. C. 4 exponens q̄dam verba in tex. 13. inqt, inductionē non facere nos acquirere p̄dicationem p se, sed tm̄ per accidens. Cui dicto videt̄ id repugnare, qđ voluit Auer. in 8. phy. cō. 33. nā eo in loco colligitur, dari inductionem, q̄ neces- E saria est, & demonstratiua. Et est etiam ratio, nam inductio colligit vniuersalia, hæc vero possunt esse ita p se, sicut & per accidens.

S o l v t i o.

Inductio cum sit maneries disciplinæ, nō autē via doctrinæ ex plogo primi phy. ob id est argumentū consolatoriū: non autem necessario cōcludens. Nam, q̄ necessario cōcludunt sunt syllogismi, qbus vult Auer. probari q̄sita F naturaliter occulta, sed inductio pbat q̄situm leuiter ignotum, & ideo valet ipsa plurimū in facienda fide, hoc est certitudine sensata, vt habet̄ 2. post. tex. 2. Adde & illud, inductionē cōsiderari posse ratione formę, & ratione materię: quo ad formā est augmētatio p accidens, non qdem p se, & necessaria, ob causas relatas: quo ad materiā vero est aliqn̄ necessaria: vt si dicas, Socrates est rationalis, igit̄ omnis homo rationalis.

quæ

G quæ inductio in re necessaria potest vno solo indiuiduo colligi. Quib⁹ constitutis cessat illa superius adducta pugnantia: nã inductio quoad formam nõ põt esse ꝑ se, & necessaria, rõne vero materiei põt, & ita etiam procedit ratio adducta pro confirmatione.

C o n t. l i.

cipium sciétiæ est qđ quid est, qm idem dat qd substantię & ppter qd accidentium, quare eadé causa faciens demõstrationé eadem facit definitioné: cũ itaq; dicitur demro & definitio sunt idem, id intelligendum est rõne causę pfectę, q simul dat qd & ppter quid. Cum his etiã est Them. 2. Poste. cap. 12. dicés demonstrationem & definitionem minus minimo differre. Dixi quo pacto hæc duo instrumenta idé sint, nũc videamus

A mus quo modo differant. Nã plures sunt horũ differentię. Prima est, ꝙ demonstratio & definitio differũt terminorum positione, hocẽ, situ, atq; ordine, vt Auer. interpretat̃ in 8. q̃sito, & ĩ Epith. logicis. Nã cũ fit demr̃o, incipimus à definitione q̃ mediũ est, & ꝓcedimus ad eã q̃ est conclusio, cũ vero educit̃ definitio solo situ differẽs, ordine vtimur retrouerso, nã incipimus ab ea q̃ cõclusio est & ascendimus ad eam q̃ medium est. Dicimus. n. demonstrã B do ob terrę obstructionẽ fit priuatio luminis Solis ĩ Luna, Eclypsis est terrę obstructio, igit̃ Eclypsis est priuatio luminis Solis in Luna. Cum autẽ definitionẽ elicimus, vice versa dicim⁹, Eclypsis est priuatio luminis Solis in Luna ob terrę obstructionẽ. hæc est prima differentia, quam voluit Arist. 1. Post. tex. 22. & 2. Poste. 10. Secunda differentia est, ꝙ definitio semꝑ est vniuersalis & affirmatiua. 1. Post. 31. & 2. Post. 2. C at demr̃o potest esse negatiua & particularis ex. 1. Post. tex. 39. & 40. quã differentiã voluit Arist. 2. Post. tex. 2. dũ ꝓbat non omne demonstrabile esse definibile. Tertia differẽtia est, ꝙ demr̃o est accidẽtium, & definitio est substantiarum: quam differentiã ponit Arist. 2. Post. tex. 2. & colligit̃ ex 7. Met. 17. Quarta differentia est, q̃ñ demr̃o dat q̃situm quòd ĩ conclusione, & propter quid in medio, at definitio dat quid est. hanc differentiã habes. 2. Poste. D tex. 7. Quinta differẽtia est, ꝙ definitio est sola formatio rei siue conceptio, at demr̃o est assertio siue verificatio: nã definitio nihil probat discurrẽdo, demr̃o vero semꝑ q̃situm naturaliter ignotum concludit. Hæc vltima differentia est Auer. plurib⁹ in locis, p̃cipue vero. 1. Poste. cõ. 1. 8. 14. 78. p̃terea. 2. Post. c. 16. 35. ĩ Epit. logicis, & ĩ quęsito. 7. at forte qs me Mathematicũ ex logico nuncupabit, ꝙ numerorum copiam affectare videar, verum non me E reprehendant qui æquo animo res iudicant: id. n. facio, vt laborem aliorum imminuam, quod profectò si industrię & diligentię opus est, nõ debet mihi vitio verti: id enim facio vt vtilitati aliorum, non gloriæ meę consulere possim. Plures forte possent afferri differentiæ his, inter demõstrationem ac definitionem, sed hę sufficient proposito huic nostro negocio. Nam ex his concidit prima contradictio, quoniã F fatendum est, demonstrationem ac definitionem differre ex earũ obiectis, quæ sunt Accidens & substantia, item pluribus alijs iam recitatis modis differunt, verum sumendo definitionem, vt in ordine ad demõstrationem se habet, solo situ terminorũ differt. Aristote. vero non negaret hæc diuersa esse instrumenta si separata accipiantur, cum vero in demonstrationem sumuntur, ambo

G ambo de accidente ipso, pponuntur, qm̄ (vt in exemplo de Eclypsi, & Tonitruo dictum est) demonstramus Tonitruum esse sonum nubis per mediam causam, quę est etiam Tonitrui definitio: item Eclypsim esse priuationem & cętera per mediũ qui est causa & definitio Eclypsis. Patet igitur ꝙ demonstratio & definitio non sunt simpliciter idem, sed respectu causæ dantis quid, & propter q̄d de eadem re, in quo casu differunt solo ordine terminorũ,
H vt in superioribus dicebatur. Ad secundam vero cõtradictionem, quo modo sit definitio principiũ demonstrationis, sciendum est ꝙ Arist. definiẽs demonstrationem dixit eam constare ex immediatis, at paulo post distinguens immediatum principium in dignitatem, suppositionem & definitionem, etiam mentionẽ fecit de illa: quamobrem dicere possumꝰ Philosophum voluisse definitionem esse principiũ demõstrationis cum eã in ordinẽ principiorum redegerit. Sed Auer. in 8. q̄sito videt̃ dicere non esse necessarium vt medius terminus sit definitio sed vt sit causa, hoc est necessarium: nã tunc medius est definitio cũ causa media ꝑ orationẽ exprimitur. Ex quo habes doctã solutionẽ, ꝙ nõ semper medius est definitio, & ob id Philosophꝰ non posuit definitionẽ in definitione demõstrationis. eã vero posuit ĩter principia: diceret Auer. qm̄ potest fieri medius. item hic K
dicit Arist. eam esse principium, non quidem semper, sed in casu de quo in præsentia loquitur. Ad tertiam cõtradictionẽ, facilis est solutio, si videamus ea quæ scribit Auer. in q̃sito. 1. & 8. quo modo definitio demonstrari possit. Nam Arist. probans in 2. Post. lõga quidem disputatione, ꝙ definitio non potest demõstrari, intelligit de vera definitione, non autem de illa quæ materialis est & nominis definitio: nam hæc cum fuerit ignota & de accidẽte L
proprio, habueritq; causam mediam, omnino per demõstrationem concludit̃, cum ignotũ non nisi demõstratione confirmet̃ ex 2. Post. c. 1. id autẽ voluisse Arist. constat. 2. Poste. tex. 10. qui dicit Tonitruũ bifariã definiri, nomine & re: nomine ꝙ est sonus nubis, re ꝙ est ignis extinctio. prima definitio cũ ignota sit & imperfecta, nec det verum quod q̄d est, efficit̃ conclusio: secũda vero cum sit formalis vel tanquã formalis nota est & ĩmediata, & ob M
id principiũ est demõstrationis. At dices, Nonne Arist. vult, vt, si vnũ q̄d est ex alio, q̄d est mõstret̃ syllo̾ duplãte, id esse petitionem principij? soluitur ꝙ ibi intelligit verum ac ꝑfectum quid est, qm̄ si hoc concluderetur, ex seipso cõcluderetur, cum medius sit quod quid est, & vnius rei nõ sit nisi vnicum q̄d est. Sed rursus instabis, voluisse Philosophum. 2. Poste·

A Poste.tex.8.ꝙ cum vna definitio ex alia concludit, ꝙ sit syll'us logicus non autẽ demonstratiuus: hic aũt concedit esse demonstratiuũ. Dicas ꝙ eo in loco vult syllogismũ logicũ concludere definitionem q̃ nõ sit natural'r ignota sed media inter notum, & latens: at hoc in loco demõstratio potest concludere definitionem naturaliter occultam, qm̃ ita efficitur q̃situm, & hoc est, qđ vidit Auer. primo Poste. cõmento primo, qui dixit, partes definitionis B syllogismo monstrari vti quæsita sunt, non vti partes sunt definitionis. Si ergo definitio debet demonstrari absq; petitione principij, opus est, vt sit definitio accidẽtis proprij ex 8. q̃sito. item, vt sit definitio nominis, & imperfecta, dico nominis hoc est dãs qd mediatum, & non ꝓpter quid, secundo poster. tex. 8. & 9. item cõcluditur non vti definitio est, sed vti q̃situm est, primo Poste. cõ. 1. & q̃sito primo. item hæc defini- C tio cõcluditur per medium dans quid, & propter quid simul, secundo poste. 8. & 9. & illa causa media respectu definitionis cõcludendæ est causa extrinseca, ex 8. quæsito, & secundo Poster. cõmento 37. & 38. ad extremam vero obiectionem, quo modo definitio monstretur, cum hæc sit substantiarum, q̃ per demonstrationem non cognoscũtur, patet ex dictis, nam hæc quæ cõcluditur, non vera est definitio, neque ipsius substantiæ, sed accidentis D proprij, vt in exemplis Aristotelis constat, in quibus cõcluditur tonitrui, & eclipsis imperfecta, & materialis definitio.

CONT. LXIIII.

Confutans Arist. demonstrationem Brisonis, dicit, ꝙ ille vtebatur principio vero, in demonstrabili, & immediato, sed communi. Erat autem illud, inter maius, & minus est dare medium æquale. Quod principium admittit verum esse, sed in hoc deficere, ꝙ proprium non est: quasi ve- E lit, ꝙ circuli quadratura possit demonstrari, dum modo per ꝓpria principia Geometriæ concludat. quod etiam videtur asserere primo physi. tex. 11. vbi damnat demonstrationem Antiphontis, & laudat illam magis Hippocratis, & in prædicamentis, cap. de Relatiuis, aperte fatetur circuli quadraturam esse scibilem, non tamen eius esse scientiam. sed oppositum videtur colligi quinto physi. tex. commen. 23. vbi scri- F bitur circulare esse aliud in specie à recto. itaq; non videtur possibile, vt circuli quadratura sit scibilis per principia propria, quoniam non poterit demonstrari, nisi per principium commune recto, & circulari, quare nunquam ex proprijs syllogizabitur. Quod vero illud principium, ex quo demonstratur Tetragonismus debeat esse commune recto, & circulari, ex eo constat,

Tex. 23

G quoniam in quadratura assignatur æqualitas inter circulum, & quadratum, quæ vtriq; communis est relatio.

SOLVTIO.

Soluitur, hæc contradictio, quoniam ex proprijs principiis demonstrari potest tetragonismus, dum modo ea principia cōpetant soli circulo, & quadrato. Nam non reprehendit Aristo. in hoc Brisonem, q̄ acceperit principium illud inter maius, & minus dari æquale, qm̄ cōe sit circu-
H lo & quadrato, sed ob id, q̄ competit aliis pluribus, ac præsertim numeris, qui cum sint discreta quantitas, nullo modo cū continua conueniunt. Et si dicas adhuc esse cōe illud principium, q̄ solum quadrato, & circulo conueniet, id negandū omnino erit, qm̄ principium dēt esse æquale, & proportionatum q̄sito. si itaq; demonstratur proportio æqualitatis īter circulum, & quadratū, necesse est, vt principium sit, &
I huiusmodi, hoc est vt vtriq; conueniat. Cum vero dr̄, non posse conuenire idem circulo, & quadrato, qm̄ hæc specie nō sunt idē rectum, & circulare, id concedēdum venit in ratione specifica, & sic oē principium quod in hac demonstratione tetragonismi accipietur, non erit vnum ꝑm speciem, at vnum poterit esse ꝑm genus, nec ob id erit cōe, cum etiā quæsitum sit genericum, immo erit illi par, & æquale. similem afferre poteris explicationē ver-
K bis Auer. 1 com. 67. dum inquit, inter rectum, & circularem non esse veram proportionē, hoc est vnam in specie, siue vniuoce, potest tn̄ ea esse generica, & analoga. Scio tamen nonnullos dubitare de veritate propositionis dicentis, inter maius, & minus est dare æquale, tum instantia apertissima de sphæralibus angulis, tum etiam in naturali philosophia, dum dicunt dari sphæram maiorem, & minorem sphæra so-
L lis, non tn̄ dari illi æqualem: in quo videretur Aristo. defecisse, dum eam veram, & communem esse testatur: sed nos dicere soliti sumus, Arist. eam veram accepisse, qm̄ eam magnitudini, & numero tm̄ vult esse cōem: non aūt rebus naturalibus, qm̄ in illis fallere potest, neq; item angulis, cū de his dubium sit nunquid sint, vel non sint magnitudines. & hæc est causa, cur dixerit Auer. in commen. citato, q̄ hæc propo-
M sitio est cōis, qm̄ competit magnitudinibus, rectilineis & sphęricis. in summa recto, & circulari, & numeris competit illa cōis propositio ꝑm rationem æquiuocam. dum autem applicatur recto, & circulari tm̄ comparatio, siue applicatio illa est analoga, non vniuoca ob rationem factā, sed adhuc est principium cōe. At principia quibus moderni asserunt quadraturam circuli, sunt propria (dicerent hi) quoniam li-

cet

A cet competant quadrato, & circulo, sunt tamen quæsito consimili, & æquali applicata, & non quidem ratione specifica, cùm rectum, & circulare specie differant; sed generica, & analoga, analoga quidem, quoniam quicquid recto, & circulari conuenit, prius circulari competere videtur, cum sit perfectius, quod & mathematici, & physici æque fatentur.

C O N T. L X V.

Tex. 23 Rursus Arist. in hoc contex. di B cit, scientiam nullam posse demonstrare sua propria principia. Nam id probat ex eo, ꝙ hoc ad diuinum pertinet philosophum, aliter id sequeretur incommodum, ꝙ principiorũ essent principia, & sic in infinitum abiremus, aut ꝙ ea principia quibus principia propria scientiarũ demonstrantur, essent communia omnium, & per consequens Metaphysicalia, non propria scientiarum. Huic vero determina- C tioni, duplex videtur oppositio, prima est, quia naturalis probat materiam primam esse, eamque demõstrat transmutatione, quæ tamen est principium proprium naturalis scientiæ. Secunda est, q̄a vult Metaphysicam esse aliarum scientiarum dominam, quoniam dat illis principia & tamẽ in 8. physi. probatur, primus motor a naturali, qui dicit, esse principium in sciẽtia diuina, vel etiã principale subiectum. quo circa in eo casu nõ magis erit domina D Metaphysica, quam Physica, immo longe minus.

S O L V T I O.

Nobilis profecto est hec materia, quæ tamen requireret lõgiorem disputationem, quàm huic loco videatur posse accommodari. Verum ne excusationis colore, videar laborem subterfugere, in primis adnotanda est trita illa, & cõis distinctio de scientiarum principiis, ex 1. Phy. com. 8. & 3. Meth. commen. 2. Princi- E pia enim alia subiecti dicuntur, hoc est incomplexa, vt materia, forma, & priuatio, primus motor. hæc enim sunt principia subiecti philosophiæ naturalis: & hęc eadem principia simplicia, & incomplexa vocantur a nostris. Alia vero sunt principia doctrinæ, quæ & complexa dicũtur, vt dignitates, positiones, & suppositiones. Quæ postea in duo rursus subdiuidi possunt, q̄m ex his, alia sunt principia co- F gnitionis tantum vocata, alia cognitionis, & esse. Verbicausa, in naturali philosophia, erunt principia cognitionis, si dixeris, entia plura sunt, & non vnum: itẽ naturalia vel oĩa, vel quædã moueri. Principia vero cognitionis, & esse, si dixeris, plurima naturalia entia, cãm hñt mouendi, & quiescendi, &c. Quibus positis, ad priorẽ contradictionẽ dicas, ꝙ principia ꝓpria, q̄ in scĩa particulari demr̃antur, possunt esse

 princi-

G principia incōplexa, & subiecti, cuiusmodi materia prima est in physicis: & dum demōstrat, illud fit demōstratione signi tm̄, quod grauissime scripsit Auer. 12. met. commen. 5. & 2. physic. cōm. 22. vbi Auicennæ sententiam confutat. At principia, q̄ demonstrantur à Metaphysico sunt principia complexa. quod Aristo. expressit primo Poster. tex. 27. in illis verbis, & dialectica omnibus, & si qua est, quæ tentet monstrare cōmunia, vt ꝙ omne affirmare, aut
H negare, aut ꝙ æqualia ab æqualibus, aut talium nonnulla. vbi cōstat exempla esse de principijs complexis, quæ à dialectico, ac metaphysico monstrantur. In eādem sententiam accessit Themistius, primo Post. ca. 20. vbi principia alia communia, alia esse ꝓpria testatur, additq; metaphysicum asserere omnia hæc genera principiorum, reddens hanc causam, ꝙ quemadmodum scientiæ subalternatæ capiunt principia
I complexa & doctrinæ, vocata à scientijs subalternantibus, sic quoq; particulares artes capiūt principia à metaphysica, cum illi subiectæ sint: ea vero superior. quæ verba ostendunt principatum diuinę sapientię, & officium demonstrandi principia, non ꝙ velit Themistius scientias omnes subalternatas esse metaphysicæ, sed de hoc aliàs. idem confirmat etiam Themistius primo Poste. cap. 24. vbi non tm̄ dicit hæc complexa principia confirmari K
à metaphysico, sed etiam à dialectico. Sed dicet qs, si hęc, q̄ dicta sunt veritatem habēt, quo modo vera erunt, q̄ scribit Auer. primo Post. cōm. 70. vbi declarans, quo modo metaphysica sit domina cęterarum artium, eam reddit causam, qm̄ ipsa considerat ens totú, cæteræ artes considerant partem vnam entis, vnde addit, ꝙ ob id metaphysica probat subiecta cæterarum artium, quoniam illa subiecta sunt partes sui entis, & iccirco largitur causas il- L
lorum subiectorum. infertq;, ꝙ nulla ars potest afferre causas sui subiecti, qm̄ id opus est metaphysici, vnde metaphysicus probans numerum, qui subiectum est in Arithmetica, illum probat esse, vti ens est extra animam, non autem vti subiectum est Arithmeticæ: nam subiectum vult esse notissimum, vel quia demōstratum est in alia arte, vel quia suapte natura est manifestum, vt habetur primo physic. commento 83. 2. M
physic. commen. 22. & 26. 12. metaph. 5. 2. de Anima 27. & 29. 6. meta. primo, tertio cœli. 4. secundo Poste. commento 33. quibus suppositis, videtur non fuisse verum, quod dicebatur metaphysicum demonstrare principia complexa tantum. quoniam subiectum est principium incōplexum primo Poster. tex. 24. & tamen à diuino demonstratur. Huic dicendum est, quòd non nęgat

A gat Auer. metaphysicum probare principia etiam incomplexa, vt est subiectum ipsum p̄sertim, nec etiam id negauimus nos in ea distinctione superius adducta, sed diximus metaphysicū demōstrare principia scientiarum, quę sunt cognitionis, vel etiam cognitionis & esse, si opus fuerit: at principia subiecti, si fuerint ignota, possunt demonstrari à posteriori in sua scientia, qualis est materia prima, cum hoc tñ stat, vt subiectum etiam possit demō-
B strari à metaphysico per causam, & à priori si negetur, non quidē, vt subiectum est, sed vti ens extra animam est. Sit itaq; hæc concilij ratio, metaphysicum posse demōstrare, non tm̄ principia cōplexa, sed etiam subiecta artium, incomplexa: at ꝓpriæ artes possunt demonstratione, quia, confirmare principia ipsius subiecti incomplexa, quæ fuerint latētia, & ignota. Hinc concidit ea Ioannis de Ianduno distinctio de
C principijs essendi tātum, cognoscendi, & essendi, ac cognoscendi simul. qm̄, vt copiose Zimara adducit, non datur principium essendi solum, vt est materia primai philosophia naturali, apud Ioannem, nam materia non potest esse principium essendi, cum id sit forma: quod quomodo veritatem habeat, vide Marci Zimaræ explicationem de principijs. Non enim propositi mei ratio erat, vt aliorum verbis præsens opus exeresceret. id enim com- D pilare est, ni potius sit expilare, aliorum vigilias. Ad secūdam vero contradictionem respōdet Commentator, in primo Poster. commento 60. vbi vult inferiorem artem posse tradere principia artis superioris, sed demonstratione signi: quo modo Naturalis facit, qui in 3. physi. concludit primum mouentem esse, qđ est principium in sciētia diuina, nec ob id tollitur diuinę scientię principatus, qm̄ metaphysica, dū dat subiecta cæterarum artium, E & naturalis etiam philosophia, ea pręstat per demonstrationem causæ, vnde quanto demonstratio causę est nobilior demonstratione signi, tanto etiam metaphysica excedit physicam scientiam. Sed si vis hanc differētiam latius percurrere, legas omnino commentum 60. prope finem, nuperrime citatum.

CONT. LXVI.

Ostendens Auer. excellentiā, Cō. 70.
F ac principatum metaphysicę, inquit, ꝙ hæc ꝓbat principia scientiarum, quoniam dat causam subiecti in qualibet scientia, si negetur. verbi gratia, si quis negauerit numerū, Arithmeticus nō potest illius causam afferre, quoniam est illi subiectum: sed hoc pertinet ad metaphysicum, qui considerans ens, vt ens, etiā considerat subiecta aliarum artium, quæ sunt species entis, & addit, quòd metaphysicus, dum reddit

G causas eorũ subiectorum, non ea demonstrat vti sunt subiecta, sed vti partes sunt entis. oppositum videt voluisse in 2. de anima, cõ. 27. & 6. Met. com. 1. quibus in locis habetur, ꝙ subiectum & eius ptes, vel species nõ possunt demonstrari in scientia, vnde non poterit metaphysicus demõstrare subiecta scientiarum vti entia sunt, qm̃ iam demonstraret partes, & species sui subiecti.

S O L V T I O.

Apparens nimirum vr̃ hæc cõ
H tradictio, sed statim desinit, ex eo, ꝙ illa regula, quæ dicit partes subiecti non posse demõstrari (inquit Zimara) vera est in pluribus, non semper. Nam ipse ait, in 2. de anima, demonstrari multas aiæ potẽtias, qualis est sensus cõis, & intellectus agens, & tñ hęc sunt partes subiecti illi⁹ sciẽtiæ, verum hoc raro fit, & demõstratione signi tm̃. item ignis est pars subiecti in lib. de cęlo, & tñ hic demonstratur esse demonstra
I tione signi, vt cõstat 4. cęli cõm. 35. Ex quibus diceret, ꝙ licet metaphysicus probet subiecta scientiarũ quatenus entia, hoc tñ raro contingit, qm̃ & raro ẽt negãtur subiecta artiũ. At hęc solutio nihil vr̃ facere ad propositæ difficultatis nodum, qm̃ Auer. in hoc cõmen. vult talia subiecta demõstrari per causas, & per demr̃onẽ à priori, non signi. forte ad hoc diceret Zimara, supposito fundamento Arist. 1. post. tex. 30. ꝙ nõ quęlibet demonstratio ꝑ cãm est K
ꝑꝑ quid, nam quæ fit à cã mediata, & remota, ea est demõstratio signi, non ꝑꝑ quid. Quo in loco cãs remotas dicit, esse ꝑ media distantia. Cum aũt metaphysicus vtatur rõnibus cõibus, & trãscẽdẽtibus, patet eas respectu subiectorum artiũ posse dici, remotas causas, quare tales demonstrationes erunt signi, licet sint ꝑ causas. Sed hęc solutio manifestam patitur obiectionem, ex eo, quod inquit Arist. in tex. 23. primi poster. prope finẽ, ꝙ ideo metaphy L
sica probat principia scientiarũ, qm̃ maxime speculat̃ causas, & ob id maxime scientia est, ecce, ꝙ nomen causæ accipit in significatione perfecta, non aũt remota. Dicerem itaq;, ꝙ qñ metaphysicus probat numerum esse, probat demonstratione cãæ, quæ est ꝑꝑ quid, sed illum nõ demõstrat vti subiectum est Arithmeticæ, neq; vti pars est sui subiecti. Nã, vt subiectum Arithmeticæ est ꝑ M
se notum, cum subiectum supponatur in arte 1. Poster. 2. 20. 24. 25. 43. non item demonstrat metaphysicus numerum, ꝙ sit ens ꝑꝑ se, qm̃ vt pars sui subiecti, nõ etiam potest demõstrari per causam. sed demonstratur vti est ens extra animam ad hominem, hoc est, ad negãtem subiectum Arithmeticæ: tendit itaq; demonstratio ad Arithmeticam, non ad Metaphysicam, sed non ad illam tendit, vt illius subiectum est, sed

A vti ens extra animam. Quæ solutio si placet, bene est, sin minus, optarim, & alios suã afferre sententiam, vt discãt aliorum exemplio, suis dentibus duriores nuces conterere. sed dices, qũo asseris Metaphysicum dare causas subiecti cęterarum artium, si cæterę artes demonstrant sua principia? (inquit Auer. in hoc commento 70.) vt Physicus facit qui materiam primam, & primũ mouentem demonstrat. quare si probat principia subiecti, videtur, vt
B magis demonstrare possit subiectum. huic satisfacit Auer. dicens, Metaphysicum demonstrare subiecta per eorum causas à priori, sed Physicus dum asserit primam materiam, ac mouentẽ, id facit à posteriori, transmutatione, & motu. item hæc demonstrat, vti sunt causę motus, non vti entia sunt. quod vult latuisse Auicennam, qui credidit Physicum assumere à diuino primam materiam, & primum motorem.
C Et causa erroris fuit, ꝙ non percepit Arist. mentem, quæ est, ꝙ artes particulares non possint ostendere causas sui subiecti per demonstrationem à priori, non autem, ꝙ non possint eas afferre per demõstrationem signi. Quẽ errorem Auicennæ, licet legere apud Auer. 1. Physi. commẽ. 83. 2. Physi. 22. & 26. 2. lib. Met. cõmen. 5. 1. de Anima. 37. 29. 3. cœli. 4. vbi habetur subiectum esse indemonstrabile penitus, in propria scientia. At causæ, & princi- D pia subiecti possunt demonstrari à signo in scientia propria, sed à priori demonstrantur, tãquam entia à diuino Philosopho. Cum vero dicebatur, si principia, & causæ demonstrantur à posteriori, videtur, ꝙ & subiectum possit, dicẽdum eam similitudinem esse negandam, nam principia, & causæ subiecti possunt esse ignotæ, vt materia, & primum mouens in Physicis, & iccirco demonstrantur, non autem de- E monstratur subiectum, quoniam est suppositum, & concessum, ac per se manifestum. Ex his collige subiectum, non demonstrari, nec eius partes, posse tamen causas subiecti demonstrari à posteriori in proprijs scientijs: sed à priori, à Metaphysico demonstrari potest subiectum, & eius principia, non vti subiectum est, sed vti ens extra animam. Quę resolutio innumerabiles remouet difficultates. sed de his plu- F ra alibi.

CONT. LXVII.

Agens Auer. de transitu sciẽtiarum, negat quæsitum vnum posse considerari in pluribus artibus: oppositum videtur voluisse in præcedentibus, vbi in com. 59. concessit, hoc quęsitum, quod dicit, cœlum est sphæricę figuræ, esse commune physico, & Astrologo: cùm tamen hæ facultates disparatæ omnino sint, ac diuersæ. Cõ. 71.

G SOLVTIO.

Dices, quòd quęsitum pendet à medio, à quo monstratur, & ita pendet, vt si medius sit idem, idē etiam est quæsitū, & si diuersus, & illud diuersum. Quare Auer. vult omnino non esse idem quęsitum in diuersis artibus, vna, & eadem conclusio, quę diuerso medio demonstretur. Itaque ad formam contradictionis dico, ꝙ hic vult non posse conuenire diuersas artes in eodem quęsito, formaliter sumpto, hoc est per com
H parationem ad medium terminum, & ob id, cœli sphęricitas licet videatur communis quęstio ī physicis, & in Astrologia, non tamen vna est, nisi materia, & subiecto, formali vero ratione non est eadem. dico, ꝙ materia est eadem, quoniam in vtraq; illa sciētia consideratur nexus prædicati cum subiecto illius proprijs, dicentis, cœlum est sphęricum. nō autem forma est eadem, quoniā medius terminus, quo eam con
I firmat physicus, differt à medio, quo eam demōstrat Astrologus, exempla vero dabat Auer. in cōmēto 59. nam Astrologus dicit, cœlum esse sphęricum, quoniam lineę exeuntes à centro ad circunferentiam sunt ęquales, sed physicus dicit, cœlum habere figuram sphæricam, quoniam mouetur circulariter. sic itaq; quęsitum partim est idem ratione materiali, subiecti, & prędicate partim differt, hoc est rōnabilis formali, quę à diuersis medijs assumitur, quę distinctio omnino tollit propositam contradictionem. K

CONT. LXVIII.

Primum vult principia Arist. non posse ꝓbari, oppositum autem habet primo, & 8. physi. vbi demōstrat primam materiam, & primum mouentē, quę sunt principia subiecti physici. Tex. 14

SOLVTIO.

De quib⁹ principijs intelligat, varij varia sentiunt: alij. n. subiectum volūt, qđ est principiū incomplexum, alij principia do- L
ctrinę, & complexa intelligunt, sed de hac re latius in commentarijs nostris diximus. vtcunque vero intelligat, principia vult nō posse demōstrari, quoniam sunt ꝑ se nota. Nam qui probat per se notum, & maxime ex ignotis, iudicio caret, vt scribit Aristote. 2. physic. 6. immo inibi Auer. testatur hoc genus hominum ineptū esse prorsus ad philosophiam capessendam. Sed & Arist. 4. Phy. tex. 9. inscitiam magnam esse di- M
cit, si quis nescierit distinguere ea, quorum quærenda est demōstratio, ab his, quę indemonstrabilia sunt. Nam qui ita male affectus est, non minus concedet absurda, quàm negabit verissima. Quo genere hominum, nullum stupidius inueniri potest. Verum cum dicimus, principia non probari, intellige ratione demōstratiua: nam topice, id fieri potest, quoniam ea ꝓpositio, quę dicit, omne

A omne totum esse maius sua parte, videtur ꝓbari posse sic, excedēs est maius excesso, totum excedit partes, igitur maius est qua libet sui parte. Multa enim topice syllogizamus, quæ demonstratione non cōcludimus, ratio est, quoniam demonstratio est instrumentum notificans quæsita naturaliter occulta, vt scribitur secundo Posterio. commen. 1. & in epith. logicis, cap. de demonstratione. syllogismus vero topicus concludit ea, quę ꝓbabiliter tan B tum sunt ignota, immo etiam, quæ suapte natura sunt cognita, vt dicit Auer. 4. Physi. cōmen. 1. interdum ea, quæ ꝑ se nota sunt probantur confirmationis causa, sed rationibus topicis, ac dialecticis, quales sunt illæ, quibus Aristot. ꝓbat in 9. diuinę philosophiæ potentiam esse, qđ Auer. notat 12. meta. commen. 8. Prętterea ꝑ se nota cōfirmari possunt rationibus, quas Auer. appellat C maneries disciplinæ, Græci vero consolatoria argumēta, vt sunt, exemplum, diuisio, inductio, & syllogismus hypotheticus naturalis, cuius antecedens est æquè notum, vt consequens. Adde etiam, ꝑ se non posse demonstrari, sed ex accidēte, hoc est, ratione negātis, & vt plurimum, dum id facimus vtimur rationibus ducētibus ad incommodum. quod facit Arist. 4. met. aduersus negātes prima principia. ꝓpositio vero, quę dicit, principia ꝑ se nota esse, & non ꝓbari, verissima est, D dummodo recte accipiatur, & hoc videtur voluisse philosoph. 2. meta. tex. 1. dum inquit, in foribus quis delinquit? & ob id Auer. dicit, principia esse veluti ianuam domus, quā nemo ignorat. quod moderni volunt veritatem habere de principijs cognitionis, de quibus mentio habetur. 1. phy. cōmen. 8. vbi principia alia cognitionis dicuntur, alia cognitionis, & esse. Nam hęc cognitionis principia dicun E tur, dignitates, & communes animi conceptiones. Animaduertte tamen, ꝙ communis est multorum recentiorum error, ꝙ dignitates dicantur trifariam, cōmunissimæ, communes, & proprię: nam dicunt eam esse communissimam, quę ad omnia sciētiarum genera pertinet, vti sunt principia contradictionis, de q̄bus Arist. sermonem habet 1. Poste. tex. 26. veluti omne contingit affirmare, vel negare, non cōtingit simul idem asserere, & negare. Communes vocant, quæ F non omnibus competunt scientijs, sed quibusdam tātum simul, vt illud, si ab æqualibus ęqualia demas, &c. Que distinctio verissima est hactenus: addunt vero, & tertium membrum, ꝙ dignitates alię sūt ꝓprię, vt suppositiones, quę vnicam tm̄ sciētiam cōstituunt, vt est ea ꝓpō in 1. phy. 10. subiiciantur autem nobis aut omnia, aut q̄dam naturalia moueri.

G ueri. Sed hoc, quo modo verum sit, nõ video. Nam Arist. semper distinguẽs principia, dignitates separat à suppositionib. 1. Poste. 5. & 25. itaq; nõ possumus dignitatem propriã, vocare suppositionem. item agens philosophus de dignitate 1. Post. 27. eam tñ diuidit in cõissimam, & cõem. quòd si ꝓpriam vis dignitatem appellare, crediderim nullam aliam esse, q̃ eam, quæ cõtrahit cõem, de qua fit mentio 1. Poster. 24. cum
H dicimus, si ab ęqualib⁹ numeris, ęquales numeros demas, &c. vel etiam propria dignitas potest appellari oĩs propositio immediata, quę actu demonstrationẽ constituit. caue igitur ne suppositionem, aut etiam petitionem propriam appelles dignitatẽ, quod quidẽ occulatissimus Zimara nõ vidit. Nota vero, extare quædã, quæ ob id per se nota esse dñr, ꝙ pœna puniendi sunt, qui talia in controuersiam posuerint, vt scri
I bit Arist. 1. Topicorum ca. 9. vbi ait, neminem disputare, vtrum Deos oporteat venerari, & parẽtes diligere, nam hęc iure naturali, & legum sanctione decreta sunt, ita, vt plectendi sint, qui ea in dubiũ reuocarint. sed ad principia reuertamur, quæ quidem si cõia fuerint, vel etiã cõmunissima, oĩno erũt ꝑ se nota. Hæc aũt sunt notiones illę, quæ in nobis consurgunt, & cõualescunt, (inquit Themistius, 1. Poster. ca. 5.) & sunt veluti cões quidam sensus, suapte natura in nobis orti, K
absque docentis disciplina, sine quibus, nec quęrere, neq; intelligere quicquã possumus: & ob id, inquit ille, Theophrastus dignitates definit, ꝙ sint ꝑsuasiones quędam. Quòd aũt dignitates sint nobis à natura cõi ratione singulis ab ortu distributæ, copiose id asserit Themistius, 3. de Anima ca. 32. vbi probat intellectum vnum esse in omnibus nobis, ex vnitate intelligibilium, dignitatum pręcipue. Sed Auerro. L
non assentit huic Themistij opinioni, 1. Poste. comm. 132. vbi exponens ea verba tex. 33. quæ dicunt deficiente sensu, deficit sciẽtia, vult dignitates fuisse à nobis cognitas via sensus, licet non recordemur, quo tꝑe id acciderit, cùm nobis pueris euenerit. Amplius definiẽs Arist. dignitatem 1. Poster. tex. 5. vult eam esse propositionem, quæ teneri debet ab omnibus docendis quidpiam. Et 1. Poste. tex. 25. dignitatem esse definit, eam quæ ex se necessaria est, & videtur. & ob id, recen- M
tiores dicunt, dignitatẽ esse id, quod si quis negauerit, dignus est omnino, vt ligetur. Furiosi. n. & amentes dignitates veras esse inficiantur. Dixi, vim, naturam, & conditionem principiorum, quæ probari non possunt, & ob id supponenda sunt in scientijs: nunc de diuersitate, ac differentia horum pauca quędam ĩn medium afferam. Principiorũ, alia, inquit

A inquit Arist. 1. Ethic. cap. 10. in-
ductione cõfirmari possunt, alia
cõsuetudine, alia sensu, alia alijs
modis. sed id intelligas de prin-
cipiis propriis scientiarum, quæ
autem sint hęc, diligenter exami
nat Aristo. 1. Poster. tex. 5. & 25.
nam dicuntur, positiones, suppo
sitiones, postulata, & definitio-
nes. hęc enim aliqua ratione, in-
quit, confirmari possunt à docen
te, sed cùm sint principia suppo-
nuntur, vel petuntur in sciẽtijs.
addunt moderni hęc eadem prin
B cipia experientia notificari, vt
principia naturalia, & media, im
mo omnium artium, in quibus
maxime ratio, & experiẽtia sunt
necessaria, & ob id dicit Gale.
prima partic. aphorismorum cõ-
men. 1. & in lib. de constitutione
artis, & alibi sæpius, medicinam
habere duo instrumenta, quæ
sunt ratio, & experientia, sine al
tero quorum, necesse est totam
artem claudicare. item hęc prin-
cipia propria egent interdum
C communi hominum consensu,
quo modo Aristo. sępe ea confir-
mat, quæ demonstrari non pos-
sunt. & hęc fuit causa, cur dubi-
tarit Plato, (quod refert Arist. 1.
Ethic. ca. 5.) nunquid via, & ra-
tio procedendi in scientijs sit à
principiis, an potius ad princi-
pia. Nam ex hoc inferebat Pla-
to, principia per se nota esse illa,
à quibus procedimus, ignota ve-
ro ea esse ad quæ procedimus: &
per consequens duo erunt prin-
cipiorum genera, hoc est eorum, D
quæ simpliciter sunt nota, & eo-
rum, quę aliqua egent via, & ra-
tione asserente: & hęc sunt prin
cipia ꝓpria. Causa vero cur hæc
propria minus nota sint cõibus
est, qm̃ vniuersale ordine doctri-
nę notius est nobis minus vni-
uersali, vt scribit Auer. in vtroq;
prologo primi Physi. & Posterio
rum, & eam ab Arist. desumpsit
1. Physi. tex. 4. nam totum est no-
tius partibus. cùm itaq; princi-
pium proprium pars sit, cõe ve-
ro, totum, hinc constat cõia prin E
cipia esse notissima, propria vero
nota tantum, sed adeo nota, vt
vijs iam dictis possint confirma-
ri. Zimara vero vult hec princi-
pia propria etiam vsu, & consue-
tudine posse nota fieri, per con-
suetudinem illam, de qua scribi-
tur 2. Meth. 14. vbi Arist. vim cõ-
suetudinis explicãs, dicit leges,
ob consuetudinem concedere
puerilia, & fabulosa, immo hęc
pręferri veritati omnium aliorũ.
quod ego profecto non intellige F
rem. nam propositio dicẽs, prin-
cipia posse consuetudine proba-
ri, quę fuit Arist. 1. Ethic. ca. 10.
non potest assumere viã falsam,
& deuiam pro sui confirmatio-
ne: loquitur enim Philosophus
de principijs veris scientiarum
speculatiuarum eo in loco, non
autem legalis sciẽtię, quam vult
puerilia, & fabulosa admittere.
itaq; multo rectius exposuit, ver
bum illud, consuetudo, Auer. 1.
Ethic.

G Ethic. pro experientia. Nam experientiam dixit vim magnā habere in cognitione principiorū, 2. Post. tex. vltimo. Item 1. de generatione tex. 7. incusat Platonē in cognitione rerum naturaliū, qui ob experientię inopiam, nesciuerit veritatem eorum q̄ per se euidentia sunt, & manifesta. item 6. Ethic. pueri possunt esse mathematici, non autē philosophi, hoc est morales, qm̄ moralis facultas prudentiam requirit, q̄ comparatur vsu, & experientia
H in nobis. Item nota, ꝙ q̄dam extant ꝓpositiones, q̄ licet principia non sint, sunt tn̄ adeo ex sui natura manifestę, ꝙ solo sensu iudicantur, & ꝑ illum efficiūtur notę, hæ autem sunt propositiones immediatę sensu, vt puta, ꝙ nix sit candida, ꝙ coruus niger. Nam Them. 1. poste. ca. 3. inquit, ꝙ hoc triāgulum sit, visus, & cōspectus indicat absq; ratiocinatione vlla, & discursu: & idem ī
I cap. 5. dicit, tunicam esse candidam, res est immediata, & sensilibus adnexa. id. n. cognoscimus per sensum, nō autem ꝑ mediū: & ob id voluit Arist. 1. Top. ca. 9. ꝙ si quis negarit sensum, vt pœnam sensus ferat, nam si negaueris ignē calefacere, debes cogi, vt id digito sentias. Et hac de causa Arist. 8. phy. tex. 22. scribit sensum esse rationi anteferendum, qm̄ infirmum habet intellectū, q ob rationem sensum ƥtermittit. Accedit etiam, ꝙ principia per se nota, originem eorum cognitionis ducunt, ab illa intellectus operatione, q̄ definitio est: nam cognitio, quid totum sit & quid pars, innotescit, ꝙ omne totum est maius sua parte, & hęc cognitio dr̄ terminorum, id autē colligitur ex Arist. 1. poster. tex. 6. vbi vult intelľm esse scientię principiū, quo terminos cognoscimus: & Ioannes Grāmaticus eo in loco, Hāmonij, siue Porphyrij expositionē refert, qui ꝑ terminos substantias separatas intellexit, vt sensus esset, scientiā esse prin- L
cipiorum intellectum, hoc est eā intelligendi facultatem, qua diuinas substantias concipimus. Sed Ioā. Gram. iure hanc damnat explicationem, qm̄ in lib. Priorū terminus significat subiectum, & ƥdicatū: cū itaq; liber Poste. vtatur ƥceptis traditis in prioribus, tenebatur Arist. vti hoc nomine terminus, eo modo quo de finierat in lib. Priorum, quare cognitio principiorum habetur ex cognitione terminorum, hoc est M
subiecti, & ƥdicati. sed dices, nōne prima principia fuere ab antiquis negata? quo modo itaq; per se nota erunt? Huic occurrit Aristo. 1. Poster. tex. 25. vbi ait, ꝙ ad extrinsecam rationē semper instare possumus, sed ad interiorē non semꝑ. Nam ratio alia vocalis est, & externa: alia mentalis, & interna. Si igitur veteres negarūt principia, id voce non mente fecerunt, & Arist. 4. meta. 9. dicit, ore

A ore non corde negata fuiſſe principia ab antiquis: quæ autem ſint cauſæ, vt negentur res ꝑ ſe notę, & concedant abſurda, vide Ariſ. 2.meta.14. & Auer.primo cœli, comm.22.& 2.phyſi.6.Vide etiã 1.Ethic.cap.5.vbi Ariſt. Heſiodi ſententiam comprobat, qui voluit tria eſſe hominum genera, vnum eorum, q adeo felices sũt, vt ex ſeipſis omnia percipiant, aliud eſt eorum, qui poſſunt à docentibus omnia deſumere, poſtremum eorum, qui neque à ſe, neq; ab alijs quicquam ꝑcipere valent, hi vero omnium ſunt ſtupidiſſimi, & ad philoſophãdum prorſus inepti, qui & falſa, & vera impune negarent, & concederent. Ad hos non ſcribitur hæc regula, q̃ dicit principia eſſe manifeſta. Et hi ſunt, quos etiã Plato inſectat̃, in 6. de Rep. Vt itaq; cognoſcamus eos, qui apti ſunt diſtinguere per ſe nota ab occultis, in primis corporis conſtitutio conſiderãda eſt. nam molles carnes habẽtibus, felicius datur ingenium, ineptum vero his, qui duriores habẽt, 2.generationis, 94.deinde eſt cogitatiuę vis, quę ſi probe fuerit affecta, ad intellectionem facile dirigit, ſin praue, vitioſam parit cognitionem: id enim conſtat, ex 3.de Aĩa cõ.20. Addit Zimara inexperientiã eſſe cauſam praueę diſciplinæ, quod Ariſto.vitio vertit Platoni. Item inexercitationem, & præcipue in dialectica, quoniam Auer. 1. phy.cõmen.71.ait, antiquos nõ D potuiſſe veritatem attingere ob exercitationis logicæ imperitiã. Et ob id 1.Topic.ca.2.dicit Ariſ. dialecticam valde vtilem eſſe ad philoſophiam capeſſendam. Cõfert etiam ad intellectus cognitionem illuſtrandam immorari valde circa principia ſciẽtiarum, quoniam paruus error, quo delinquimus in principijs, magnus efficitur in fine.1.cœli.33. Confert & bonos habuiſſe præceptores, contra vero malos, quod colligitur ex 1.tex.1.Poſt.nam vt ibi E ait Lynconiẽſis, ſcriptura docet, ſed præceptor interius mentem illuſtrat. Confert mathematicarum diſciplinarum cognitio, cõtra vero earum efficit ignorãtia, quod pluribus in locis animaduertit Auer. nec valeat eorum ratio, qui dicunt, ꝙ Ariſt.imputat Platoni cauſam ignorãtiæ rerum naturalium ob amorem magiſtri, & geometrię: nam aliud eſt optimum fuiſſe nactum præceptorem, aliud eſt, quod ait Hora- F tius, iuraſſe in verba magiſtri. itẽ aliud eſt non ignorare Geometriam, aliud vero, velle ex Geometria cauſas naturalium afferre, quod fecit Plato. Nam in rebus eſt modus habendus, & certi ſunt fines ſeruandi. Addo bonam conſuetudinem eſſe vtilem ad philoſophiæ ſtudium tenendum, contra vero malam. id ample colligitur, 2.met.14. Quibus conſtitutis, tempus videtur opportu-

G portunum, vt ad propositã contradictionem reuertamur. Nam cum hic dicat Arist. principia nõ demonstrari, intelliges de dignitatibus, & omnibus principijs doctrinę, siue etiã de principijs cognitionis, qm̃ dignitates, & p se nota non egent confirmatione demõstratiua: licet principia propria modis iam enarratis cõfirmari possunt. Cęterum cum habeatur in 1. Phy. demonstratã esse materiam, & in 8. primũ mouentem, dicas hæc esse principia
H subiecti non scientię, quę cũ sint ignota, possunt in propria scientia demonstrari, sed demonstratione à posteriori, & hęc satis de hac quæstione.

CONT. LXIX.

Tex. 24 Agés Arist. de primis hoc est principijs, inquit, quid igitur significant & prima, & quę, ex his accipitur. Ex quibus verbis illud pręceptum excipitur, de principiis accipi, hoc est supponi quid. At contrarium videtur voluisse
I 1. Poste. tex. 2. quo in loco de dignitatibus agens, & principijs, ea dicit, pręcognosci tantum, ꝙ sunt. Nam quid est cognitionem ad quęsitum accommodat, quòd vero ad principia.

SOLVTIO.

Philoponus ait, ꝙ Arist. accipit quid, pro cognitione cõi, tam principiorum, quàm quęsitorũ, vt habeat, ꝙ hęc concurrunt in ea ratione; ꝙ de his oĩbus supponit, quid, hoc est q̃d hęc significẽt: nam supponitur quid significet hęc ꝓpositio si ab ęqualibus ęqualia demas &c. quasi dicat, quid hoc in loco non esse definitionem, sed explicationem quandam, & significationẽ. Qua cõi K
cõditiõe explicata, postea Arist. separat principia à quæsitis, per id, ꝙ quęsita demonstrantur, ꝙ principia vero supponuntur. Quæ Philoponi explicatio mihi non satis arridet, nam si quid accipit cõe quęsito, & dignitati, videtur oĩno vt sit definitio: cum de quęsito supponatur quid, hoc L
est eius definitio, vt etiam fatet̃ Philoponus ipse, & hic, & 1. Poste. tex. 2. Latini itaq; dicerent, & pręsertim moderni, ꝙ principia alia complexa sunt, vt omne totum est maius sua parte, & similia. alia incomplexa, vt subiectũ, ratio formalis subiecti, & subiecti causę, quibus positis dicerẽt, Arist. in tex. 2. voluisse de dignitatibus pręcognosci tantum, q̃d, idq; verum esse de principijs cõplexis. nunc vero cum vult de M
principijs pręcognosci quid, id audiant de principijs incomplexis, in quam sententiam venit Auer. 1. Poste. commen. 73. nam verbum in textu prima legit ille subiecta, vt sensus sit non de primis complexis esse regulam audiendam, sed de subiectis. Cuius expositionis causa videtur extitisse textus ipse deprauatus: cũ enim habeat Auer. non, prima, sed subiecta, omnino coactus fuit

A fuit sic interpretari. Sed hęc solutio, pace horum, non mihi valde probatur, tum quia Arist. exemplificans de principijs, tam complexa, quàm incomplexa enumerat, tum quoniam hæc solutio videtur asserere principia complexa, non posse habere quid, quod tamen est falsum, cum interdum principia supponant suorum terminorum definitionem, quod etiam vult Auer. primo huius cõmen. 2. Ob id itaq; dixere, ex Latinis alij anteriores, Aristo. in 2. B tex. intellexisse de principijs supponi, quod, hic vero quid, hoc est, quid nominis. hæc enim contradictionem non faciunt. Nam cum principia sint complexa, cõplexa vero nõ habeant quid, hoc est definitionem rei, iccirco in 2. tex. dicebatur de principijs præcognosci tantum, quod ad differentiam quid rei. at nunc ea habere, quid nominis asserit. Etenim manifesta est distinctio, ꝙ C definitio alia rei sit, & alia nominis. 2. Poste. tex. 7. & 10. Sed aduersus hanc cõcordiam licet instare: vel enim hoc quidem nominis de principijs est terminorum componentium, vel totius principij, vt complexum est, si ratione terminorum, hoc quid, nõ ad principium refertur, sed ad eius componentia: quamobrem non recte dixisset philosophus, hoc quid, esse principiorum. Si dixeris, illud q̃d esse totius principij, sequentur duo incommoda: primum est, ꝙ complexum D aliquo pacto definietur, saltem nomine, cuius oppositum videtur voluisse 7. Met. 26. complexa enim nõ definiuntur. item in 2. tex. 1. Poste. fuisset Arist. mãcus, qm̃ si de principijs dixit, supponi solum quod, cur pretermisit q̃d nominis? Apollinaris in suis qõnibus dicit, facile posse dilui hãc difficultatẽ, si intelligamus Aris. in tex. 2. voluisse etiam de principijs pręcognosci, quid nominis suorum terminorum, sed id conticuisse, subintelligens breuiloquij cã, quid, ex eo, ꝙ de subiecto E dicit, pręcognosci quid, & q̃d. At si facilis videt̃ illi r̃nsio, huic mihi facillima videt̃ ĩprobatio. qm̃ iam dictum est, illud quid nominis nõ posse esse principij, vt principium est, item cum dicat in eo 2. tex. de subiecto pręcognosci vtrunq; quid, & q̃d, hoc dicit ad differentiam quęsiti, & dignitatis, de quorum vno pręcognoscitur solum quid; & de alio q̃d. F Forte Auerrois ĩterpretatio, vna cũ secunda opinione posset tanquàm minus incommoda sustineri, nam minus malum sub boni ratione eligimus. Est itaq; intelligenda pręsens propositio de primis supponi quid, ꝑ prima. n. subiecta intelligit, quod exempla indicant: nam exempla sunt de vnitate, & magnitudine, quę sunt subiecta Arithmeticę, & Geometrię: at in 2. tex. loquitur de principijs complexis. Cum vero

G vero dubitatum fuit, quod Aristote. paulo post exẽplũ affert de principijs complexis in hoc tex. 24. dici potest, quod ea adducit, non sub regula de pcognitione quid, sed vt distinguat communia à proprijs. & si dicas, igitur de principijs complexis non habetur quid, concedendum erit, vti hæc sunt complexa, negandum tamen, quod ratione terminorum non possint habere quid, cum dicat Arist. primo Post. quinto, agens de principijs, quod hæc non solum sunt præcognita in intelligendo, sed & H in cognoscendo, quòd sunt.

CONT. LXX.

Tex. 24 Ostendens, Aristot. quomodo subiectum supponatur in scientia, de eo dicit, supponi esse, & hoc esse, Græcæ vero ait, εἶναί καὶ τόδι εἶναι id vero omnes interpretantur quid, & quòd. hoc est de subiecto supponi, vtrãq; simplicem pcognitionem, quod etiam voluit tex. 2. huius primi libri.

I At huic penitus contrarium sentit in tex. sequenti 24. vbi dicit, non semper supponi subiectum, quoniam numerus in Arithmetica supponitur, non autem calidum, & frigidum in philosophia naturali.

SOLVTIO.

Scire licet, nõ omnia subiecta æqualiter esse nota, si accipiantur vti entia sunt, nam quoddam magis abstractum est, & quoddã magis sensibile, vnde notior est lapis, quã numerus, cum lapis sensilis sit, numerus vero abstractus. K Et hanc differentiã voluit Arist. in tex. 25. Nunc vero accipit subiectum respectu suæ scientiæ, nam sic semper est notum, quoniam subiectum, quod græcis est ὑποκείμενον, nil aliud sonat, quàm concessum, & per se euidẽs. Et hinc constat veritas regulæ Auer. quæ dicit, subiectum in propria scientia esse per se notum, vel quia ita re vera est ex sui natura, vel quia in alia scientia fuit demonstratũ. quod scribit ille primo phys. 82. secundo physi. 22. & 26. 12. met. L quinto, secundo Post. 33. atq; alibi, quod breuitatis causa prætermitto. itaque hoc in loco vult de subiecto semper accipi in scientia esse, & hoc esse, cũ hoc tamen stat, vt notum aliquando sit ex sui natura, aliquando vero ignotum. Sed dices, hæc solutio reuocat in dubium aliud, non parui ponderis, nam in tex. 25. sequenti, vult Aristo. subiectum supponi, cum est ignotum, & affert exemplum de numero: non supponi vero, M cum est manifestum, & dat exẽplum de calido, & frigido. Quod nullo pacto verum esse videtur, nam supponuntur potius manifesta, & demonstrantur occulta. Sed dices, supponi ea quæ nota sunt suppositione mẽtali, & quæ in animo est, suppositione vero vocali & extra animam ea quæ paulo occultiora sunt. cum itaque dicit philosophus supponi numerum, intellige de suppositione,

A tione, quæ voce & ore docentis fit, quoniã numerus cum sit res abstracta, eget aliqua suppositione magistri. & hoc videtur etiã voluisse Themist. 1. Post. ca. 1. & 11. Cum vero dicimus supponi ea quę manifesta sunt, id de mentali & interna suppositione intelligas quæ fit in anima: hæc.n. supponit ea de quibus dubitare non licet. id colligitur ex 1. Post. tex. 25. vbi definit dignitatem. & sic omne subiectum supponitur in scientia ex. 1. Post. 2. vide B autem pro hac materia Auer. ibi & 1. Poste. com. 74.

C O N T. L X X I.

Cõ. 74. Auerrois hic negat quantitatem esse genus vnum ad continuum & discretum, hoc est de illis neq; vniuoce dici, neq; analogicæ. oppositũ habet. 5. Met. cap. de quanto, & in lib. Prædicamentorum, vbi vult, quantũ esse prędicamentum vnum, id autem nõ esset, nisi vel vniuocum esset vel saltem analogum.

C S O L V T I O.

Satis copiose de hac re dictũ fuit in præcedentibus super tex. 13. nam Genus bifariam accipi solet, primum pro genere prędicamenti, & sic quantitas est genus vnum vniuocum, vel ad minus analogum. Aliud est genus subiectum, de quo sciẽtia & demonstratio est, & hoc non potest vnũ esse genus cõe & quanto cõtinuo & discreto: nam si id esset, fieret transitus à Geometria ad D Arithmeticam qđ Arist. negauit in te. 20. Sed tu vide plura in precedẽtibus. Vide & pro hac disputatione quæsitum quintum, qđ ferè totum pertinet ad hęc quæ summatim & compendiose hoc in loco pstrinximus. item 5. Met. tex. com. 18. 1. Met. 46.

C O N T. L X X X I X.

Tex. 25 Diuidens Principia complexa Arist. ea vocat Dignitates Suppositiones, Petitiones, ac Definitiones. Sed vel oppositũ, vel diuersum voluit. 1. Poste. tex. 5. vbi di- E stinguens rursus hęc principia, dicit ea esse Dignitatẽ, Positionem, Suppositionem, Definitionem. In quibus magna videt̃ constare differẽtia: nam ibi nominat Positionem, quę hic non habet: hic vero petitionem nõiat, quã in tex. 5. non explicauit.

S O L V T I O.

Verborum tantum non rei lis est: nam 1. Post. agens de dignitate eam secat & separat à Positione, postea subdiuidit positionem F in suas species, quæ sunt suppositio & definitio. itaq; cũ ea differentia iam explicata fuerit, non opus erat vt Positionem hoc in loco rursus nominaret, ꝑsertim cum hic suas species recenseat, quę sunt definitio, & suppositio. Cur aũt hic velit petitionẽ causa est, qm̃ de principijs scientiarũ loquitur, vti à magistris tradunt: at in 5. tex. principia explicabat quæ demonstrationem ipsam cõstituunt, ibi.n. diuidit immediatum

G tum principium. Petitio itaque est de genere principiorum, quæ veniunt in vsu in addiscendis disciplinis, & hæc fuit ibi prætermissa, quoniam ad illum locum non pertinet. Item petitio & suppositio re ipsa idem sunt, ratione differunt, quod partim dicit hic Aristo. partim explicat Philoponus super tex. 5. ex quo habes quòd petitio ibi potentia cõtinebatur, hic vero actu exprimitur magis. Sed nē hæc videamur nobis finxisse, placet ex Philopponi commentarijs super te.

H 5. rem totam hanc exemplis illustrare. Dignitas est propositio quę ex se necessaria est & cuius necessitas omnibus æquè constat sanæ mentis hominibus, & quam necesse est vt teneat quilibet docendus quidpiam, vt illa propositio, omne totum est maiꝰ sua parte, si ab ęqualibus æqualia demas remanētia sunt æqualia. Positio est propositio quæ in scĩa ponitur & firmatur, quoniã illius principiũ est, potestq; à ma

I gistro ratione aliqua confirmari, sed hęc sine cõfirmatione stabilitur, cum sit artis principiũ, vt illud, lineæ q̃ cõtendunt à centro ad circunferentiã sunt ęquales: item à puncto ad punctum conuenit rectam lineam ducere. Suppositio est positiõis species, quę aliquid affirmando vel negãdo ꝓponit. vt si dicas, naturalia corpora ex quatuor constãt elementis. vnitas est. Deffinitio vero est q̃ non affirmando neq; negando rei substãtiam exprimit, hoc mõ hõ est aĩal rõnale mortare; vnitas est indiuisibile secundum quantum: quo mõ autē definitio nihil affirmet vel neget alibi dictum fuit. At suppositio rursus diuiditur & ipsa, nam alia est quæ æquiuocè dicitur suppositio, & hæc est propõ quę naturaliter nõ est nota, sed à ꝓceptore accipitur, discipulo haud refragante. Alia vero est suppõ, quæ etiã ignota est, sed adeo ignota, vt demr̃one egeret, sed authori- L tate præceptoris accipitur, estq; illa duplex, vel contrarie cognita; in qua dissentit discipulus à præceptore: vel neutraliter cognita, in qua discipulus anceps, & ambiguus persistit. V.g. si dicat Geometræ punctũ esse cuius nulla pars sit, & discipulus audiens existimet punctum habere magnitudinem, tunc eam propõnem petens magister, appellabitur petitio contrarie cognita. Si vero dicat idem pręceptor M lineas rectas esse ęquales, stetq; auditor suspēsus, petitio neutra vocabitur. sed vide de hac re plura apud Ioan. Grammaticum.

CONT. XC.

Excludit in hòc textu Ideas, nã dicit Ideas Platonis nil ꝓrsus hr̃e affinitatis cũ scĩa demr̃atiuã. Sed quo ad ordinē ipsum vr̃ oppositũ. fecisse eiꝰ qđ debuerat, nã hoc non vr̃ pertinere ad logicũ, sed potius ad Metaphysicũ, nam

in

A in septimo lib. Me. Ideas ex proposito principali diluat, ac tollit.

SOLVTIO.

Facile possumus huic difficultati occurrere, nam agere de Idæis vt formę sunt, fm essentiam abstractę, pertinet ad Metaphysicum, qm Metaphysicus est q. de Abstractis Entibus speculari tenetur, siue ea sint p essẽtiam, siue (vt aiunt) per indifferentiam abstracta. Quo modo eas destruit species Aristo. in 7. lib. diuinæ Philosophiæ. Verum B Idæa ipsa si consideretur in bonis humanis, hoc ẽ an sit vel nõ sit finis humanarũ actionum, sic ad moralem spectat, & ea rõne tollitur boni Idæa ab Arist. in 1. Ethic. vbi Idæam boni non dari omnino nititur ostẽdere. Postremo an sit vel non sit Idæa, obiectũ sciæ demonstratiuæ, hoc etiã põt spectare ad logicum, nam (vt docte interpretatus est Philoponus) cum sæpius dictũ fuerit in C 1. lib. Post. demfonem & sciam esse de rebus vl̃ibus, & æternis facile quis horum nominum magnitudine deceptus, credere potuisset, demonstrationẽ & sciam esse de Idæis, q̃ à Platonicis vl̃ia & sempiterna ponuntur, ob id philosophus, hoc in loco Idæas de medio tollens dicit, φ demfo non eget rebus, vl̃ibus p̃ter multa, quales ipsæ sunt Ideę sed eget vl̃ibus illis quæ dicũtur de multis & in multis, ea aũt sunt vniuersalia illa, quæ potentia continẽtur in indiuiduis, sed actu ab D intellectu abstrahuntur, & intelliguntᵗ itaq; Aristo. obiter Ideas remouet, non autẽ ex principali proposito. quocirca & in hoc eodem. 1. lib. Post. tex. 35. valeant, inquit, Ideę τερετίσματα. n. sũt, hoc est, monstra sunt, quod nonnulli transferuntur, alij vero mõstruosa vertunt prælud ia, quod Ioan. Grammaticus vult omnino esse intelligendum. & addit, etsi quid sunt ad præsentem disceptationem nihil conferunt. hæc Aristot. Hic licet mirari prudentiam Porphyrij in lib. 5. vo- E cum in procemio: vbi agens de vniuersalibus inquit, nolle de his disserere an sint à sensibilibus rebus abstracta, vel in eis posita, quoniam hæc quæstio limites præteribat logicæ inquisitionis, nam agere de Idea quo modo sit vniuersalitate abstractum ab indiuiduis, spectat ad diuinam sapientiam. Nota tamen quòd Idea dicitur à Platonicis forma, species, exemplum, exemplaris causa, notio F intelligibilis, intellectuale ornamentum, & similitudo. Vniuersale ante multa, vniuersale præter multa. Id enim frequenter licet videre apud Plotinum, Olimpiodorum, Sirianum, Iamblicum & Proclum Lycium in commentarijs Timei. Et hæc passim nomina habentur apud Platonem, in Timeo, Parmenide, Phedro, & Epinomi-

G de, atq; alibi sæpius. Item pondera ꝙ Idea erat causa generationis & intellectionis apud Platonem. Generationis, quoniam in Hippia Plato ostendit ex artibus ipsis factiuis Ideam esse rei causam exemplarem, nam statuarius inquit prius quam statuam condat, exemplum formæ ducendæ sibi in animo fingit, deinde statuam absoluit, sic vult primum opificem, deum quẽ δημιουργόν, appellat, animo Ideas specierum sensilium continere, vt non te-
H mere quod agit, efficiat, sed consulto ac prudenter opus suũ perficiat. Item Animam mundi generalem (quã Themist. ausus est defendere 1. de Anima. cap. 24.) vult ideis participare à Deo, vt in sensibili mundo res generentur in vnaquaq; specie sibi similes, equus, equo, canis cani, homo homini. Item Ideam vult esse causam intellectionis, nã intellectus diuinus angelicus, animæ mundi, & humanus (dicit ille) referti sunt ideis, à quibus ex-
I citatus intellectus, à cognitione particulariũ nititur accedere ad cognitionem vniuersalium. Ob id itaq; Arist. destruit Ideam, ob hanc secundam causam, ne quis crederet eam esse necessariam ad intellectionem & scientiam. Est autẽ Idea ens & vniuersale abstractum per propriam essentiã, circumscripto omni actu intellectus, à singularibus sensibilibus. Arist. itaq; hoc respuit vniuersa-
le, nam ipsum inquit esse æquiuocum quoddam, nam si Idea esset, K
nõ prędicaretur nisi nomine de indiuiduis, re autẽ & definitione non posset, cum ponatur eterna & separata secundum essentiã, id enim voluit Plato vt licet videre 3. de Aïa. c. 18. Vult itaq; sufficere vniuersale qđ ex sui natura est in multis singularib⁹, & potentia: atq; hoc vocat in multis, nostri vniuersale reale dicerent: quod quidẽ per intellectũ efficitur postea vlẽ in actu; nam intellectus facit res potentia in-
L telligibiles actu intellectas ex 3. de Anima. & hoc vlẽ dicitur post multa, siue etiam de multis. Horum differentiam pręclare indicat Ammonius in lib. 5. vocum Porphyrij in Procœmio, loco superius citato. Sed an Plato, an Arist. rectius senserit ĩ hoc negocio, non est pręsentis speculationis opus. licet. n. hęc à veteribus tradita, cognoscere, Aommnio prætertim, Themistio, Philopo-
M no, Alexandro, Auerroe, & Latinis. Quorum alij Aristotelẽ iure damnare Platonem dicunt, alij conantur inter illos concordiam afferre. Rationes vero Platonicorum licet legere, apud Sirianũ, Iamblicum, Plotinum, Proclũ, Alcinoum & alios, qui partim Peripatheticorum rationem diluere conantur, partim & conciliũ student afferre inter vtrumque, Platonem. s. & Arist. de quo alias iustum volumen conscripsimus.

A In summa dicendum Aristo. hic non confutare ideas, ꝙ sint, nam id munus est Metaphysici: tollit aūt Ideas, non facere ad scientiā demonstratiuam. qđ ēt animaduertit Auer. 1. Poste. c. 80. & rationem physicam addas; nam ꝑ intelligentia rerum sufficit intellectus agens, qui phantasmata illustrans, facit in possibili intellectu intellectionem, absq; ideæ interuentu: ꝙ aūt sufficiat intellectus agens sine Idea, vide 3. de Aīa. c. 28. 12. Met. com. 4. 14. 27. B 28. 1. de Aīa. com. 8. 2. de Aīa 60. 7. Met. 57. & si in scientia demonstratiua vis causam aliam præter intellectum, dic eam esse demonstrationem, quæ instrumentū est ipsius intellectus, quoties per illam demonstratur quæsitum vl'e de subiecto vl'i, ꝑ vl'ia principia: dico vl'ia in multis & de multis. non autē ante multa. quo modo aūt vl'e sit ab intellectu, vide de Aīa. cō. 8. 12. Met. 4. 3. de Aīa 18.

Cō. 83. CONT. XCI.

C Exponens Auer. locum in te. 26. vbi Philosophus dicit dignitatem illam, de quocūq; dicitur affirmatio vel negatio vera, vult ꝙ hæc dignitas contradictionis sit apta ingredi demonstrationē, qm̄ est vniuoca oppositum videtur voluisse in 5. q̄sito, vbi principia communia vult esse equiuoca & ob id non transcendere demonstrātem de genere in genus ratione illorum communiū principiorum.

SOLVTIO.

D Citaui hanc contradictionē, vt Auerrois subtilissima nobis constaret distinctio. Nā ipse vult vnà cum Arist. principia alia esse propria, & de his nulla est ambiguitas, alia vero vult esse cōia, sed hęc rursus diuiduntur, nam alia æquiuoca penitus sunt, vt illud principium si ab æqualibus, æqualia demas, q̄ remanent sunt æqualia. vel illud, quæcunq; vni tertio ęqualia sunt, inter se sunt ęqualia, oē totum est maius sua E parte. Breuiter vult æquiuoca esse principia, quę Arist. cōia appellauit in tex. 24. & iccirco ob eorū æquiuocationem iubebat Arist. vt redderentur singulis scientijs propria per cōtractionem, vt puta, si ab æqualibus, numeris, vel lineis æqualia demas, lineæ vel numeri reliq; sunt ęquales. Nunc aūt vult Auer. principia communissima oīum, quæ dicūtur à Philopono principia contradictionis, esse vniuoca, vt illud, non cō F tingit idem affirmare, vel negare: de quocūq; dicitur affirmatio vel negatio vera dic ergo de principijs ęquiuocis locutum fuisse Auer. in 5. quæsito, immo de eisdē loquitur. 1. Post. c. 191. & causam ęquiuocationis vide 1. Post. c. 38. nam si illud principium, si ab ęqualibus ęqualia demas esset vniuocum, cum id cōe sit Arith. & Geometriæ, daretur transitus vicissim ab vna ad aliam harum sciētiarum. sed dices, quo modo

hęc Auer. distinctio potest sufferri, si.n. principia communissima, quæ competunt oibus scientijs sunt vniuoca nonnè, magis deberent esse cõia, quę non oibus sciẽtijs sed quibusdam solum conueniunt? videtur itaq;, ꝙ si ęquiuocum est illud principium oẽ totũ maius est sua parte, ꝙ multo magis esset illud, non contingit idẽ simul affirmare & negare. Dicendum hoc non sequi. qm̃ causa huius differẽtię, ꝙ alia sint ęquiuo-
H ca, alia vniuoca, non est esse magis vel minus cõe. Nam, animatũ est magis cõe quam sit canis, & tñ canis ęquiuoce dicit̃, animatũ vero vniuoce. Itaq; ad aliam causam ęquiuocationis accedẽdum est, hęc vero dicit̃ de principijs ex eo ꝙ non habent aliquã scientiam considerantem illa, nã hoc principium, oẽ totum est maius sua parte, vt cõiter profertur, sine contradictione non cõsiderat̃ in aliqua scientia qm̃ competit
I scientiis disparatis, & iccirco tales scientię illud limitant, principia vero contradictionis quę cõmunissima dñr inquit Auerr. in hoc pręsenti. com. 82. licet non conueniant alicui scientię particulari, nisi & hęc contrahantur, attñ habent sciẽtiam cõem, quę de illis tractat in ratione illorum cõi, & hęc est Logica. Logica.n. habet disquirere, duo contradictoria esse impossibilia simul, & si alterum eorum inest, ꝙ reliquũ non potest inesse.

CONT. CXIII. K

Dialecticam comparat Arist. Te. 27. Metaphysicę, nec nõ cęteris sciẽtijs vultq; dialecticum interrogare, non aũt cęteros aliarum disciplinarum professores. Ex quibus elicitur, dialecticũ interrogare, scientias vero cõtemplatiuas nõ interrogare. Sed in hoc eodẽ tex. paulo post concludit, in omnib⁹, scientijs esse proprias & accommodatas interrogationes.

SOLVTIO.

Debes scire, ꝙ interrogandi
ratio multiplex est primũ est vul- L
garis forma quædam interrogandi, quã popularis vsus obseruat, vt si dicas, Cur Hispani in Aphricam nauigarunt? quis doctior cęteris in hac ciuitate habet̃? quo tendis? vis me tecum Romã venire? Hæ.n. interrogationes ad domesticam colloquij nostri cõsuetudinem referuntur, suntq; in cõi vsu receptę. de quibus Ammonius & Boethius sermonẽ faciunt in lib. Periherm. Sectione. 3. cap. de Ennunciationibus com
positis & diuisis. Aliæ vero sunt M
interrogationes intellectuales q̃ in tria genera diuiduntur. Nam alię dicuntur demõstiatiuæ, aliæ disputatiuæ, alię itẽ Sophisticę. Nam si quęsiero ego vtrum triangulum habeat tres angulos ęquales duobus rectis, demonstratiua ac scientifica dicitur interrogatio. Si vero dixero, est ne mũdus finitus vel infinitus, est ne voluptas bona vel mala, est ne anima

A mortalis vel immortalis, hę quęstiones sunt dialecticę interrogationes hoc est disputatiuæ. Si demum dixero, nunquid oĩs canis latrat? nunquid oẽ excedens est maius excesso? vel aliud simile, ex quo fallere possim incautũ respondentem, Sophisticę & captiosę dicẽtur interrogationes. At Sophistica interrogatio cum illaqueandi causa sit, hæc venit ommittenda, nam potius venit consideranda ratio rñdendi, q̃ ipsa interrogandi forma. Iccirco B optime Arist. in lib. Elencorum docet soluere Sophisma de eo qđ est plures interrogationes vt vnam facere. Dialectica vero interrogatio, & demonstratiua quo modo differant, non vna est opinio. Nam varij diuersam rõnem attulerũt. Philoponus inquit demonstrantẽ interrogare, sed non vt demonstret, sed vt ex datis à respondente, propositi sui rationem cõfirmet. At dialecticus interrogat, vt syllogizet probabiliter, & disputet. Item addit Phi C loponus dialecticum interrogare de oĩbus pertinentibus ad singula genera artium, demonstrãs vero interrogat de his solũ, quæ ad propriam attinent disciplinã, vt Geometra de Geometricis, Musicus de Harmonia, &c. Latini vero & ipsi suam dant differentiã, ꝙ dialecticus tam de principijs quam quæsitis interrogat, demõstrans vero de quæsitis solis. Addunt etiam dialecticum dum interrogat, proponere vtrãq; partẽ D qõnis æquè probabilem, demonstratiuum vero non sic, sed alteram tm̃ probari posse, hoc est veram, sed & Lynconiensis, hoc differre vult dialecticum à demonstrante, ꝙ hic interrogãdo determinat, ille ambiguum sñiam relinquit. V. g. dicat quis, est ne mũdus finitus vel infinitus? hic incertus est rei exigitus, & ꝑ consequens dialectica erit interrogatio. Si vero dixeris, mundus finitus est, nunquid eũ infinitum esse existimas? hic rei veritas pri- E mum profertur, deinde percunctor, itaq; scientialis est interrogatio. A uer. c. 84. huius. 1. lib. videtur & aliã afferre dñam, ꝙ dialectici finis ac scopus interrogãdo est, assequi post interrogata victoriam ex ipsa disputatione: demonstrans vero, proponit cognitionem rerum pro fine & scopo suę interrogationis. Vtcunq; sit, Arist. vult Dialecticum de oĩbus posse interrogare, demonstrantẽ vero de his solum q̃ ad propriam attinẽt sciẽtiã. Cõtradictio itaq; F nulla est, qm̃ inquit demõstrantẽ ĩterrogare quę sui sunt generis, nõ aũt interrogare ea quæ aliarũ sunt disciplinarũ, item interrogãdi rõ in dialectica differt ab interrogationibus sciarũ multis modis, iam recitatis. Illud aũt non ꝑtermittas, ꝙ Arist. dicẽs in sciẽtijs esse proprias & accommodatas interrogationes tacite ĩcusat Platonẽ, qui vniuersam philoso-

G phiam tradidit nobis ꝑ interro-
gationes à Soc. ꝗ factas : ꝗ impure
de rebus naturalibus diuinis &
mathematicis interlocutores ꝑ-
cũctatur & interpellat . nã Arist.
vult id dialectice fieri posse ac ꝓ
babiliter, non aũt demõstratiuè.
Sed ad interrogationes redeun-
tes, dicimus illud esse considerá-
dum, ꝙ qui interrogat, vnum de
vno interrogãte debet, non auté
p̃dicatum vnum de multis subie-
H ctis , neq; p̃dicamenta multa de
vno subiecto : hęc.n.iterrogatio
est oino vitiosa, id Arist. asserit se
cto.3 .lib. Periher. vbi enũciatio-
nem, interrogationem, & rñsio-
nem vult vnam esse, & idé habet
lib. Elencorũ. Adde, dialecticam
interrogationem duplicem esse,
vel.n. petit in solutione alteram
parté contradictionis, q̃ vel affir
mat, vel negat: aut petit proposi
tioné. Exéplum , si dixero, est ne
mundus finitus vel infinitus? hic
te volo rñdere, propositioné vel
I mundum finitũ esse vel infinitũ,
nam si ita vel non dixeris, q d ve-
lis adhuc non intelligã . Si vero
percunctabor, est ne mũdus fini-
tus nec ne? tunc alteram parté cõ
tradictionis rñdere poteris , hoc
,, est ita esse, vel nõ ẽẽ. Id.n. signi-
,, ficauit Aris. tertio secto lib. Peri-
,, her. dũ inqt, dialectica aũt inter-
,, rogatio rñsionis est petitio, vel ꝓ
positionis, vel alterius partis cõ-
tradictionis. &c. Verũ q d sit dia-
lectica iterrogatio, & quo modo
idé sit cum ꝓpositione dialecti-
ca re, & rõne ab illa differat, vide K
1. Prio. c. 1. & q̃ ibi Alex. & Philo
ponus dicunt. Ité si plura vis co-
gnoscere de propositione dialè-
ctica, interrogatione & ꝓblema-
te, legas. 1. Topi. c. 3. 8. 9. vbi Ari
sto. & Ale. pleraq; dicunt, non tã
scitu digna, q̃ etiam huic propo-
sito magnopere necessaria . Qđ
vero triplex sit interrogatio , de-
monstratiua dialectica, & sophi-
stica , & quo modo demõstratiua
à dialectica differat, id constabit,
ex Them. 1 . Post. c. 25. adde & di L
stinctionem illam de disputatio-
nibus, quam tradidit Aris. in lib.
Elencorum cap. 2. nam disputa-
tionem inquit, dici quatuor mo-
dis, doctrinalem, dialecticam, tẽ
tatiuã, & contentiosam. Hæc ve-
ro Grecè, sic se habet, ἔστι δέ τῶν ,,
ἐν τῷ διαλέγεσθαι λόγων γένη ,,
τέτταρα. διδασκαλικοί. καὶ δια- ,,
λεκτικοί. καὶ πειραστικοί. καὶ ἐρι-
στικοί. Quę disputationis gene-
ra quo modo differant , ibi lati⁹
Arist. explicat. de qua re ĩ Gręcis M
verborũ nostris adnotationibus
super lib. Post. copiose dicemus.
Nõ.n. impune oĩa sunt hoc in lo-
co & cõfertim recẽsenda : p̃sens
n. labor, cõtradictiones tollit, de
verborũ vero ꝓprietate & signi-
ficatione, alibi dicendum venit.

CONT. XCII.

Rursus in hoc eodem contex. Tex. 21
excitari potest contradictio , qm̃
Arist. dicit, dialecticã non habe-
re determinatum subiectum, cir-
ca qđ cognitioné suam perqui-

A rat, quod cæteræ oẽs faciunt sciẽtiæ. sed oppositũ videtur voluisse. 4. Met. tex. 5. vbi ait, diuinum Philosophum & dialecticũ versari circa idem. Cum autem Metaphysicus habeat subiectum genus, videtur & dialecticum idẽ necessario habere.

SOLVTIO.

Nomen dialecticæ hoc in loco non debet intelligi pro Logica siue organo in cõi, nam hęc habet suum subiectum, siue Ens rõnis siue sc̃das intẽtiones, siue syll̃m, B siue demõstrationem, siue scire: tot. n. sunt opiniones de subiecto logicæ. sed hoc alibi p̃secuti fuimus. Vtcũq; res se habeat Logica habet oĩno suum subiectũ. qđ modo Græci ὑποκείμενον, appellant, quod facit Alex. in pręfatione lib. Prio. modo ὕλην, hoc est materiam vocant qđ vult Ammonius, & Philoponus. itaq; de Logica nõ intellexit Philosoph⁹. Nomen vero dialecticæ interdũ, pro libris topicis accipitur vnde syllogismus topicus etiam dialeC cticus dicitur. In quo casu etiam adest subiectum, nã materia octo librorum Topicorum est syllogismus ex probabilibus cõstans: id enim & Auer. & Alex. copiose tradiderũt in Topicis. Est & dialectica, ars differendi ex probabilibus quę licet à fontibus topicis emanare videatur, attñ hæc est q̃ de singulis rebus disputat, nam libri topici præcepta tradunt differendi, hæc vero dialectica præcepta ad vsum dirigit. Vocatur D itaque iure optimo hæc ars à nostris, ars disputãdi, licet Hebreus interpres Auer. eam vocet artem topicam, qđ eatenus est verum, quatenus hæc differendi vtitur locis topicis. & qm̃ hæc ratiocinatur ex contingentibus probabilibus accidentalibus, verisimilibus & his quæ opinionem pariunt non sciẽtiam, ob id de omnibus differit, & nullũ habet certum ac determinatum obiectũ, & ob id interrogando de singulis procedit. Colligitur hęc diale E cticæ vis ex lib. Perih. secto 3. 1. Prio. ca. 1. 1. Topic. ca. 1. & 2. 1. Phy. 8. 8. Ph. 22. & alibi. Quibus positis, elicitur male eos voluisse ex hoc tex. ratiocinari aduersus Scotum, ꝙ Logica non sit scientia, qm̃ non habet subiectum, qđ maxime pertinere dicunt ad sciẽtiam demonstratiuam. Nam hic non Logicam vult Arist. sed artẽ disputatiuam, quæ interrogat de omnibus. Sed nota, ꝙ cum quatuor sint genera disputationum, F ex lib. Elencorum ca. 2. doctrinale. dialecticum, tentatiuum & cõtentiosum. Arist. maxime profitebatur. primum genus & hoc sibi pro scopo proposuit in tradẽdis disciplinis: est aũt doctrinalis disputatio ea quæ dicitur demonstratiua, cuius laudes scribit Arist. 4. Phy. 31. Interdum tñ etiã profitebatur 2m genus, hoc est dialecticum, cum in rebus difficilioribus probabiliter soleat argumentari.

G mentari. Plato vero, Socratem secutus dialecticam anteposuit demonstratiuæ, qm̃ frequentius disputat ex probabilibus q̃ ex necessariis. & cum hac coniunxit, tentatiuã artem quę interrogando, flectit sermonem artificiosa quadam ratione, ita vt incautos facillime fallat. Nam Socratẽ id ferè semper facit apud Platonẽ, in quo genere disputationis Plato parem habuit neminẽ. At sophistæ, qui, tempestate Platonis & Arist. innumerabiles extite-
H runt, contentiosam magis partẽ persecuti sunt. Quales presertim apud Platonẽ legimus extitisse Hippiam, Protagoram, Euthidemum, Dionisodorum, & alios, q sophistica in primis & tenebãt, & docere alios profitebantur. Itẽ & illud addendum est cęteris iã dictis dialecticas rationes eas esse, quæ in infinitum possunt excurrere, qđ non faciunt demonstratiuæ, hę enim finitę sunt, qđ Arist. ꝓbat. 1. Poste. à tex. 34. vsq; ad 39. ratio vero cur infinitę sint
I rationes dialecticę, redditur ab Auer. super hoc tex. qm̃ dialecticus considerat ea quę sunt ex accidẽti. Preterea hę rationes dialecticę dicuntur etiam cões, qm̃ veritatẽ ex vniuersalibus rebus adstruunt, non aũt ex propriis, qđ habetur 8. Physi. comm. 70. & 4. Physi. 87. & 1. cœ. 70. quod vero dialecticus de omnibus disserat probabiliter, vide 3. Met. tex. ca. 2. Cum itaq; dicitur Metaphysicam habere subiectum, id concedimus: K at cũ dicis illud esse cõe dialectico, & ita dialecticus habebit subiectum, dicere possum⁹ vel eo in loco, (hoc est 4. Met. 5. accepisse Aristo. dialecticam pro logica. Nam diuinus considerat Ens vt Ens, Logicus vero Ens vt à ratione formatur. Itẽ si vis ibi dialecticam intelligi ꝓto arte disputatiua, dices, eam esse similẽ Metaphysicę non ratione determinationis subiecti, sed eo ꝙ de omnib⁹ entibus disserere potest.
Vt sensus sit, circa idem versari L Metaphysicum, & Dialecticum, hoc est circa omnia Entia, cum hac tñ differentia, ꝙ Metaphy. vniuersum Ens sibi statuit ꝓ determinato subiecto: at dialectic⁹ indeterminate illud ipsum considerat, qm̃ probabiliter illud cognoscit. ratio autem probabilis indeterminata est, sicut demonstratiua certa est & determinata. quæ solutio videtur Auer. 1. Poste. comm. 85.

CONT. XCIII.

Ostendẽs Arist. in disciplinis M non fieri paralogismos, inquit, hęc autẽ sunt. ac si intellectione viderentur. quæ verba sic Grecè se habẽt, ταῦτα δ' ἐστὶν οἷον ὁρᾶν τῇ νοήσει. ex quibus habes Arist. vsum fuisse metaphora, nẽpe eã quæ est, per intellectum videre, nam & Plato mentẽ appellat animi oculum. Sed Arist. 2. Post. dãnat sermões metaphoricos. vult enim in disciplinis non esse Metaphoras

A taphoras vsurpandas, quando in oratorum sit & Poetarum, vt ipse & in lib. Rhetoricorum, & in Arte Poetica testatus fuit.

SOLVTIO.

Possumus intelligere, metaphoras nõ esse in scientijs adducendas frequenter interdum tamẽ adduci posse, & maxiẽ si res, per illam figuram illustretur. Nam in. 2. Post. cum eam damnat, id facit ob Platonem, qui in seriis rebus, atq; grauioribus philosophię sententijs, poetarum or B namenta videtur inserere, quod Plato nõ tam impune facit, quã etiam frequenter. Frequẽs itaq; vsus ab Arist. exploditur: non rarus. Nam Plato deum ipsum nominans, opificem appellat, Tempus eternitatis mensuram, Materiam vero, vas, locum, conceptaculum, immo & obstetricem formarum vocat atque alia huiusmodi proferre assueuit Plato & quidem frequentius q̃ par sit. C Possumus ẽt dicere Aristo. vsum fuisse hac dicendi figura in hoc lib. qui Logicus est, non scientię pars. item eam dixit cum quadam correctionis nota, nam inquit, hæc autem sunt, ac si intel- ›› lectione viderentur. nã particu- ››. la, ac si, addita est, vt Metaphoræ vim imminuat & retundat. Quę aũt hæc sit traslatio, nõ est videre admodũ difficile: nam hæc referri põt ad eas, quas analogas vocat in parte Poetica. erat. n. eo in loco exemplum, Clipeum esse Amphoram Mineruę: & Amphoram esse Clipeum Bacchi. Item, D Mors dici potest vitæ occasus, & occasus, diei mors est. Sic intellectus potest dici oculus animi, quemadmodum oculus, corporis mens. Vnde & oculo dicimus nos intelligere, & intellectu videre. Traslatio itaq; est analoga, sed de his ĩ gręcis adnotatiõib⁹.

CONT. XCV.

Dicit sciẽtias siue disciplinas non paralogizare, dialecticas vero disputationes posse id facere. Te. 29. At in hoc eodem tex. paulo post, E Coeneum inquit in Philosophia naturali attulisse paralogismum, hoc est syllogismum ex ambabus propositionibus affirmatiuis in secunda figura, cõstat autem huiusmodi esse paralogismum.

SOLVTIO.

Primum videndum est, quid sit Paralogismus, deinde cur in disciplinis locum habere non possit, paulopost cõtradictio tolletur. syllogismi alij inculpabiles sunt, hoc est oẽ ex parte recti F alij vero mali & Vitiosi. Qui probe syllogizant, hi sunt, quorum materia vera est, & forma non vitiosa, & hi faciũt in nobis sciẽtiam aut saltẽ opinionẽ. Constat aũt hoc. 1. Post. tex. 32. Alij vero non boni sunt, atq; hi vel materiã habent peccantẽ, vel formã, vel etiã vtrunq;. Qui peccãt in materia, sunt falsi, hoc est, quorũ altera p̃missarũ, vel ambæ sũt falsæ. qui in forma deficiunt, apparen-

A parentes dicuntur syllogismi Sophistici, vel etiã paralogismi, ex quibus omnibus generat̃ in nobis prauus habitus ignorãtię: id constat legẽtibus, 1. Post.te.32. Sunt & alij syllogismi q peccant aduersus principia scientiarum, cum hęc male fuerint cognita, exẽplum dabat Arist. 1. Topi.ca. 1. si quis à mathematico acceperit illud principium, lineas exeũtes à centro ad circunferentiam esse ęquales oẽs, respectu diuersorum circulorum non ęqualiũ, B id erit principiũ male cognitũ, ex quo ignorãtia per syllogismũ effici potest in nobis. atq; hi syllogismi referri debent ad eos q peccãt in materia, quos Arist. in tex. 23. huius libri appellabat syllogismos ex oppositis. Sed reuertamur eò, vnde digressi sumus. Paralogismus est syllogism⁹ peccans in forma, sic.n. Themist. D. Thomas, Philoponus & Auer. sunt interpretati. vult ergo disciplinas non paralogizare, qm̃ di- C sciplinę supponunt pręcepta Logic, & cum syllogizãt, maxime vtuntur prima figura, vt etiã dicitur 1. Post. 31. quę figura nullo pacto admittit paralogismos. Cum vero dicitur Cœneum syllogizauisse in 2. figura ex vtraq; affirmatiua, respondet Arist. ꝙ ille syllogismus est in materia reciproca, ex quo potest per cõuersionem maioris proprijs ad primam figuram reduci. Erat autẽ eius syllogismus talis, qđ in multiplicata fit analogia celerrime D gignitur, Ignis celerrime gignitur, itaque ignis in multiplicata fit analogia. Verum maior cõuertitur, qđ celerrime gignitur, fit in multiplicata analogia: estquè prima figura. Sed dices si paralogismus est, qui in forma deficit, quo modo id dicemus de exemplo, qđ affert Aristo. in tex. dum inquit, omnis circulus est figura, carmina sunt circuli, igitur carmina sunt figurę. vult enim hũc esse paralogismum, & tñ texturã E habet syllogisticam, hoc est primę figurę. Dicendũ ꝙ vitiosa forma syllogismorum multis modis deprehẽditur. quędam enim aperta est & pspicua, vt si ex ambabus negatiuis, vel particularibus syllogizaueris: quędam vero latens est, vbi vel ęquiuocatio terminorum, vel amphibologia, hoc est ambiguitas fuerit in propositionibus. nam si dicas omnis canis latrat, piscis est canis, latrat ergo piscis. hic figura prima est, est tñ paralogismus ob ipsam F æquiuocationem canis, qui cum vnus videatur terminus, tribus tamen æquiualet: cum ergo mala forma syllogismi sit, quæ plures accipit terminos quam tres, constat hunc esse vitiosum, quo modo etiam malus est, qui colligit carmina esse figuram, qm̃ medius terminus qui circulus est, æquiuocum est nomen, nam in Mathematicis significat figuram planam, à cuius centro lineæ du-

A ctę ad circunferentiā sunt æquales. At circulus in poetarum carminibus est quoddam metri genus, qđ reddit versus ad circuli similitudiné in seipsos omni ex parte intercurrétes, qđ Philoponus illustrat exemplo eorum carminum, quę tumulo Midæ regis affixa fuere, & tu hęc apud Philoponum legas diligéter. Est itaq; paralogismus ille, qm̄ potentia continet quatuor terminos: qui numerᵒ vitiosam omnino & culpabilem reddit syllogismi compositionem.

B

CONT. XCVI.

Tex. 29 & c. 93

Aristoteles ī hoc tex. & Auer. simul separantes dialecticā à cęteris disciplinis, pręter alias differentias, hanc dicunt, ꝙ in dialectica difficilis est resolutio, qm̄ ex falsis propositionibus possumus concludere tam falsum, q̄ verum. Si vero ex falsis nunquā verum concludi posset, efficeretur resolutio facilis. Ex quo colligitur, ꝙ in oī syllogismo conclu dente verum ex veris potest esse resolutio. Sed oppositum habeť apud Arist. ex titulo Libri Prior. & Poste. nam hi duo tātum libri resolutorij vocantur, non autem liber Topic. qui tñ & ipse, cū ex veris verum concludat, videtur dici debere resolutorius. Item liber Prio. cum agat de syllogismo formali, absq; materia, siue vera, siue falsa, quomodo resolutorius dici poterit, si vera sunt, quę hic dicuntur?

C

SOLVTIO.

D

Scire debes ꝙ Resolutio, est ordo contrarius compositioni, propriè accepta: nā vbi incipit vna, desinit alia & è diuerso: qm̄ compositio à partibus ad totum procedit. resolutio à toto ad partes v.g. si ab Elementis, & membris ad humanum corpus procedas, compositio est, si ab humano corpore ad membra & elementa accesseris, resolutio appellať, itaq; hęc contraria ratione fiunt. Ex quo patet, ꝙ resolutio contraria, semper compositū diuidit in ea ex quibus componitur, si vero diuiseris compositum in ea, ex quibus non constat, hęc non erit resolutio proprie dicta, qm̄ contraria non est, sed resolutio latius vocabitur: qđ doctr Auer. explicat in hoc com. 82. & in prologo primi Poste. nec non in media expositione super hoc loco. Item de Resolutione extāt quędam. 3. & & hic ca. 3. item pondera ꝙ Resolutio quę Gręce, Ανάλυσις, vocatur, & dissolutio quę à Gręcis dicitur Διάλυσις, hoc inter se differunt, ꝙ resolutio potest fieri sine rei quę resoluitur, corruptione: non aūt sic se habet dissolutio, q̄ cum rei interitu semper fit. Nam si domum vel scamnum resoluas ratione in elementa & materiam & formam, res nō cotrumpitur, si aūt hęc dissolueris, corrumpiť. Et ob id iure certant expositores super 1. Priorum ca. 1. quo modo sit legenda definitio termini, nunquid

E

F

A nũquid terminus sit in quem dissoluitur, an potius resoluitur ꝓpositio. nam alij διαλύεται, hoc est dissoluit, alij ἀναλύεται, hoc est resoluitur magis legendum probant. de qua re in Græcis adnotationibus dicẽdum erit. Sed ad resolutionem rursus accedentes dicamus eam multis fieri modis: alia enim est Artificiosa vt cum scamnum uel lecticam in partes, & particulas componentes diuiditur. Alia naturalis est, B vbi hominem in membra, & mẽbra in elementa, & hæc in materiam & formam reducens. Tertia est mathematica, (authore Alexan. & Philopono etiam in lib. Priorum ab initio) in qua, Theorema in principia resoluitur, atq; ea principia in alia magis prima & immediata. Est, & resolutio Logica, hoc ẽ rõnalis, quæ fit, vbi quæsitum siue conclusio in sua refertur principia. C Id autem colligitur ex præsenti contex. Vnde Lucidiss. Themiss. hoc in loco, & est. 1. Poster. cap. 26. resoluere inquit, dico, cõclusione vera cõstituta, venari propositiones, ex quibus illa condita est. Et Auer. in hoc. cõ. non tã tũ æmulatus est. Themistij sententiã, sed, & verba. Nũc autem videamꝰ quo mõ ratio resoluat. Nam vt diligenter scribit Philoponus, resoluere audit Arist. hic pro inuentione medij termini. Itaque supposito quæsito illo ꝙ aĩa sit immortalis, resoluam ipsum in mediũ, qui est numerus D seipsum mouens, quo inuento, inueniã premissas, à quibꝰ illud q̃sitũ pendet: & hæc sunt, ꝙ numerus seipsum mouens sit imortalis, & ꝙ anima sit numerus seipsum mouens. Hęc itaq; resolutio conclusionis in principia facile sit in disciplinis, & rõ est, ꝙ hæ pro medio vtuntur causa & definitione, quę perfecta in vno genere, nõ nisi est vna. vnius autẽ rei inuẽtio longe facilior est, q̃ multorum. At in rõnibus dialecticis, cum vna conclusio possit cõcludi medijs diuersis ac in- E determinatis, vt optime Philoponus & Auerr. colligunt, hinc est ꝙ inuentio illa redditur difficillima, & per consequẽs resolutio, aut nulla est, aut tarda. Non itaq; negandũ est, topicam artẽ habere aliquã in se resolutionẽ, sed quia difficilis est & indeterminata, ob id lib. topicos noluit appellare resolutorios. Sit itaq; F concordia hunc in modũ, quòd Arist. & Auer. concederent syllogismos veros dialecticos hr̃e quandã resolutionẽ sed indeterminatam, & ob id proprie non esse resolutiuos vocandos. Librũ vero Post. voluit esse resolutoriũ qm̃ docet demonstrare, demonstratio vero determinatã habet medij inuentionẽ. sed lib. Prior. ob aliã cãm dr̃ resolutorius, non quidem ea qua lib. Post. dr̃ analyticus, sed ex eo ꝙ in 3. sectione primi lib. agit de ipsa resolutione,

A ue, quę (vt inquit recte Philoponus in .1. Prio.) cũ sit perfectior ac nobilior libri pars, iure quodam ab ea totus liber dictus est resolutori⁹. Quæ solutio vera est, & ex Græcorum fontibus ducta. Attñ ẽt dicere poteris sillm formalẽ hr̃e resolutionẽ, licet ñ cõsideret materiã resolubilẽ, ex ipsa demr̃one, cui primũ inseruit. Nam licet rõ syllogizandi res sit oĩno cõis dialectico & demonstrãti, principaliter ad demõstrãtẽ ptinet, qm̃ iã dixerat Arist. in
B primis verbis .1. Prio. scopũ eius & ĩtẽtionẽ esse demr̃onẽ ac sciẽtiã demonstratiuã. Sed pter ea q̃ hic dicta sunt, vr̃ ꝙ in Auer. alia sit cõtradictio, đ Resolutione, nã 2. Me. c. 11. inquit, dissolutio fit à prioribus, ad posteriora, sed. 7. Met. 23. vult eã fieri à posterioribus ad priora. Huic Zimara respõdet, ꝙ Resolo duplex est, alia.n. inqt, est à nã, alia rõne. Naturalis sp fit à posteriori ad prius, & I compositis ad simplicia, vt hõ
C dũ resoluit ĩ el̃ta, & hęc in materiã & formã. At resolutio rõnis (inquit ille) duplex est, vel.n. fit in scientijs & disciplinis, q̃ sunt de rebus vel naturalibus, vel diuinis, vel mathematicis, q̃ in nr̃o arbitrio non cõsistũt. vel resolutio rõnis est in rebus agibilibus quæ pendẽt ab electione & arbitrio hoĩum. Qđ si resolo fuerit in disciplinis, vult vt sit à prioribus ad posteriora. Si vero in agibilibus vult vt sit à posteriori ad prius, qm̃ in illis resoluimus D à notione finis q. dr̃ eẽ posterius ẜm generationẽ. His positis, inquit, Auer. in 2. diuinæ philosophię loqui đ Resolutione rõnis, quæ fit in scientijs, hæc.n. à priori ad posterius est. at in 7. agit de resolutione rõnis quæ fit in artibus factiuis, in quibus procedimus à fine qui posterior est, ad ea quæ finẽ antecedunt. Quæ cõcordia non mihi valde ꝓbatur, nam dum Auer. conciliat M. Zimara, sibi postea videtur contradicere, E quoniã si dicit ꝙ resolutio naturalis semp ẽ a posteriori ad pri⁹, quo mõ postea dicit ꝙ resolutio rõnis in scientijs est a priori ad posterius? etenim resolutio naturalis est res scibilis in sciẽtia nãli. Item confirmans ꝙ in scientia ꝓcedimus a priori ad posterius ẜm resolutionẽ, adducit verba Themistij nuperrime citata, ꝓ sui confirmatione, cũ tñ dicat Them. ꝙ ꝓcedimus a conclonibus ad ꝑmissas, q. sanè ꝓgressus est à posteriori ad pri⁹. Dicerem F itaq; ꝙ si resolutio ẽ cõtraria cõpõni, ꝙ semp ꝓcedit a posteriori ad pri⁹: nã cõponentia sũt cãæ & cõpositũ ẽ effectus. Et hoc hẽt veritatẽ in resolutione nãli diuina, Mathe. & rõnis, in speculatiuis sciẽtijs, in factiuis & actiuis. Verũ cũ dicit Auer. 2. Me. 11. ꝙ ꝓcedimus a priori ad posterius, miror ꝙ Zim. vir pręclarissimus, & ætatis nr̃æ specimẽ singulr̃e, ñ viderit ꝙ Auer. loquir̃ de dissolu tione

G tione & destructione logica, nõ aũt de resolutione. Nam inquit, si velis destruere, debes ꝓcedere ab his q̃ priora sunt, qm̃ his ablatis tolluntur & posteriora. nã logica rõ dicit, si nõ est aĩal, non est homo: non aũt dicit, si nõ est homo, ergo non est aĩal. qm̃ aĩal cũ sit prius naturaliter hoĩe destruit & nõ destruit. totum aũt hoc applicat Arist. eo in loco ad processum formarũ, vt quilibet intueri potest. & Auer. in cõ. dissolutionem vocat non resolutioné. tota H itaq; causa difficultatis est, nõ distinguere has voces, quæ sunt resolutio ac dissolutio. Sed parcat mihi Zim. manes, qñ nõ hoĩem, qué magnopere colo, reprehẽdere volebã, sed veritaté in re difficili illustrare, hæc hactenus.

CONT. XCVII.

Diuidẽs Arist. demonstrationem, duplices eius species tm̃ explicat, eam. s. quę dicitur Qđ, siue Quia: & eam quæ dicitur ꝑꝑ q d, siue causæ. Græcè vero demõstrationes ὅτι, καὶ διότι, dñr, vt i gręcarum vocum significationibus copiose disseruimus. Est itaq; pręsens diuisio in duas species tm̃, quã Auer. confirmat in com. 95. Vtriq; vero & Arist. & Auer. oppositum voluere, q ꝑter has duas species demõstrationum, ẽt vnã aliam appellant demonstrationẽ simpliciter, vt licet perspicere 1. Poste. tex. 21. & apertius tex. 42. quo in loco Arist. agens de certitudine sciarum, eam vult esse certiorem ac prioré sciam, quę pręstat nobis ꝑꝑ quid & qđ simul, quam ea quę nobis seorsum elargitur qđ, vel ꝑꝑ quid. cũm autẽ scia sit habitus ꝑ demõstrationé acquisitus 6. Ethic. ca. 4. & 1. Poster. tex. 5. patet ꝙ demonstratio erit ẽt triplex, alia dãs duo quæsita & est demõstratio simpliciter & duę dantes alterũ duorũ quęsitorum, & sic in vniuersum demõstratio erit, qđ, ꝑꝑ quid & simpliciter. Sed Auer. hoc latius colligit. 1. Poste. tex. 7. 8. 20. in quæsitis, & in Epith. logicis ca. de demonstratione, nec non in prologo primi Physi. atq; alibi sæpius. loca aũt omnia referre non tam ambitiosum q̃ puerile videret. Hæc itaq; sufficiant nobis.

Tex. 30 & c. 95

I

K

L

SOLVTIO.

Solueret Albertus, ex Latinis, interpres grauissimus, hãc difficultatem, ꝙ Arist. noluit alias demonstrationes q̃ duas. Quod, & ꝑꝑ quid vocatas, diceretq; simpliciter demonstrationẽ non differre à ꝑꝑ quid, nisi differẽtia accidentali, & ob id Arist. duas tm̃ colligit demõstrationis species, cęterum si qñ fit mẽtio de demõstratione simpliciter, ea non est tanq̃ altera species audiẽda, sed vt idem est re ipsa cum demõstratione causæ. Vt aũt Alberti opinio magis constet, videndum est q d sibi voluerit magnus hic doctor in hoc negocio. Videbat ille demonstrationẽ oẽm fieri vel à causa, vel ab effectu, non. n. aliud datur,

M

A datur, ex quo fieri demr̃o possit, ob id cõcludebat, omnẽ demr̃onem diuidi in duas species tm̃, in eam quæ fit à causis & in eam quæ fit ab Euẽtibus: itaq; concludebat non esse demr̃onem secandam in tres species, quod Auer. facit. Deinde accipit hũc textum, in quo demr̃o diuiditur in duas species, vel pp quid vel quia. Postremo dicit, ea non distingui spẽ & differentia specifica, quæ differunt accidente, nam homo albus
B & homo niger licet cõtrarijs qualitatibus, differant non ob id specie differũt, cum ex accidẽtibus, sint diuersi. At demonstratio simpliciter & ꝑpter quid (dicit ille) accidente differunt, non differentia essentiali, itaque species non erunt diuersæ. Quòd accidente differant, inde colligit, ꝙ demonstratio simpliciter fit ex nobis & naturæ notis, demonstratio vero propter quid, fit ex naturæ notis tantum, hæc autem differẽtia sumitur ex eo quòd vna fit ex notio
C ribus nobis, alia vero ex ignotioribus, quæ differentia cum nõ aduenia demonstrationi ex sui natura, sed ex comparatione ad nostrum intelligendi modum, inde constat hanc differetiam esse illi accidentalem. Hoc ipsum efficaci exemplo cõfirmat, nam, inquit, si demõstrauero homini alicui, qui lunam non viderit eclipsari, lunã deficere ex terræ interpositione, hæc erit potissima illa demonstratio, cũ det causam, & esse, sed eadem demõstratio comparata homi- D
ni, qui lunam vidit eclipsari, & causam ignorabat, dabit solũ propter quid, non autem esse. Eadem itaque demonstratio potest esse diuersis hominibus comparata, & potissima, & ꝑpter quid, itaque accidentali differunt ratione, non autem specie. Nam, quæ specie differunt, cuilibet comparata, sunt species, & res diuersæ. Ex his concludit Albertus, somniasse Auerr. cum dixit, esse tres demonstrationis species. Sed vi- E
deamus Auer. nunquam fuisse vigilantiorem, quàm in hac re extiterit, dormitasse vero Albertũ, dum fingit hunc somniare. Nam in primis ostendam Auer. opinionem fuisse a græcis scriptoribus desumptam, non autem fuisse illum huius veritatis authorem. Etenim philoponus, super tex. 5. ac. 30. huius primi libri, demonstrationem diuidit in duas mensuras, primam, ac secundam. Dici- F
tur autem ab eo primæ mensuræ demonstratio, absolutissima illa, & perfectissima, cui nihil deest, quæ & potissima, & simpliciter a nostris vocatur. Alia vero secundæ mensurę dicta est, quę viribus ingenij nostri accõmodatur, quæ pro captu nostro frequenter efficitur, siue a causa, siue ab effectib⁹ procedamus. Quæ sententia, omnino demonstrationẽ ab alijs speciebus maxima differentia distinguit. Sed Eustrathius 2. post. tex. 11. & 12. exponens demonstratio

G nem a causa materiali, efficiente, & finali, vult eas cadere a perfectione eius, quæ pro medio formalem accipit causam, id autem est dicere demonstrationem propter quid cadere a pfectione potissimę, & per consequens esse diuersas species. Item Themist. 2. Poster. Explicans vim potissimæ demonstrationis, per quam omnino a demonstratione causæ tantum separatur, inquit, potissimæ demonstrationis examen est, vt
H vtrũque nobis absoluat quæsitũ, an sit, & quamobrem sit. Quæ verba, per Deos immortales, quid aliud sibi volunt, quã id, ꝙ Auer. vbiq; locorũ clamãt? nam primo Poste. cõmen. 7. dicit demonstratio simpliciter illa est, q̃ dat cãm, & esse. & hoc ipsum vult in commenro hoc 95. & in prologo primi Phy. His ita se habentibus, agamus modo quibus de causis adduct⁹ est Auer. & græci simul, vt in hanc sententiã venerint. in
I primis vidit Auer. demonstrationem aliquando mediatas habere propositiones, ita vt ad earũ prosyllogismum sit accedendum, interdum eas habere immediatas, & indemonstrabiles, ob id demõstratio simpliciter, cum perfecta sit ex immediatis constabit, quæ vero propterquid dicitur, poterit ex mediatis constitui: quam differentiam dixit Auerr. 1. poster. commento 10. Deinde considerat Auer. dixisse Aristotelem, primo Post. tex. 11. 12. 13. & 14. demonstrationem esse vniuersalẽ, K & quatenus ipsam, quæ conditio reddit propositiones semper conuertibiles, ob id, ex illius regulæ præstantia colligit eam pertinere ad demonstrationem simpliciter, quoniam dici de omni, & per se, cæteras respiciunt demonstrationes: at dici de omni, per se, & quatenus ipsum propria, & germana est conditio demonstrationis simpliciter. & hæc differentia non potest dici ex accidente, cum sit ex natura rei de- L sumpta. Præterea vidit Auer. tex. 42. primi poste. in quo Aristo, expresse, inquit, scientiam illam esse perfectiorem, quæ præstat duo quæsita, quod, & propter quid, quam quæ separatim alterum, vel alterum elargitur. Cum itaque demonstratio simpliciter det causam, & esse, præstabit omnino duo quæsita, quare perfectior cæteris est dicenda. Hæc aũt differentia, nõ est ex accidenti, nã cũ quæsita sint obie- M cta instrumẽtorũ, vt colligitur, secundo Poster. tex. primo, & secũdo, vbi Arist. dicit, obiectũ definitionis esse quid, demonstrationis vero qd', hinc cõcluditur differẽtiã demõstrationis simpl'r, & propter quid esse ex natura rei.

Accedit, ꝙ Aristo. primo Post. tex. 39. 40. & 41. disputãs an demõstratio vl'is sit potior particulari, itẽ an affirmatiua sit melior negatiua, & vtrũ ostẽsiua sit eligibilior ducẽte ad incõmodũ, nomẽ demon-

A demõstrationis accipit ẽm prius, & posterius. Nã demonstratio potissima semper est vlis, affirmatiua, & ostensiua, nũquã aũt potest esse particularis, negatiua, & ad impossibile, quo mõ põt esse demõstratio propter quid, vtibi omnes interpretantur, constat hanc differentiã esse ex natura rei, non autem ex accidẽti, & quo ad nos. Postremo est Aristo. secundo poste. tex. 11. qui habet omnia genera causarũ fieri posse demonstra-
B tionẽ propter quid, nam exemplificat in materiali causa, efficiẽte, & finali, non dat aũt exemplum de formali, quoniã hæc est demõstratio potissima, cuius medius est forma dans quid subiecti, & propter quid de quęsito, de qua abũde prius tractauerat. Si itaque ex medio termino sumitur differentia demonstrationum harum, nõ vidit Albertus, ꝙ differentia est in re, non autem quoad nos. Postremo considerat Auer. demon-
C strationes mathematicas hoc differre à naturalibus, quòd illæ fiãt potissimæ sæpius, hæ vero rarius, quoniã causæ mathematicæ sunt nobis, & naturæ nota, physicæ vero causæ sunt naturæ tantum notæ, quę differentia nascitur ex natura ipsarum causarum, vti hæ sunt magis, vel minus impeditæ a materia, quæ ob sui potentiam causa est occultationis, cum actus sit causa cognitionis nono met. tex. 20. Hæc itaque sunt fundamẽta, quæ excitarũt Auer. & alios ante ipsum, ad assignandam differentiam specificam inter demonstrationem, propter quid, & simpliciter. Nec obstant, quæ dicit in cõtrarium Albertus, ꝙ omnis demõstratio vel est a causa, vel ab effectu, nam illa partitio est generalis, & per capita, non autem descendit ad specialia, si vis autem specifica agere, sic dicere oportet, oĩs demonstratio, vel est a causa simpliciter, vel nõ simpliciter, vel ab effectu. D
Cum vero dicit, hic Aristotelem, velle tantum duas species demõstrationis, dici põt etiã hic philosophum per capita demonstrationem diuidere, quoniã alia est propter quid, siue a priori, alia quod siue à posteriori, cum hoc stat, vt diuisionis mẽbra in alias species diuidi possunt, in propter quid simpliciter, & non simpliciter, sicut demõstratio, quod ab Aristotele diuiditur, in eam, quæ fit ab euentu, & à causa remota, & a causa mediata. Vel dicas, Aristotelem iam egisse de demonstratione simpliciter a text. qnto, vsq; ad hunc 30. nũc vero tradere alias duas species, quę sunt ꝓpter quid, & quia. Postremo, cũ vult Albertus has demonstrationes distingui solum, ex accidentibus, id nullo pacto est audiẽdũ, nam demus accidentalem esse differentiam illam, quam adducit, cum eandem demonstrationem componamus diuersis suis hominibus, non ne plurimę aliæ E F

G explicatæ fuere differẽtiæ, quæ ex natura rei sumuntur? nam licet homo differat a leone, accidentali differẽtia, per quam hic fuluus est, ille albus, est tamen differentia specifica, quæ inter illos est, esse rationale, & irrationale. Sit itaque distinctio trimembris in specie, licet bimembris sit per capita, at suprema genera, demonstrationis hoc modo, nã alia est causę tãtũ, alia simpliciter, alia quia. Sed nunc harum naturam, & cõ

H ditionem liceat contẽplari, quando nulla in logicis tractationibus videatᷓ esse magis opportuna, aut etiam necessaria explicatio.

Philoponus in explicatione huius text⁹, hac sola partitione fuit contentus, ꝙ demõstratio, alia est propter quid, alia quod. Prima ex his habet conditiones tres. Vt sit a causa, non ab effectu. prima, non mediata, propinqua, non remota. Cuius duo extãt in tex. 30. exempla, alterum, quo Planetas

I dicimus, non scintillare, eo, ꝙ prope sunt nobis: alterum vero, quo lunã accipere dicimus luminis incrementũ, ex eo, ꝙ sphæricã habet figurã. secunda vero demonstratio dicitur, quod, & hæc fit quatuor modis, vel ab effectu conuertibili, cum sua causa, vt si lunã dixeris esse sphæricam, quoniã eius lumen paulatim crescit, vel planetas dixeris, prope esse ex eo, quòd non scintillant. fit etiam demõstratio, quod ab effectu nõ reciproco, vt si ex eo, quòd mulier lactescit dixeris ipsam cognouisse virum. non enim retrocedit ratio, quòd mulier, quæ viro concubuit, necessario lactescat. Tertius est modus demonstrationis, quia, siue quod, quæ a causa nõ prima, hoc est mediata efficitur: vt si dixeris, hominem esse resibilem, ꝙ iocosis delectatur, hoc autem est mediata causa, nam homo iccirco iocis delectatur, quoniam est animal rationale mortale. Quartus modus demõstrationis quia, K

vel quod, est quę fit a causa remota. Vt si dixeris parietem non respirare, qm̃ nõ est animal. Nam si animal non esse, esset propinqua causa non respirandi, & animal esse diceretᷓ causa respirandi, hoc autem verum non est, cum multa sint animalia, quæ nil respirãt. hæc est demõstrationum diuisio, quam Aristo. & Gręci attulerunt. Themistius vero paucioribus verbis in ca. 27. primi poster. rem totam perstringit. Nam aliã esse de- L

mõstrationẽ per causam illationis dicit, vel per causam rei. Quę causam illationis accipit, demõstratio an sit, vel quod sit dici põt. Quæ vero vtitur causa rei, hęc demonstratio quamobrem sit, hoc est, propter quid appallatur. M

Auer. primo poster. cõmẽto 8. inquit, demõstrationẽ distingui ex medio termino. Nã si medius fuerit cã cognitinis, vel sciẽtiæ tantũ efficit demonstrationem quia. Si fuerit causa essendi solum, constituit demonstrationem propter quid.

A quid. Si vero fuerit causa essendi, ac cognoscēdi simul, fit demōstratio simpliciter. Itē primo poster. commen. 95. ait, demonstrationē, quia, dare nobis solum esse rei: demonstrationem propter quid, dare causam tantum: demonstrationē simpliciter dare cām, & esse simul. Et addit, ꝙ cum effectus infert causam, non aūt causa infert effectum, fit demonstratio signi tm̄, ab effectu ad cām. vt in exemplis præcedē B tibus patet, nam dicimus, mulier habet lac, igitur corrupta, nō autem sequitur, si corrupta est igitur habet lac. Si vero, inquit, causa inferat effectum, & ab effectu eadem non inferatur, fit etiā vnica species demonstrationis tā tum, quæ dr̄ causæ, exemplum esse potest, si dicas, ignis est, ergo lumen est: non. n. reciprocat ratio, lumen est, ergo ignis est: nam stellæ luminosæ sunt, non autem igneę. & hoc exemplū est Auerr. C in Epith. logicis, cap. de demonstratione. Si vero effectus inferat causam, & inferat vicissim a cā, duæ efficientur demonstrationis species, altera quod, & altera ꝑꝑ quid, vt in exēplis huius tex. 30. de luna, & planetis. Nam dicit Aristo. in his alterum per alterū concludi posse, hoc est causam ex effectu, & effectum ex causa: & est regressus a nostris uocat⁹ hic processus, non autem circulus, vt ample diximus super tex. 6. Amplius nota de mente Auerro. ꝙ hæ species tres demonstrationum dicuntur viæ doctrinæ, vt ipse scribit in ꝓlogo 1. phy. Zimara vero animaduertit demonstrationem signi, fieri tribus modis, vel vbi ex effectu noto, causa concluditur, ignota: vel vbi effectus ignotus, aliqua coniectura notificatur, vel vbi causa est remota. Quæ diuisio vera est, sed non sufficiens, nam est demonstratio ēt signi, vbi procedimus a cā non prima. Quo circa facilius diuiderem sic, demonstratio vel est a causa, vel ab effectu, & si a causa vel propinqua, vel remota, vel prima, vel non prima. & si ab effectu vel conuertibili, vel non conuertibili, adde vel ab effectus coniectura. tunc concludas demonstrationem a causa propinqua, & prima esse propter quid, quæ vero est a causa remota, vel non prima, item, quæ ab effectu qualicunque fit, vel ēt ab effectus coniectura, hæc est demonstratio quia, siue signi. Sic enim methodica rōne colliges, quàm breuissime demonstrationum species, & differentias. Si vero vis diuidere demonstrationem propter quid, vt in superioribus dicebamus, dices aliam fieri a causa, quæ dat solum propter quid, aliam fieri a causa dante, propter quid, & esse rei. prima dicitur demostratio causę, secūda vero demonstratio simpliciter, vel potissima. Est aūt exemplum de demōstratione causę tantū, si dixeris, lu

N iij nam

G nam deficere; quoniam terra in-
terponitur. nã qui sensu eclipsim
vidit. ex hac demõstratione so-
lum propter quid sibi comparat.
Si vero demonstraueris eclipsim
esse priuationem luminis solis in
luna, ob terrę obstructionem, hæc
demonstratio dabit esse eclipsis,
quod est priuatio luminis solis
in luna: ite dabit propter quid,
ꝙ ẽst terræ obstructio. Quæ exem
pla sunt Auer. in s. quæsito. hanc
autem demonstrationũ differen-
H tiam confirmes his, quæ ab Auer
roe dicuntur in secundo cœli,
commento 35. Nota etiam, ꝙ de-
monstratio propter quid põt fieri
ex causa efficiente, & finali, vt
dicit Auerro. primo poste. com-
mento 34. item ex causa materia-
li, vt colligitur 2. poster. tex. 11.
demonstratio vero simpliciter, fit
ex causa formali, vel ex efficien-
te, & fine coexistentibus, hoc
est, qui loco formalis causæ acci
piuntur, id colligitur ex Auer-
I roe primo poster. commento 34.
& s. quæsito. Item demonstratio
propter quid potest esse in termi-
nis non conuertibilibus, & sine
eo, ꝙ dicitur quatenus ipsum, &
negatiua, oppositum vero vult
demonstratio potissima, vt dicit
in quæsito 3. Etiam scias, quòd
demonstratio quia, potest esse ex
aliqua causa efficiente, & finali,
vt habetur primo poster. com-
men. 34. item quæ demonstrat
ad impossibile, potest dici de-
monstratio quia, quod habetur
1. cœli, commen. 95. Breuiter K
in demonstratione quia effectus
est notior causa. in demonstra-
tione propter quid causa est mi-
nus nota, quam effectus. in de-
monstratione simpliciter causa
est notissima, & effectus simpli-
citer est ignotus. hæc enim fuit
germana mens Auerr. sed ani-
maduerte, ꝙ recentiores omnes
ignorauere diuisionem demon-
strationis simpliciter: vnde cla-
riss. Zimara, qui cætera diligentis
sime perlustrauit, hanc videre nõ L
potuit, qm̃ Auerr. commentaria
magna nondum in lucem prodie
rant, nam hæc anno sequenti Zi
maræ obitum, impressa fuere: il-
lum. n. viua voce in Gimnasio in-
terpretantem audiui, hortari ma-
gnopere auditores, vt cum pri-
mum in lucem exirent, ab omni-
bus auidissime perlegerentur.
Sed ad rem nostram. Demonstra
tio simpliciter alia est, quæ dat
inhærentiam accidentis proprij
in subiecto, per definitionem, & M
causam mediam. ita, vt illa cau
sa sit causa cognitionis & esse: &
hoc verum est, cũ illud accidens,
quod demõstratur est nobis igno
tũ quo ad esse, & propter quid si-
mul. vt si quis cognoscat lunam
deficere, & ex terræ interuentu
deficere, quę duo prius ignora-
bat. appellare autem nos soliti
sumus hoc primũ genus demon-
strationis, compositum quæsi-
tum concludentis. Alia vero est,
quæ concludit definitionem no-
minis,

A minis, per cām extrinsecā, ex qua colligitur definitio solo situ differens, vt cum quis concludit, eclipsim esse priuationem luminis solis in luna, per terræ interpositionem. in hac. n. conclusio est definitio. item medius est alia definitio, & ex vtraq; fit definitio perfecta, & hæc secunda species demōstrationis, siue modus, pfectior est alijs, vt scribit Auerr. in 8. quæsito. Hanc autem ignorauit Zimara, ob relatam cām: B non enim vidit, nisi illam, quæ passionem concludit de subiecto. Hæc enim secunda concludit materialem, & in perfectam definitionem accidentis proprij, & solet vocari his tēporibus demonstratio dans quæsitum simplex, ex eo, quòd dat quid est, hoc est q̃d nominis. Tota vero hæc distinctio sic colligitur ex Aristote. Nā primo poste. tex. secundo. 20. 24. 25. 43. dicitur, demonstrationē constare ex subiecto, affectione, C & principijs. hæc aūt est illa demonstratio, quæ concludit passionem, & accidens ipsum. Verum demonstratio, quæ dat definitionem, colligitur ex 1. poster. tex. 22. & 2. Poste. tex. 8. 9. 10. quo in loco Arist. dat exempla de eclipsi, & tonitruo. Quo modo autem concludatur definitio, absq; petititione principij, licet videre in toto fere 2. Post. speciatim vero in quæsito 1.

CONT. XCVIII.

D Agens Aristo. de demonstratione quia, exemplum dat de planetis, quos demonstrat prope nobis esse, ex eo, q̃ non scintillant, & sic ratiocinatur, q̃ non scintillat prope est, planetæ non scintillant, planetæ prope sunt. In quo syllogismo affirmatiuam colligit conclusionem, ex præmissis negatiuis, præsertim vero ex minore: nā hæc propositio minor, quæ dicit, planetæ non scintillant, negatiua omnino est. Sed contrarium huic penitus voluit Aristoteles primo Priorum cap. 5. vbi E ex altera propositione negatiua, semper vult negatiuam conclusionem sequi, quoniam conclusio deteriorem partem sequitur syllogismi, & ob id probat secūdam figuram semper negatiue cōcludere, quoniam altera propositio est negatiua.

SOLVTIO.

Scire licet, conclusionē semper viliorem, ac deteriorem partem sequi syllogismi, vt necessaria magis appareat conclusio, siue conclusionis illatio. id autem verum est, tam in quantitate, quā qualitate propositionum: quod Alexander, Philoponus, & Auerr. volunt in primo Priorum: est autem quātitas propositionū, esse vniuersalem, particularem, indefinitam. Qualitas vero est, vt sit affirmatiua, vel negatiua. Quamobrē, si altera præmissarū fuerit particularis, necesse est, vt parti-

G particularis ſit concluſio : ſi vero fuerit negatiua, & concluſio etiã ſequetur negatiua. id aũt non tenet in modis, nam licet modus neceſſarius ſit dignior contingenti, poteſt tamen concluſio ſequi neceſſaria, ex maiori neceſſaria, & minori de inexiſtenti, vt habetur primo Priorum, cap. 9. 10. 11. hoc autem volui dixiſſe, vt intelligeres, in quo caſu regula vera ſit, quæ dicit, concluſio ſequitur deteriorem partem ſyllogiſ-
H mi. Deinde & aliud eſt animaduertendum, quòd propoſitio negatiua poteſt bifariam accipi, vel vt ſimpliciter eſt negatio, vel vt reſoluitur in infinitam : cum autem reſoluitur, efficitur affirmatio, vt ſi dicas, Plato non diſputat, potes hanc exponere, Plato eſt non diſputans, quæ affirmatio eſt ex infinito participio : & tunc ſyllogiſmus affirmatiue concludens poteſt negationem accipere in præmiſſis. Nam cum Ari-
I ſtot. ſyllogizat, quod non ſcintillat prope eſt, Planetæ non ſcintillãt, ergo Planetæ prope ſunt, dicimus totum ſyllogiſmum eſſe affirmatiuum. Nam maior propoſitio affirmatiua eſt, hoc modo, quod eſt non ſcintillans prope eſt, Planetæ ſunt non ſcintillantes, Planetæ prope ſunt. Et hæc ſolutio defendit Ariſtotelem, nõ ſolum in hoc loco, ſed frequentiſſime etiam in philoſophia naturali, & diuina, loca vero prætermitto, ne videar in re perſpicua laborare, nam cum affirmatiue cõcludit ex altera propoſitione negatiua, ſemper eam ad affirmationem infinitam reſoluit, vt maxime eſt videre apud Auer. primo phy. tex. commenti 10. & alibi, quo in loco iudicat rationes falſas Parmenidis, & Meliſſi. ſed hæc hactenus. K

CONT. XCIX.

VVLT Ariſtot. & Auerr. ſimul, hoc in loco, hanc propoſitionem nullus paries reſpirat, non poſſe ſyllogizari in prima figura, ſed L
in ſecunda, atque eam ſic ſyllogizat, omne reſpirans eſt animal, nullus paries eſt animal, igitur nullus paries reſpirat. Contrariũ videtur omnino voluiſſe primo Priorum cap. 5. vbi habetur primam figuram eſſe cęteris perfectiorem, qm̃ ſyllogizat omnia genera problematum, cum itaq; ſyllogizet vniuerſalem negationem, cur voluit hanc propoſitionem, nullus paries reſpirat, tantũ ſyllogizari in ſecunda figura? M

SOLVTIO.

OCCASIONE huius difficultatis, digrediuntur in hac parte Auer. & Philoponus. Verum nunc breuibus propoſitæ dubitationi ſic ſatisfacio. Sermo Ariſtotelis hoc in loco non eſt de modo ſyllogizandi propoſitiones negatiuas, ſed de cauſis remotis. Cum enim dixiſſet, quo modo demonſtram⁹ per cauſam primam, & ab euentu, nunc agit de cauſa remota, ea autem, inquit Ariſto. facit de- Tex. 30. & Cõ. 99.

mon-

A monstrationem, quod nō pp q̄d, immo ait, fieri in secunda figura, vt constat in exemplo de pariete. Vult autem non esse animal, ꝙ sit causa remota, cur paries non respiret, ob id, ꝙ non semper animal est causa respirandi: nam ostreæ, & cōchilia, atq; insecta ꝑculdubio animalia sunt, & tamē nil respirant. Nam causa proxima ea est, quæ affirmationis est causa, vti etiam negationis. Etenim si terræ obstructio est causa, B vt sit lunæ deliquium, etiam nō obstrui terrā, causa est, vt luna nō deficiat. Remota itaque causa est, quæ si negationem veram facit, non facit veram affirmationem. Si ergo volueris remouere maius extremum a minori in conclusione, per cām remotā, hoc est, quæ negationem veram faciat, nō aūt affirmationem, oportet, vt mediū affirmetur de maiori, & negetur de minori, & sic minor propositio necessario erit negatiua: cum C autem in prima figura semper minor propositio sit affirmatiua, patet, ꝙ in prima figura non pōt syllogizari vniuersalis negatiua, per remotam causam. Et Philoponus egregie hoc confirmat ēt alio exemplo, quod habetur in tex. Interrogatus Anacharsis cur apud Scithas, non sunt tibicines, respondit, quoniam ibi non sunt vites, hæc. n. est causa remota, quoniam non necessario vbi sunt vites, sunt etiam tibicines, sed vbi sunt tibicines ibi etiam sunt vites. & fit syllogismus in secunda figura, hoc modo, vbi sunt D tibicines, ibi sunt vites, in Scithia nō sunt vites, in Scithia nō sunt tibicines. ecce, ꝙ hæc negatiua, si debebat concludi per cām remotam, minor tenebatur esse negatiua, & iccirco necessariū est, vt sit in secunda figura. Ad contradictionem vero dicimus, ꝙ verum est primā figurā concludere vniuersalem negatiuam, immo efficacius. quàm faciat secunda, vt dicitur primo Priorū, verum E prima figura non syllogizat negationem per causam remotam, ob rationem dictam. Nam si dixeris, nullum animal est lapis, omnis homo est animal, nullus homo est lapis. hic remouetur in conclusione maior extremitas a minori non per medium tanquā per causam, quoniam medium animal, non est causa, vt homo non sit lapis, nā (vt inquit Philoponus) causa hui⁹ negationis est vis ipsa, & natura terminorum, F ꝙ nullum animal sit lapis, nam & hæc etiam non minus erit vera, ex natura terminorum, quę dicit, nullum animal est lignum. Item affirmatio, dicens, omnis homo est animal, non est causa, vt homo nō sit lapis, cum & alia possit assignari causa, nā ꝙ homo non sit lapis, ēt possum cōcludere per medium inanimatum: omnis lapis est inanimatus, nullus homo est inanimatus, nullus hō lapis. ecce, ꝙ prima figura non syllo-

G syllogizat per causam, vt maius non insit minori. Nam si volum⁹ hoc facere, necesse est, vt medius insit maiori, & non insit minori, & inde concludimus maius non inesse minori, & causa huius est medius. Cum autẽ in hac termi norum cõplicatione, necesse sit, vt minor propositio sit negatiua, & hoc in prima figura sit impossibile, ob id recte Arist. dixit, ne gationem syllogizari in secunda figura per causam remotam.

H

CONT. C.

OSTENDENS Aristot. differentiam inter demonstrationẽ propter quid, & quod in scientijs subalternis, vult subalternatas, quas sensitiuas vocat cognoscere quod, subalternantes vero, quas mathematicas appellat cognoscere propter quid, & dicit hæc verba, Hi namque habent causarũ demonstrationes, & plerumque non nouerunt ipsum quod, quẽadmodũ, qui vniuersale speculan
I tur, multoties nonnulla singulariũ non nouere. Ex quibus constat, velle philosophum hic posse fieri demonstrationem, pp quid, ignorato quod: sed oppositum scribit 2. Poste. tex. 8. vbi dicitur, neminem scire propter quid, nisi prius nouerit quod, quemadmodum nemo potest scire quid est, nisi prius nouerit an sit. Accedit, ꝙ exemplum, quod dat hoc in loco de vniuersali videtur, & ipsum contradictorium multis alijs locis. Nam vult cognosci vniuersale ignorato particulari. K
Sed huic contrarium dicitur 1. Poste. tex. 33. vbi habetur, ꝙ deficiente sensu, & cognitione particularium, deficit scientia, & cognitio intellectualis. Item in lib. de Sẽsu, & sensili, intellectus dependet a sensu, quod etiam habet primo de Anima 12. vbi dicit, intellectus, aut phantasia est, aut nõ sine phantasia: si ergo nõ potest intellectus intelligere, nisi phantasmata speculetur, quo modo possibile ẽ, scire vniuersale, igno- L
rato particulari?

SOLVTIO.

PRÆCEPTVM illud in secundo Poste. tex. 8. dicens, neminem scire propter quid, si prius non nouerit quod, verissimum est & inculpabile, nam scientia, propter quid, pręstat prædicari causam in subiecto, & ob id prius oportet nosce prædicatũ inesse subiecto. Quamobrem recte ibi concludit, ꝙ quæsitum propter quid suppo-
nit necessario quod. Nunc vero M
cum dicit, posse mathematicos scire propter quid, & ignorare quod, id non est intelligendum, inquit Philoponus simpliciter, sed dũ non cogitant, aut animaduertunt. Quasi velit, ꝙ recta rõne procedentes, & intenti demonstrationibus semper habeant, quod, dum speculantur pp quid, Cum vero intenti non sunt, & minus considerant, possibile est, vt habeant propter quid, & ignorent quod, Assertq;

Phi-

A Philoponus exemplum, nã Astronomus cognoſcit Aquilonaria. Aſtra, quæ vna cum meridionalibus emergũt, tardius verti, quàm meridionalia, ſæpenumero vero, conſiderans taurum verti ante aurigam, putabit eum ante aurigã moueri, & per conſequens ante hunc occidere. id autem prouenit ex ea cauſa, quòd Aſtronomus non animaduertit neq; intentus eſt valde ſuo operi. Idem etiam ſentit Philoponus de cognitione B vniuerſalis, quòd re vera hæc ſupponit diſtinctam cognitionẽ particularium, ſed interdum, dum minus intenti ſumus, cognoſcimus vniuerſale, & ignoramus particulare. Exemplum eſt, de mula: nam quis ſcire poteſt, omnẽ mulam eſſe ſterilem, cum hoc tamen ſi mulam viderit magnum vterũ gerentem, ſuſpicabitur eam eſſe parituram, non conferens particulare, cum vniuerſali. Hæc Philoponus. & hoc totum accepit in C tex. qui dicit, qui vniuerſale ſpeculantur, multoties nonnulla ſingularium non nouere: quia non aduertunt. Nam græce verbo vſus eſt, ἀνεπισκεχίαν. quod in cautam, & minus intentam conſiderationem ſignificat. itaq; non poſſum, non niſi Philopoponi interpretationi ſubſcribere, in quam cõcordiam veniſſe Themiſtium, ſcribit Auer. in commento 101. qui incautam illam conſiderationem appellat negligentiam: licet Commentator paulo ab hac interpretatione euarians exponat, mathe- D maticos ſæpe definire res, & non conſiderare earum eſſe, cum abſtrahant a materia, & a particularibus, atque hoc modo fieri, vt habentes propter quid, renuant quod. Verum & non aliter conſueuimus hunc ſcopulum effugere. Quoniam dum in 2. Poſt. Ariſtot. agit de ꝓpter quid, & quod, ea conſiderat, vti quæſita ſunt in eadem ſcientia, in quo caſu impoſſibile eſt ſcire, propter quid, ignorato quod, ob rationem, quæ E ibi aſſignatur. nunc vero accipit propter quid, & quod, vt ſunt demonſtrationes in diuerſis ſciẽtijs, ſubalternis tamen. modo quid vetat, vt arithmeticus conſideret ſolam demonſtrationẽ propter quid, hoc eſt a cauſa, & demonſtrationem, quod, hoc eſt ab euentu concedat muſico? Nam arithmetic⁹ relinquit quod muſico: quia materia, & exercitatio circa opus, ab eo non cognoſcitur, ob eius abſtractionem, vt dicit F Auer. in comment. 100. ex authoritate Themiſtij 1. Poſt. cap. 30. Quamobrem non ſumus in eodẽ caſu. item cum Ariſto. dat exemplum de cognitione vniuerſalis, quæ aliqñ habetur ignoratis particularibus, opus eſt diligenter cõſiderare, ꝙ non dicit, ignoratis oĩbus particularibus, ſed quibuſdam, nam Græce ſic res ſe habet, πολλάκις ἔνια τῶν καθ᾽ ἕκαστον οὐκ ἴσασι Quid itaq; facit cõtradictionem? hæc. n. ſeſe amice compatiuntur,

non

G non posse cognosci uniuersale sine cognitione particularium, & cū cognitione vl'is adesse ignorātiā quorundā pticulariū. V.g. nosco oēm hoīem esse risibilem, qm̄ prius noui quosdā esse risibiles, cū hoc stat, vt ignorē eos, qui in extremo sunt occidente, hoīes eē. Diligenter ēt considera, ꝙ cognitio vl'is, si sit eadē cū cognitione confusa, tunc fieri pōt, vt qs sciat vl'e, & ignoret oīa particularia, verbi gratia, puer, qui prima die
H incipit addiscere mathematicas, pōt informari quadā gn̄ali cognitione, cum tamen nullam habet scientiam de particularibus theorematibus: verum hæc cognitio vl'is, & particularis, non est ea, de qua fit mentio in citatis locis, cū dicitur, vniuersale fieri in nobis ex cognitione particularium: nā hæc sunt res cognitæ, illa vero sunt modi cognoscendi. Si velis autem scire, quo modo cognitio vniuersalis, & indistincta antece-
I dat particularem, & distinctam, vide primo Poste. tex. 3. & 4.

CONT. CI.

Tex. 31. OSTENDENS Arist. primam figuram esse valde vtilem inter alias ad ipsam demonstrationem conficiendam, vtit̄ hac rōne ex alijs, ꝙ hæc figura deseruit maximopere disciplinis mathematicis, quæ maxime dicuntur demōstratiuæ, cum propter, quid contemplentur suorum effectuum. Qua sententia cōstituta, liquido constare videtur, voluisse hoc in loco Mathematicas demonstra- K
tiones esse præstantissimas, cum videatur argumētari, per earum excellentiam, atq; præstantiam. Sed oppositum videtur voluisse, tertio meta. tertio, quo in loco ait, in mathematicis non esse finem: nam si finis non est, non erit bonū, neque perfectum, & sic mathematicæ rōnes erunt potius in postremo ordine collocandæ.

SOLVTIO.

NON me fugit, hanc difficultatem egere maiore, atq; subtilio L
re disputatione, quàm ad præsens negocium pertinere videatur, præsertim cū in hac ipsa quæstione, viri clariss. accurate scripserint, & ex veteribus, & ex nostræ ætatis hominibus præcipui. quos vti vehementer diligo, ac plurimum colo, ita in his, quæ ad veritatis conquisitionem pertinent, probabiliter agens, illis contradicere non verebor. Sciendum itaq; fuisse Arist. claram, &
perspicuam sententiam, mathe- M
maticas demonstrationes certitudine demonstrandi obtinere inter alias omnes primum ordinē, ac veluti principatum. idq; apertissime voluit, secundo met. 16. vbi ait, certitudinem demonstrandi mathematicam, non in omnibus esse expetendā. quasi diceret, non omnibus datum esse adire Corinthum. Etenim eo in loco mathematicam certitudinē vult esse metrum, & mensuram aliarum. Quo posito, sic dicerem,

vel

vel ea certitudo est in ipsa demõ strατione, vel in re considerata. Non in re, quia mathematicæ sunt de accidentibus, quæ minus certa sunt quàm substantię, vt colligitur 7.met.4.itaque ea certitudo sumēda est, a mõ demonstrandi. Accedit, quod dum scientiæ ab omnibus authoribus inuicem comparantur, vel in subiecti pręstantia, vel in certitudine demonstrandi comparantur: & ob id docte dicebat Auer. 1. de Anima

B commento 1. scientiam de anima superare oēs alias sciētias nobilitate subiecti, excepta metaphysica. item certitudine demonstrandi excellere inter alias, exceptis mathematicis. Si itaq; certitudo mathematica, non a demonstratione esset petenda, sed a materia, tunc dicendum esset ex ea Arist. sententia 2.met.16. ꝙ mathematica vincat metaphysicam rōne subiecti, quod vti mõstruosum est, ita etiā manifeste falsum.

C itaq;, qui dicit, ꝙ certitudo mathematica non sumitur ab ipso mõ demonstrandi, sed a subiecta materia, videtur mihi dicere, παράδοξον, & ab Arist. quid penitus alienum. Si itaq; hæc certitudo se habet ad modum, & vim demonstrandi, cōcludendum venit, rōnes mathematicas firmissimam, & solidissimam habere certitudinem, & per consequens esse demonstrationes dignas valde hoc nomine, simpliciter siue potissimum. Nam cum causæ mathematicæ, causæ sint, necessario D sunt naturę cognitę, cum vero hę admodum sint sensatæ, & perspicuæ nobis, quoniā abstractæ sunt ab eo, ꝙ impedit faciliorem apprehensionem nostram, hoc est, a materia sensibili, & potentia, nā potentia est causa occultationis, vti actus est ratio intelligendi 9. met.20.patet, ꝙ procedunt a nobis notioribus, & per consequēs sunt causæ æque nobis, & naturæ cognitę, & sic aptę cōstituere demonstrationē simplr, quæ dat causam, & esse. In quam sententiam E videt̄ venisse Arist. primo poste. 42. vbi agens de præstantia, & certitudine scientiarum exēplificat in mathematicis, volēs Arithmeticam excellere Geometriam certitudine, qm̄ magis abstracta est, cum consideret vnitatem sine appositione, geometria vero punctum, ꝙ habet positionem: immo expresse docet, ꝙ abstractio maior in mathematicis, est causa maioris certitudinis: quomodo F arithmetica certior est musica, cū hæc materiam habeat sensibilē, hoc est sonum, illa vero minime. Item secundo phy. 20. magis mathematicæ dicantur illæ scientiæ, quæ sunt magis abstractæ, quæ vero minus sunt separatæ, eas vocat magis physicas, sed Auer. primo poste. 178. exponens ea, quæ dicit Arist. in primo poste. 42. iā citato, vult demonstrationem mathematicā esse perfectiorē scientia naturali, quoniam abstractior est.

G est. redditq; causam cur materia tollat certitudinem, quoniam admiscetur ei, quod est per accidens. rursus Auer. primo poste. 90. expresse ostendit mathematicum habet res suas in intellectu, cum eadem certitudine, quae est de rebus sensibilibus in sensu: & causam reddit, quia res illae mathematicae expoliantur a materia, & inde non fit deceptio. item Auer. primo Poste. 101. scribit, priora in mathematicis sunt priora secundum esse: priora autem apud

H nos in scientia naturali, sunt posteriora secundum esse. Addit & illud, mathematicas disciplinas esse vehementioris vniuersalitatis, quoniam a materia sunt immunes, & per consequens sunt nobis notiores. Sed idem Auerr. dicit in explicatione huius tex. 31. & est apud illum, in comento 103. vbi assignat causam, cur Arist. velit primam figuram esse maxime idoneam ad demonstrandum ex eo, quod mathemat. disciplinae tali v-

I tuntur figura, & inquit, quod math. scientiae sunt dignissimae demonstrationis, quia maior pars ma-

Tex. 31. thema. demonstrationum sunt simpliciter, hoc est causae, & esse. Patet itaque Auer. sententiam, esse opinionem Arist. quoniam haec quae dicit, ex visceribus dicit contextus Aristotelici: quod maxime patet, consideratis locis illis adductis. Idem voluit Commentator primo Phy. 2. 7. met. 10. tertio coeli 61. primo de Anima 10. in hanc sententiam venere latini omnes, quos viderim, subtilis doctor D. Thomas, Albertus, Egidius, Suessanus, Linconiensis, & Neoterici ferè omnes: adducti ea ratione, quod mathematicae demonstrationes sunt de rebus, quae non admiscentur cum materia; & ob id perfectae, ac certae, sunt existimandae. Cui sententiae adstipulari videtur Themistius primo Poster. cap. 26. vbi integrum, & iustum caput absoluit de praestantia mathematicarum. Idem vide- K

tur asserere, cum eas separat ab omni materiae conditionibus loco, qualitate, tempore, actione, motu, affectionibus, atq; alijs huiusmodi tertio physi. 71. quod item facit Aristo. 10. met. cap. 3. & primo de anima 17. immo Themistius ostendens maiorem efficaciam demonstrationis mathematicae, quàm sit naturalis primo de Anima 11. inquit, mathematicum deuenire ex definitione in cognitione accidentium: contra physicum ex accidentibus ire ad cognitionem de- L

finitionis. Simplicius quoq; & ipse hanc partem tuetur 2. Physi. 69: cum in mathematicis concedat bonum esse, & quidem contemplatiuum: nam habitus moralis est de eo bono, quod eligibile dicunt, speculatiuus verò de bono, quod verum dicitur: etenim scientia, cum sit de genere bonorum, & honestorum 1. de Anima 1. etiam mathematicae sunt bonae, & de bono appellandae, quoniam & ipsae sunt scientiae M

con-

A cōtemplatiuę, ex 6. metap. ab initio. Amplius Alexander Aphrodisiensis (referente Simplicio, secundo phy. 69.) & cum eo Philoponus, secundo Physi. 68. vult demonstrationem mathematicā pendere a forma, & Auer. in prologo primi phy. dicit, mathematicum considerare solam formam: forma vero videtur esse prima ratio demonstrandi, tum ex Arist. 9. met. 20. tum primo de anima 11. quo in loco, inquit, quod quid B est, siue formalis definitio ē principiū demonstrandi. Si igitur mathematicus eam habet, & quidē certissimam, ob abstractionē eius a materia videtur, ꝙ eius ēt demonstratio sit certissima. Sed quæret aliquis, quæ nam sit vtilitas, & quæ sit bonitas mathematica? primum autem de vtilitate dicendum. Nam quia scribitur tertio met. tertio, ꝙ in mathematicis non est finis, ob id putarunt nil esse vtilitatis, nonnulli: C idq; præter omnem rationem. Etenim mathematicæ iccirco mediæ inter naturalem, & diuinam scientiā a græcis scriptoribus fuere repositæ, vt ascendentes a reb⁹ naturalibus, quæ omnino materiales sunt, ad res diuinas, quæ simpliciter carent omni materia, possemus tanquā per mediā scalam tutius, & facilius tendere ad superiora. Nam animus assuetus in mathematica abstractione, facilius attollitur ad abstractionē rerū diuinarū. Deinde vtiles sunt mathematicæ, cum sint contemplatiuę, faciantq; theoricā, & sciētiā, immo sint pars fælicitatis humanæ. Etenim cum fælicitas alia sit actiua, alia contēplatiua, ex 10. Ethi. contemplatiua vero acquiratur scientijs speculatiuis, inter quas mathematicæ oīno reponuntur, vt habetur 6. met. a prīcipio, inde efficitur, vt illæ magnopere vtiles habeantur. Confirmat hoc ipsum Proclus in lib. Elementorum, qui ait, mathematicas conferre, non tantū ad moralem philosophiam, sed naturalem, & diuinam: conferunt & ad nauticam disciplinam, artem militarem, picturam, architecturam, atq; alias facultates. Est & propter se, delectabilis, hæc scientia mathematica, cū hoīem ita alliciat, ita ad sui amorem excitet, cu risq. alijs solutū reddat (quod inquit Proclus) vt nihil hac vna, magis colat, & veneretur. Plato vero adeo hāc sciām magnifecit, vt putarit eos arcēdos eē ab Academia, q illi⁹ imperiti viderent. Accedit, ꝙ Plato vniuersam eius philosophiā mathematicis exemplis illustrauit, atq; referxit: nam vix vnus, aut alter extat dialog⁹, in quo non plurima effuderit ꝑcepta mathematicorum: in Epinomide solem nobis datum fuisse memorat, vt numerandi rōnem consequeremur. Formas mathematicas per substantias rerum insertas existimat in Timæo. De vno summam habuit dispu-

G disputationem in Parmenide. Aiæ essentiã per numeros contẽperauit in dialogo de Natura. Geometriã voluit omnibus alijs scientijs prestare perfectionem, & lucẽ veluti quandã, vt author est Simplicius, tertio physi. 70. Ad exercitationem vero mathematicam adeo vtilẽ esse voluit, vt eã exercitatoriam artẽ aliquando appellarit. Sed nolo (vt in Panegyricis fieri solet) laudare hanc sciẽtiã. itaq; videamus, an in ipsa sit,
H vel non sit bonum. Considerandum tamen, ꝙ si bonitas sequit̃ vtile, quo modo vmbra sequitur corpus, necesse est omnino, vt dicamus, has scientias esse bonas, quoniam, & vtiles sunt. item si scientiæ sunt, & quidem contemplatiuæ, sequitur, vt sint bonæ, ex primo de Anima, primo. Rursus si fælicitas est bonum, cum hę sint speculatiuæ fælicitatis pars, erunt & bonæ. Item si faciunt scire, scientiam autẽ omnes natura ap-
I petunt, appetitus naturales, recta ratione, hoc est intelligentia non errante, dispositi sunt boni, bonæ erunt & hæc disciplinæ. Amplius, quod considerat mathematicus est forma, forma est actus, vel ens actu existens, itaq; res bona, cum bonitas sit passio entis, & præsertim in actu. At dices, oppositũ voluisse Aristo. tertio met. tertio, vbi dicit, mathematicã nõ habere rõnem de bono, & malo. Sed hoc non esse temere audiendum dicebat Auerr. eo in loco. Nam bonũ aliud est ad praxim, K & ad Actionẽ referendũ, & hoc ꝓprie est in morali philosophia, quæ maxime habet considerare finem agibilẽ: itẽ in oĩbus hoc bonũ reperit, vbi est finis, nam finis est de genere bonorum, & ob id Arist. deridet poetã in 2. phy. 23. volentẽ mortẽ esse finẽ quendã. aliud vero est bonum in rebus immobilibus, & in cognitione veri, quod bonũ honestũ appellant. id aũt in oĩbus disciplinis cõtẽplatiuis licet perspicere, quod L ẽt in mathematicis inuenitur: & hoc cõstantissime asserebat Arist. 13. meta. in calce primi cap. Et Alexander, siue potius Michael. Ephesius, idem censuit in explicatione loci adducti in pręcedentibus. Nam bonum, quod proprie finem consequitur, est id, quod cũ actione, & motu acquiritur, tale vero in mathematicis nõ põt reperiri, cum fine agibili careant, & oĩ motu: quod ẽt videtur voluisse Auerr. 2. physi. 74. Nunc vi M deamus quo pacto in mathematicis sint ea oĩa attributa, & conditiones, quæ maxime requiruntur ad demonstrationes simpliciter, dantes cãm & esse: idq; per inductionem agamus in his, quæ scribit Arist. in toto 1. lib. Poster. Incipiamus aũt a tex. quinto, secundũ veterem sectionẽ, in quo Aristo. definit, scire. Cum. n. scire sit rem per cãm cognoscere, eo mõ, quo ibi dicitur, proculdubio in mathematicis erit ipsum scire, cũ

sint

A sint in illis causæ formales, quæ maxime sunt idoneæ ad ipsam scientiam, tum quia actus formalis est prima ratio intelligendi. 9. Metaph. 20. tum quia formale qđ quid est, est principiũ sciēdi. 1. de aĩa. 11. tũ quia forma dat verum qđ quid est, verũ aũt qđ quid est largitur & pp quid de accñtibus in subiecto. 2. Post. 9. Est & alia conditio demr̃onis, vt constet ex propõnibus veris, veritas aũt est in Mathe. etenim abstrahentium B non est mēdaciũ. 1. Post. 25. & 2. Ph. 18. itaq; rõnes tales erunt veræ. Itē demr̃o debet constare ex primis siue principijs, sed rõ Mathe. constat ex primis principijs, cũ procedat a causis ꝓprijs & formalib⁹, quę cũ in primis ponunt faciũt eas esse primas & ꝓprias, & per consequens principia. Cõstat & demr̃o ex immediatis, qđ etiam satis liquido videtur hr̃e locũ in rõnibus Mathe. q̃ resoluunt vsq; ad indiuisibilia & immedia C ta principia: in quibus desinunt & quiescunt, quod latius patebit, cũ dicemus đ resolutione mathematica. Rursus demr̃o debet constare ex prioribus & notioribus: quod Them. audit quo ad naturam, non quo ad nos tm̃. Cum aũt ea q̃ naturę cognita sunt sint nobis ignota tam ĩ Math. quã in sciã naturali, in Metap. vero naturę cognita sint etiã nobis nota, vt superius ostēdebat, cõcluditur rõnem Mathe. ꝓcedere nõ solum ex notioribus, sed & magis q̃ cęteræ faciant sciæ oẽs. Accedit ꝙ D & demr̃onis conditio est, vt constet ex causis cõclõnis: id aũt esse in rõne Mathe. abunde fuit explicatum tũc, cũ dicebamus ibi maxime esse causam, nēpe formalē, quæ verũ est sciēdi principiũ in quocũq; gñe. Sed Aris. positis his condõnibus demr̃onis in text. 5. diuidit principia, in Dignitatem, Positionē, & hãc in suppositionē & definitionē, q̃ genere oĩa principiorũ tm̃ abest vt nõ deficiãt in Mathematicis, vt cæteræ scię ab E illis capiant exēpla. Nã quæ scribunt ab Euclide ĩ principio Geometriæ indicant apertissime, ꝙ oĩa hęc principia sint illi scię propria & accommodata. Est & alia conditio, 1. Post. 7. ꝙ demr̃o constet ex necessarijs, quę rõni mathematicæ tam aperte cõpetit, vt id probare sit potius dementiæ q̃ iudicij opus. Nam propõnes Mathe. summe sunt necessariæ, ob earũ separationē a materia, q̃ est cã cõtingētiæ & eius quod est ꝑ ac- F cidens, vt colligit ex. 1. Ph. sæpius & 1. Post. c. 42. Sed in tex. 8. 9. 10 11. primi Post. Arist. colligit tres alias cõdõnes, quę maxime requirũtur ad demr̃onē simpl'r dici de oĩ, per se, & vl'e; quæ quãtũ in rõnibus mathematicis esse possint, testãtur oĩa exēpla, quæ Arist. assignat in illis locis, hæc. n. ex Geometria & Arith. sunt excerptã. In tex. 20. primi Post. est & illa conditio demr̃onis, eam non posse trãscēdere de vno genere ĩ aliud. Id

G Id aũt q̃ maxĩe patet ex eo qđ dicit Arist. de Geometrica demr̃one, quę ad numeros applicari nõ põt:nã licet multa sint Theoremata in 5.& 6.Elemẽtorũ quæ repetunt in 7.& 8.id propterea nõ facit transitũ,quoniã hæc p similitudinẽ quandã procedunt,non aũt per applicationẽ demr̃onis Geometricæ ad numeros.hoc aũt vidit Arist.cũ dixit.1. Poste.20.nisi magnitudines numeri sint.&c.videbat.n.numeros p similitudinẽ

H cõtinuorũ dici triãgulares quadratos & quadrãgulos,nõ tñ ob hoc sequit̃,vt dmr̃o de cõtinuo conueniat quãtitati discretæ. Et si dicat quis,voluisse Proclũ diadochũ in 1.& 2.Elemẽtorũ,dari vnã sciam cõmunẽ Geometrię & Arith.cuius subiectũ sit Ens quãtũ phãtasiatũ,plurib⁹ modis respõdere possumus.Primũ,Proclũ,si id simpl'r voluerit,esse negãdũ:nã rõ nõ autoritas in philosophia desiderat̃. Aliter vero putarim probe dixisse

I se Proclũ, dari sciam communem Geomètriæ & Arith.q̃ tamẽ æquiuoca sit.vt.n.continuũ & discretũ gña sunt diuersa,quæ neq, vniuoce neque analogice conuenire posũt,sed æquiuoce,sic scia cõis Geometriæ & Arith. est Mathematica ipsa,cui Ens quãtum supponitur vt subiectũ: non tamẽ dicit Proclus , hanc sciam cõmunẽ pręstare facultatẽ transcendendi de vno genere in aliud. pro qua materia videndus est oĩo Auerr. 1. Post.c. 74. & in quæsito.5. sed reuertamur ad cõditiones demõstrationis.Ait Arist.1. Post.21.& 22.demr̃onẽ cõstare ex vl'ib⁹ nõ particularibus,æternis, nõ caducis : itẽ in tex.23.ex proprijs non cõib⁹ principijs:hæc aũt oĩa sunt ĩ rõne Math.qm̃ Mat.cõsiderat ea quæ nãlis, vt dr̃.2.Ph.18.& 3.cę. c.6.licet alia atq; alia rõne : nam à Ph.cũ motu & materia,à Math. vero sine his.quãto aũt magis res à motu & materia est sequestrata,tãto etiã minus vergit ad parti- K

cularia & corruptibilia , itaq; rõ Mathe. erit de eternis & vl'ibus. Est & conditio demr̃onis tex.24 & 25.primi Poste.demr̃onem cõstare subiecto,de quo accipit scia quid & quod, Dignitate q̃ præcognoscit̃ qđ,Passione, de qua supponit Quid est.Id aũt esse in Mathematicis cõperies per inductionem,& etiã ex Arist. exemplis loco citato.At in te.29.ponens differentiã inter sermones logicos & doctrinas cõtemplatiuas,quas Ma- L

thematicas vocat,vult in Logicis fieri posse paralogismũ,nõ aũt in Mathe. qm̃ vult has scientias nõ decipi syllogizãdo, neque etiam in assignandis propõnibus, redditq; cãm,quã breuitatis gr̃a ommitto:quo in loco Aristot. vr̃ maximopere extollere Mathematic. Item addit Mathematicũ resolue re facillime, quod dialecticus nõ põt efficere:vultque Math.abundare propõnibus conuertibilib⁹, & multiplicare media vel in latus vel in post assumendo,nõ autem M

A tem proiiciendo diuersa media ĩ cõcl'onem, vt facit dialecticus, ex quib⁹ oib⁹ cõstat scías Mathem. hr̃e summã pfectionem, & earum quoque demr̃ones. In te. vero. 30. vult demr̃onem aliã esse à priori & p cãm, aliã à posteriori & ab euentu, sumitq; exempla ex Astronomia: ac tãdem ĩ tex. 31. de quo ample loquimur in psentia, volens oñdere, ꝙ prima figura est maxime vtilis ipsi demr̃oni, ex eo probat id verũ esse, qm̃ Mathema

B ticæ scíæ p hãc syllogizãt: qđ si rõnes Math. nõ essent certissimæ, & potissimæ, rõ hic assignata, nulli⁹ esset momenti. Ad cõtradictionẽ mõ sic dicendũ, ĩ Mathe. non esse finem, neq; bonũ, accepto fine & bono vti ad praxim referunt, & ad ipsam actionem & motũ: quo mõ eas non hr̃e finem vr̃ voluisse Arist. 3. Me. 3. Non aũt eas carere fine negãdũ est, q̃ dr̃ esse pars fęlicitatis cõtemplatiuæ, item nõ carent bono speculabili, & pp se

C & ad aliud ordinato, vt in superioribus deductũ fuit, quanquam carent bono agibili. Bonũ autem speculabile & honestũ esse, & vtile demõstrauimus in præcedentibus, neq; hoc amplius nobis reppetendũ venit. At forte dicent viri doctissimi Mathematicas demr̃ones non videri adeo exactas & potissimas, vt iam dictum est, primum ex ea ratione, ꝙ vera & exacta scíã vr̃ esse de re præstantissima & summe perfecta: non autem sic se habent rationes Mathematicæ quæ sunt de accidentibus nempe de rebus quãtis nõ aũt đ substãtia: qũo ergo fieri põt eas esse exactas demr̃ationes, cũ de substantia Theoriam nullã faciãt? quã rõnem vr̃ dixisse primũ Simplicius, deinde recentiores. Ego vero dicerem, aliud esse considerare scíam quo ad subiecti pfectionẽ, aliud item, quo ad certitudinem demõstrandi. Itaq; fatebor, rõne subiecti Mathematicas scientias esse imperfectiores: cum hæ cõsiderent accidentia, Diuina

E vero & Naturalis, substantias. sed certitudine superãt vtrãque. Nam cum res Mathematicæ sint abiũctæ à materia, quę est causa occultationis, necesse est, vt sint certiores rebus naturalibus. Cum vero eædem formæ Mathematicæ, quo ad earũ existentiam, proxime pendeant à sensu, quod non faciunt res diuinæ, ob id sunt nobis notiores rebus Metaphysicis, & per consequens, summam obtinent certitudinem. dico itaque quòd

F ratione abstractionis superant Physicam, & ratione sensibilis earum existentiæ sunt notiores Metaphysica. Et si dicas, res Mathematicas non esse sensibiles ex Proclo, in primo Elementorum, qui dicit, eas esse solum quantitates abstractas, quæ non possunt inter sensibilia annumerari, sed sunt in phantasia receptæ, ego vero id totum admitterem, vti sunt separatæ sunt tamen sensibiles, vti existentiam

G habent, præsertim cum phantatasia sit media facultas inter sensum, & intellectũ. Item nota, ꝙ cã earũ certitudinis non est ꝙ sint sensatæ, sed ꝙ sint deputatę a mã qđ Auerr. dicit. 1. Poste. 42. Forte dixeris rõnes mathematicas deficere, qm̃ nõ demõstrãt a cã finali, efficiente, neq; materiali. Nõ finali, quia in illis nõ est finis, vt superius est deductũ: nã in illis dicebaẽ nõ esse bonũ intrinsecus, sed tm̃ extrinsecus aduenIens. Nõ ef-
H ficiẽte, qa abstrahũt a motu & fine, nã oẽ agẽs agit gr̃a finis. 2. Ph. Nõ materiali, quia Mathematicus abstrahit ab oĩ materia sensibili, licet nõ separet a materia intelligibili. 7. Me. 35. quã alij volunt ex latinis esse substantiã, vt Egidius, alij cõtinuũ in Geometria, & numerũ in Arithmetica, vt Zim. Proclus vero, vult esse quãtũ phantasiatũ: sed hoc nõ est pręsentis negocij: sat est hic esse materiam intelligibilẽ, quod colligiẽ ex Aris.
I 2. Post. 12. vbi docet demr̃are p cãm materialem, & dat exẽplũ in Mathematicis. de duobus dimidijs anguli recti in semicirculo descripti, q̃ vero sit hæc materia intelligibilis vocata, vide 7. Me. 34. 35. 39. 8. Met. 15. 5. Met. 3. sed dicẽdũ, multitidinẽ cãrũ non augere vim & perfectionẽ demonstrandi, nã forma est metrũ & mẽsura demõstrãdi, cũ sit principiũ vt res sit & cognoscaẽ: mediũ aũt ĩ demr̃onem simpl̃r debet esse & cã ꝙ res sit, & nr̃ę scię de eadem qđ dicit Auer. 1. Post. 8. quare seq̃- K
tur, ꝙ Math. ex priuatione illarũ cãrũ nõ careat demr̃onẽ simpl̃r. Et si dicas, voluisse Auer. 1. 8 quęsito, & alibi sæpius ꝙ demr̃o simpl̃r cõstet ex medio, qui sit cã extra qđ eẽ rei, & p cõsequẽs vel efficiẽs vel finalis, vt ĩ exẽplo de lunę defectu, qui demr̃atur ex terrę interpõne, q̃ ẽ cã efficiẽs itaq; cũ Mathe. careãt efficiẽte, nõ demr̃abũt simpl̃r: r̃nderẽ, eã cãm efficiẽtẽ accipi loco formæ: nã vbi formã ignoram⁹ vtimur cã externa, L
id aũt voluisse Auer. ꝓstat legentibus. 1. Post. c. 34. sed in 35. oñdẽs quartũ modũ per se, nõ esse vtilẽ ad demr̃onẽ simpl̃r, ex eo hoc cõcludit, ꝙ quartus modus sit a cã extrinseca, hoc est finali vel efficiẽte, a quib⁹ vult esse valde difficile sumere demr̃onem, qm̃ vult formã eẽ metrũ & mẽsurã demõstrandi. sed præstantissimi viri de Mathematicis, deque aliis optimis l̃ris benemeriti (quorum honoris cã, rationes in mediũ addu- M
cã, non aũt vt reprehendã) pluribus argumẽtis nituntur asserere demr̃ones mathematicas, nõ esse simpl̃r dicẽdas. Ego vero ne præsentẽ explicationẽ in immensum producã, eorũ potiorẽ adducam rõnẽ, cæteras vero in q̃onib⁹ nostris soluere nitemur, sunt. n. a pręstantissimo hoĩe excogitatæ, cui tm̃ tribuo, quãtũ forte alij ætatis nostræ nemini: cuique mathematicarũ illustrationẽ, plurimam acceptã referimus. ac primũ sic rõcinaẽ,

A cinatur, cũ oĩs demonstratio simpliciter, hẽat in medio termino vel subiecti vel passiõis definitionẽ, cũq; Mathe. demr̃o id hr̃e nõ possit, sequit̃ vt ñ sit potissima mi nor ex eo adstruit̃, qm̃ inductiõe patet in oĩb⁹ Theorematibus, Euclidis, Theodosij, Archimedis, & aliorũ, mediũ nõ esse huius vl̃ illius definitionẽ. Nã sumatur exẽplũ illud tritũ & in vsu maxime receptũ de Triangulo, & habere tres, patet hic mediũ nõ eẽ defini
B tionẽ, vel subiecti vel quæsiti, qm̃ hẽre angulũ extrĩsecũ ęqualẽ duo bus internis & oppositis, non est definitio triãguli, neq; ipsius hẽre tres: qđ tñ ꝓ medio accipit̃ in hac demõstratione. Sed ad hãc rõnẽ bifariã respondere possumus: primũ.n. negare possumus maiorẽ, qm̃ nõ est necessariũ, vt medi⁹ ter minus sit definitio vel subiecti vl̃ passionis, etenim vt sit cã, bene ẽ necessariũ, & ob id Arist. 1. Post. 5. definiẽs demonstrationẽ dixit,
C eã cõstare ex primis, veris, immediatis, prioribus, & notioribus, causisq; cõclusionis, nõ aũt dixit ex definitione. Et ob id Auer. in 8. q̃sito đmõstratiuo, exp̃sse docet tũc mediũ eẽ definitiõe cũ exprimit̃ sub forma oratiõis, nõ ꝙ sem per ita sit. Itẽ in demõstratione lunæ Eclypsis ꝙ sit cessatio luminis Solis ĩ ea, ex terræ interpõne, ait Auer. hoc eẽ cãm, nõ definitionẽ, quãobrẽ dico ꝙ in demõstratiõe đ triãgulo & hẽre tres p̃t fieri vt medi⁹ sit cã & nõ defõ, & tñ demõstratio sit potissima. Et si dicas D angulũ extrinsecũ nõ eẽ cãm ipsius hẽre tres in triãgulo, primũ dices aduersus Euclid. 1. Elemẽ. 32. deĩde aduersus Arist. 1. Poste. 23. vbi docẽs demõstrare ex prin cipijs ꝓprijs, exẽplũ datũ de triã gulo & hẽre tres, dicẽs demõstrari affectionẽ hãc đ triãgulo ex prĩ cipijs huius, hoc est ex principijs ꝓprijs, ea aũt sunt, q̃ cãm in se cõ tinẽt: cũ vero nulla alia sit cã, qua angulus extrinsecus, cõstat ex hac fieri demõstrationẽ ex principio E proprio, q̃ est vna ex cõdõnibus demõstratiõis simpl̃r. Sic itaq; sit respõsum ad maiorẽ ꝓpõnẽ illius argumẽti. Quid aũt sit respõdendũ ad minorẽ, ĩ p̃sentia nõ adducã, cũ alij ex auditoribus nr̃is maxime eruditi, ac Veneta nobilitate insignes, tã accurate ĩ hac re scripserint, vt nil amplius in hoc gñe exercitatiõis desyderari q̃at. Est .n. hæc materia adeo ꝓbabilis, vt nil cuipiã mirũ videri dẽat, si clarissimi viri in hoc negocio fuere F inter se discrepãtes. sed plura de hac ipsa certitudine dicemus in commentarijs nostris.

CONT. CII.

VOLENS Arist. ostẽdere sciam Tex. 33. intellectualẽ pendere a rebus sensibilibus, sensu cognitis, inq̃t deficiẽte sensu, tolli & deficere ipsam sciam: at cõtrariã vl̃ voluisse infra te. 39. quo in loco, differit vtra sit potior đmõstratio, vl̃is an ꝑticularis, determinatq; vl̃em eẽ p̃stabiliorem qm̃, res vl̃es sunt

G finitæ, singulares vero infinitæ: item vl'ia sunt intelligibilia, & particularia, sensilia. Ex quibus satis constat voluisse de indiuiduis nullam extare scientiã, cũ tñ in præsentia dicat, sine singularibus nõ fieri scíam posse in nobis.

SOLVTIO.

MIRVM est, q̃ diuersa sint loca hinc inde colligenda in hac proposita contradictione. Quę ne amplius studiosi desiderent, dabimus operam, vt primum cognoH scantur, deinde contradictionem tollemus. Quod singularia faciãt ad scientiam in primis est hic locus, nẽpe te. 33. qui apud Auerr. est. 134. vbi ex proposito argumẽtatur, ꝙ ablato sensu tollitur cognitio sensibiliũ, his dẽptis, deficit inductio, inductione extincta tollitur vl'e, hoc corrupto interit demonstratio, demonstratiõe dimota cessat oĩs scía: quamobrem sensu & particularibus extinctis necesse est, vt oĩs tollatur scía. Est I & ad idem, locus in prædicamentis cap. de substantia: vbi maximè, ac propriè substantiã, vult eẽ indiuidua substantiæ, atq; ea vocat primas, præstantissimasq; substantias. Itẽ in libello de sensu ac sensili, nõ posse, inquit, intellectũ intelligere, dẽpto sensu & cognitione particulariũ. Idem sæpius in 3. lib. de anima. Sed & 1. li. de anima. 12. intellectũ dicit esse, aut phantasiã aut nõ sine phantasia. Amplius commentator. 1. Me. 44. Philosophum inquit cognoscere tñ res, extra aĩam existentes, quæ K vero ita sunt, sunt particularia, nõ vl'ia, siquidẽ vl'e habet esse ex intellectu, non aũt extra animam. Quamobrẽ scía erit de rebus sensilibus & singularibus. Hinc emanauit prouerbiũ apud Philosophos, ꝙ sermones veri sunt, qui rñdent rebus sensilibus. Hinc cognitio indiuiduorũ, mõ fides, mõ scíę principium ab Auerroe dicta est. Et Arist. 1. Post. 43. inquit ob defectum sensuum, plurima problemata difficilia nobis existi L mari, de quibus si sensum haberemus nulla fieret qõ: datq; exemplum de vitro & lumine. Nã si videremus vitrũ perforatũ, & lumẽ permeare, facile sciremus qua ratione lãterna illuminet: id cum fugiat sensum, problema constituit ambiguũ. Sed & 8. li. Ph. 22. scribit, ĩfirmũ hẽre intellectũ, eũ, qui sensum pp rõnem pretermittit. Quod ẽt. 1. Topic. videt̃ voluisse cũ ait, plectendos esse eos, qui sensum negãt. Sed hæc suffi- M ciant pro parte sensibiliũ & particulariũ. Aduersus vero sensibilia, stant q̃dam loca, quæ ea à scientia & demonstratione oĩno repellũt. In primis ẽ, locus Porphyrij cap. de specie, qui vult ex Platonis snĩa, descendentibus à generalissimis ad specialissima. esse in specialissimis quiescendum, quoniam præter hæc sunt infinita indiuidua. de infinitis vero scientia non est. Idq, probat Ammonius eo in loco. quoniã indiuidua

A dua nec definiuntur, nec demon
ſtrant, & iccirco ſciri nõ poſsũt,
cum oĩs ſcĩa, aut definitione, aut
demr̃one acquirat̃ à nobis. Am-
plius Ariſ. lib.1. Prio. c. 1. reiicit
ꝑpõnes ſingulares, tanq̃ ineptas
ad ſcĩam, vt Alex. & Philop. te-
ſtantur. Itẽ 1. Poſt. tex. 21. & 22.
ex ꝑprio inſtituto oſtẽdit Ariſt.
demõſtrationem & definitionẽ
nõ eſſe de rebꝰ ſingularibꝰ, & ca
ducis. Rurſus 1. Poſt. 39. compa-
rans demr̃onem vl̃em particula-
B ri, laudat vl̃em, & deprimit par-
ticularem duabus rõnibus inter
cæteras. prima eſt, ꝙ vl̃ia ſunt fi-
nita, particularia infinita. Scd̃a,
ꝙ vl̃ia ſunt intelligibilia, particu
laria vero ſenſilia. Item 1. Poſte.
43. poſtquam dixit, ſcientiã non
eſſe de fortuitis, ſtatim cõcludit
ſcientiam nõ eſſe ſm̃ ſenſum, &
de rebus ſingularibus, qm̃ ſingu-
laria nõ ſunt obiecta intellectus,
cuius ſcĩa eſt habitus. & paulo
poſt, dicit vniuerſale eſſe hono-
C randum, cum ſit cã faciens ſcire
ꝑpter quid: quod ſenſui & parti
cularibus non cõtingit. Eſt & lo
cus 3. de Anima. 38. ꝙ ſenſus eſt
ſpecies ſenſilium, intellectus ve-
ro ſpecierũ: ex quo patet q̃ diſtet
intellectus, faciens ſcire ſpecies,
à ſenſu faciente ſentire ſingula-
ria, poſtremo & 2. de Anima 63.
ſenſus non comprehendit eſſen-
tiam rei, nam id alterius eſt facul
tatis, nẽpe intellectus. Itẽ 7. Me-
taph. 53. de ſingularibus ſubſtan
tiis, neq; definitio eſt, neq; de-

monſtratio. Nam cum hæc rece- D
dunt, ſolã retinent exiſtimationẽ,
quod dicit Auer. in explicatione
illius loci. His ita poſitis, ad con-
tradictionem dices, nũquã voluiſ
ſe Ariſt. & Auerr. vt de ſingulari-
bus ſit ſcientia, niſi ſcientiam cõi
nomine acceperis, quæ cognitio
eſt, & apprehenſio. Voluere tñ, de
ſingularibus, & ſenſilibus rebus
eſſe talem notitiam, quæ intelle-
ctui præbeat occaſionem ſcientię
acquirendæ. Nam cum in homi-
ne ſit intellectus alligatus ſenſi- E
bus, nec poſſit, intellectus ſine
phantaſia ſuum obire munus, ne-
ceſſe eſt, vt quod recipitur in in-
tellectu prius fuerit in ſenſu: ete
nim intellectus pendet à phantaſ
matibus. nunquid vero hæc de-
pendentia ſit per modum eſſen-
tiæ, vt putauit Alexander, tenẽs
intellectum mortalem, an potius
per modum obiecti, quod vo-
luere Themiſtius, Auerrois, &
Simplicius, id in libris de ani-
ma fuſius eſt explicandum. Sat F
vero ſit in præſentia, cognoſce-
re, cognitionem ſenſitiuam a-
ditum eſſe ad ſcientiam, non
autem ſcientiam proprie. Et
ob id Ariſtot. primo Poſterior.
9. & 10. non eligit tertium mo-
dum dicendi per ſe, vt vtilem
ad ſcientiam faciendam, quo-
niam ille conſiſtit ex ſingulari-
bus ſubſtantijs. Et ſi dicat quis,
Auerr. 1. Meta. 44. voluiſſe ſcien-
tiam eſſe de rebus extra animã,
quæ ſingulares ſunt, dicas, id

G esse sic intelligẽdũ, ꝙ intellectus faciens sciam cõsiderat ea q̃ hñt esse in re, nõ q̃ sint figmẽta. Etem̃ figmẽta nõ hñt rẽ extra aĩam illis rñdẽtẽ. Vl̃ia vero, q̃ in Philosophia considerant̃, hñt esse extra aĩam, qm̃ existũt ĩ particularibus reb⁹, ceu in eorũ fundamẽtis. dũ vero ab ĩtellectu nascunt̃, cognoscunt̃ vti sunt, nõ vti existũt, hoc est, vt hñt naturã vl̃em, nõ aũt singularẽ. Qm̃ res singulares extra aĩam, fiũt vl̃es actu ꝑ intell̃m, cũ
H intell̃s om̃ sit, deducere (vt dr̃ ĩ 3. de Aĩa) rẽ de ordine in ordinẽ: hoc est facere rẽ potẽtia intelligibilẽ, actu intellectã. Nã vl̃e in singularib⁹ nõ est, nisi potentia: actu vero est, cũ ab intellectu ꝑcipit̃, vnde illud effluxit, intellect⁹ est q̃ facit vniuersitatẽ in rebus. Hinc facile colligit̃ toto cęlo aberrasse, eos, q̃ dixere intell̃m non abstrahere ab actuali (vt vocãt) existẽtia. Nã si id esset, intell̃s cognosceret singularia. Item Auer.
I apertissimè voluit, intell̃m ꝯcipere formã, & qđ qđ est rei, nõ aũt actu existẽdi, vt q̃libet videre potest, in Paraphrasi quarti de cęlo & mũdo, sũma. 3. c. 1. sed & Aris. 1. Post. 22. explicãs, nũq̃d de his q̃ sæpius fiũt, sint sciẽ & demonstrationes, inq̃t, hęc vti talia sũt, hoc ẽ, vti vl̃ia, sciri: vti vero fiũt, existũtve esse particularia, & hoc mõ minime sciri. Sed vt error errorẽ pariat, dicũt q̃ actualẽ existẽtiã defendũt, eã esse ꝑdicationẽ in 1. modo dicẽdi per se: cum tñ id manifestissimè appareat esse K
absurdũ: nã Arist. in 3. mõ dicendi per se, ponit ea, quæ habent actu existere: vultq́; talia esse à sciẽtia & demõstratiõe, penit⁹ aliena.

CONT. CIII.

LONGA quidẽ disputatione oñdẽs Arist. in hac parte demõstrationẽ finitã rẽ eẽ, eãq́; hẽre statũ ĩ subiectis, ꝑdicatis, & medijs terminis, nec nõ in figuris & modis syllogizandi, itẽ predicationibus & modis dicẽdi ꝑ se, totã ipsã disputationẽ diuidit ĩ ꝑtes duas. Nã primũ id oñdit rõnib⁹ logicis, đinde & resolutorijs, q̃ demõstratiuæ ẽt appellant̃. Qđ Auer. explicãs, nõ solũ id ĩterpretat̃, sed iure id factũ fuisse argumẽtat̃. Ex quibus cõstat ĩ differẽdo, rõnes logicas añcedere rõnes đmõstratiuas. Oppositũ vero vr̃ voluisse Aris. 8. Ph. 22. itẽ. 1. cę. 22. quibus ĩ locis rõnes demõstratiuę vñr añcedere dialecticas. sed & Auer. 1. cę. 22. appellat ꝓmonẽ sufficientẽ, cũ res de qua agim⁹, fuerit firmata, rõne vera & demõstratiua: vultq́; hũc ipsũ ꝓmonẽ, quẽ sufficientẽ appellat, eẽ finẽ & absolutionẽ disputatiõis. Qđ si erit, necesse ẽ vt dicas rõnes demõstratiuas añponi logicis, siue dialecticis. Nã ꝓmo sufficiens ẽ ipsa rõ dialectica apud illũ. Tex. 34 & 35. et 36. L M

SOLVTIO.

MINIME quidẽ dubitandũ venit, nũ apud Arist. rõ logica siue dialectica añcedat đmõstratiuas. Quodq́; dicimus de Aristo. consimili ratione audiendum est, de

ipso

A ipſo Auer. hic. n. 3. Met. 1. oĩno aſſerebat, ſermones diſputatiuos præcedere demonſtratiuos. Quędam. n. rões veritatẽ excitant, q̃dam vero determinant, excitant autẽ dialecticæ diſputationes: determinant reſolutorię demonſtrationes. Itẽ ea afferri põt confirmatio. Cũ inuentio præcedat oĩno iudicium, rões dialecticæ inuentionem habent rei iudicãdæ, demonſtratiuæ vero iudiciũ de rebus inuentis faciũt, iccirco neceſ-
B ſe erat, vt rões logicæ, ſiue dialecticæ, anteirent: demõſtratiuæ autẽ, ſiue reſolutoriæ ſubſequerẽt. Rurſus in inuentione rerũ iudicãdarum, vtimur ordine facilioris doctrinæ: at longe facilior eſt argumentatio logica quã reſolutoria, itaq; logica argumentatio pręcedet. ob hanc cauſam Auer. in Epith. logicis, librum de locis topicis monet legendũ eſſe ante librũ de demonſtratione. Et Ariſt. 1. Topic. cap. 2. afferit, vtilem eſſe
C dialecticam ad exercitationẽ ingenij, ad colloquia, & ad ea quæ in Philoſophia tradũtur: qm̃ hęc animos præponat ad iudiciũ de re ſtatuendũ: quod nõ accideret ſi logica ratio eẽt aut grauior aut obſcurior cæteris. Ariſt quoq;. 1. coe. 85. rões dialecticas anteponit demonſtratiuis, id aũt intelligendum eſt, ordine facilioris doctrinæ: nam ex ipſa dialectica diſputatione facilius cognoſcimus difficillimas & maxime abſtruſas ambiguitates: & ob id veteres Academici de omni propoſita re, probabili argumentatione in vtranq; partem diſſerebant. Auer. aũt, vult nos vti rõnibus logicis ob tres cãs, prima eſt, ad excitandam ingenij vim, id habet 1. coe. 85. Secunda eſt, gratia confirmationis, 8. Ph. 22. Tertia eſt, ob inopiam demonſtrationũ, hoc eſt, dũ ipſa caremus demõſtratiua rõne, 1. de anima. 65. Cum aũt rõne logica vtimur ad ingenij excitationẽ, antecedit demonſtratiuas: cũ vero ad confirmationẽ, ſubſequiẽ demonſtratiuas: cum autem demonſtratione vti non poſſumus, ea quidẽ ſimplici & ſolitaria vti ſolemus hæc autem ad Auer. mẽtem dicta intelligũt recentiores. At dubitabit quiſpiam hoc in loco, quomõ rões logicæ adduci poſſint poſt demõſtratiuas ad cõfirmationem, ſi demonſtratio confirmat veritatem quantũ põt ipſa confirmari: eſt. n. ſcía demonſtratiua certa & impermutabilis, vt habetur in fine. 5. te. primi Poſt. item. 1. Poſt. 44. opinio eſt ſcientia mutabilis, igitur ratio logica cum efficiat opinionem, non poterit confirmare rationem demonſtratiuam. Item ſcientia & opinio ſunt contraria. 1. Poſte. 44. quomodo ergo erunt ambo de eadem re demonſtratio, & ratio logica? altera enim ſcientiã facit in nobis, altera opinionem. Dicerem, licẽt alij aliter ſentiant, ꝙ ratio Logica confirmat id quod demonſtratum fuerat.

G rat, non quo ad certitudinem rei demonstratæ, sed quoad complementũ & absolutionem disputationis: & est id, quod Græci authores dicunt consolari. Id aũt voluit apertissime Auer. 1. cœ. 22. vbi rõnẽ logicã vocat sufficientẽ sermonẽ, & illũ vult esse cõplementũ. Confirmant igitur rõnes logicæ, idest consolantur veritatẽ iam per demõstrationẽ explicatã quodãmodo sermonẽ perficiunt, non aũt addunt confirmationem
H aut certitudinẽ maiorẽ rei demõstratæ. Itẽ non addit opinio sciẽ, qm̃ opinio est, cũ rõne logica tm̃ scimus, non vbi illã adducimus post demonstrationẽ. Nã cũ seorsum accipitur scia ab opinione, non eas subordinantes, oppositi sunt habitus, & alterũ non cõpatit alterũ, qđ Arist. docet. 1. Post. 44. & Plato in Gorgia: cum vero subordinant inuicem, concurrunt in confirmationẽ veritatis, ẽm magis & minus. Sed aliam
I hic excitant nonnulli dubitationem hoc modo: si rat[illegible] Logica antecedit ordine excitationis ingenij, demonstratiuam, cur libri topici, qui de dialectica rõne tractant, non præcedunt libros de demonstratione? Nã Auerr. in Prologo primi Post. non audit Topicã esse legendã ante librum Poster. Huic diceret Auerr. facillime, libros ordinẽ habere non ex faciliori mõ tradendi, sed ex natura & perfectione rei interdũ. Nam lib. Physicorum primus est ordine doctrinæ in naturali Philosophia, nec tñ sequitur vt sit cęteris facilior. Itaq; liber Topicorum, licet faciliorem rem declaret, quàm lib. Poste. non tñ necesse erat vt antecederet, qm̃ ordo librorũ non est facilioris habitus: at in tradenda cognitione rerũ difficilium, ordo docendi vult, vt à facilioribus procedamus, quod Arist. docet. 1. Ph. 2. Est itaq; solutio, aliud requiri in ordinandis libris, & aliud in explicandis dif- K
ficultatibus: idq; latuit Auicennam, & Philoponum, qui voluere librum Topi. esse legendum ante Posteriora: sed de hac re alibi latius. L

CONT. CIIII.

Asserit Arist. demonstrationẽ vlẽm potiorem esse particulari. idq; multis rõnibus concludit. Oppositum vero videtur voluisse. 1. Poste. 3. quo in loco, explicãs quo mõ contingat idẽ sciri à nobis & ignorari, dicit, posse fieri vt aliquid sciamus in vniuersali, & ignorem⁹ in particulari, siue simpliciter. Etenim cognitio particularis est, scientia simpliciter, qđ eo in loco Auer. Them. Philop. & Latini omnes sunt interpretati. Itaque si sciẽtia simplr̃ perfectior est vlĩ, & hæc particularis est, efficitur, vt demonstratio particularis sit longe melior ac potior. Tex. 39. M

SOLVTIO.

Dices, Aristo. in tex. 3. accepisse cognitionem vniuersalẽ eã quæ dr̃ præexistens cognitio poten-

ten-

A tentialis, quæ oĩno tempore antecedit cognitionẽ ſimpliciter, quæ actu de re determinata habetur. Verbi cauſa, poſſum cognoſcere, omnem magnetem trahere ferrũ, & ignorare hãc eſſe magnetem, & trahere ferrũ. Ecce ꝙ vniuerſalis cognitio nõ eſt hoc ĩ loco demonſtratio, ſed ordo quidã in cognoſcẽdo ab vl̃i ad particularia, & hæc cognitio vl̃is, eſt ea quæ cõi nomine dicitur cõfuſa & imperfecta: quam forte voluit Ariſt.
B 1. Phy. te. 4. cum dixit, vnde ex vniuerſalibus in ſingularia oportet procedere. Quod vero hæc vniuerſalis cognitio, potentia ſit in comparatione actus, ſiue cognitionis particularis, declarat Auer. primo Poſt. c. 3. & Themiſt. cap. 3. Item Philoponus in eodẽ loco inquit, vl̃em cognitionem eſſe ibi audiendam, notitiã Theorematũ, q̃ in cõi prius condiſcunt deinde his vtimur exercendo in particularibus rebus, vt in Geo-
C metria, prius diſcimus, omne triãgulũ habere tres, poſtea id applicamus ei triãgulo quod in ſemicirculo vel alio quouis mõ, deſcribitur. Verum cum hic anteponit demonſtrationem vl̃em particulari, non loquitur de cognitionis ordine, ſed de præſtantia demonſtrationũ, cõparata ad earum obiecta, quæ ſunt vniuerſale & particulare: cũq; vniuerſale dicat eſſe obiectũ intellectus particulare ſenſus, ob id vult vniuerſale pręſtãtius eſſe particulari. ſed nõ vr̃ oĩno ablata oĩs difficultas. Si D eñ vult demõſtrationem vniuerſalem potiorẽ eſſe particulari, dicet quiſpiã, igiť particulariũ erit demõſtratio & ſcĩa, ſaltẽ in ſcđo ordine. At hoc vr̃ eſſe falſum, cũ 1. Poſte. 21. & 22. dixerit nullo pacto extare demõſtrationẽ de rebus particularibus. Item. 1. Poſte. 12. agens Ariſt. de erroribꝰ vl̃is, dicit primũ eſſe errorem cũ demonſtramus aliquid de re ſingulari: quod exponens Auer. in cõ. magno 38. intelligit hoc mõ, ſi E fuerit vnicũ indiuiduum ſub ſpecie, vt cœlũ, vel terra, tunc de eo demonſtramus vt ſpecies ſunt, nõ autem vti ſunt indiuidua, aliter allucinabimur. atq; idem voluit in media expoſitione ſuper eodẽ loco. Ecce ꝙ particularia nec demonſtrantur, neq; ſciunť. Tollit hanc difficultatẽ opportune Auerr. 1. Poſter. com. 160. vbi ait quòd Ariſto. dum differit vtrũ melior ſit demonſtratio vniuerſalis, an particularis, non intelligit F particularem eam quæ nomine aut ſigno particulari continetur, ſed particularem, & poſſumus intelligere minus vniuerſalem ſm̃ vnam expoſitionem: hoc eſt quæ certam aliquã ſpeciẽ demonſtrat. Verbi gratia, ſi demonſtraueris habere tres de Iſochele, demonſtratio eſt particularis: ſi vero de triangulo, iam erit vniuerſalis, at longe melior eſt, quæ habere tres de triangulo oſtendit, quàm quæ de Iſochele.

G Ex quibus patet non intelligere
Arist. per particularē demonstra-
tionē ea quæ fit de singularibus
rebus, sed de specieb⁹, q̄ interdū
singularia appellantur, vt scribit
Auer. 1. Post. 12. alia tñ vult expo
sitio, ꝙ Auer. loquatur de particu
lari pro indiuiduo vago, vt est q-
dam hō: nam hoc sapit naturam
quodammodo rei vl̄is. sed trāsla-
tionem consulas Abrahami, qñ
Burana ī hoc defecerit plurimū.
Vtrū vero de indiuiduis possit eē
H scientia, vberius in præcedenti-
bus diximus: verum nunc obiter
ēt pauca quædam sunt a nobis di
cenda. In primis adduci solet lo-
cus Auer. 7. Met. 20. vbi scribit, re
rum quidditates non existere, nisi
per esse rerum quidditates habē-
tium. hæc aūt cū singularia sint,
videtur itaq; demōstrationes po-
tissimū eē de singularibus rebus.
Quod vero quidditates rerū vni-
uersaliū hēant esse per ipsa sin-
gularia, nōnulli asserunt testimo-
I nio Arist. in prędicamentis, ca. de
substantia, vbi ait, ablatis indiui-
duis substantijs, cætera oīa corrū
pi. Verū tu diligentet considera,
ꝙ Auer. eo in loco intelligit, q̄d-
ditates rerū habere esse quod vo-
cant existendi, in particularibus,
& hoc non est demonstrationis
aut scientię obiectū, cū ostensum
fuerit. 1. Post. 21. demonstrationē
abstrahere ab ipsa existentia a-
ctuali, at vl̄es quidditates rerū,
quo ad essentiā, quę est ipsum es-
se cognitum per intellectum non
habent esse in singularibus: quo- K
circa, vniuersale hoc modo prius
est quam particulare, licet secun-
dū existendi modum posterius sit
particularibus. Id autem fuisse
Auerrois constat legentibus. 12.
Meta. 27. in quam ēt sñīam venit
Alexan. Hinc patet de indiuiduo
non esse scientiam, licet in eo exi
stat vniuersale, qm̄ indiuiduum
est substrata tantum materia &
suppositum existentiæ vniuersa-
lium, quorum esse ab intellectu
est, & ea rōne scitur, cum scientia L
sit habitus ipsius intellectus. Cū
vero dicitur ex cap. de substātia,
ꝙ ablatis indiuiduis cætera tol-
luntur, quę sunt vniuersalia, adno
tandum est, quod etiam Boethius
eo in loco animaduertit, primum
id non verū esse de vno tantum
indiuiduo, sed omnibus: quo-
niam ablato Socrate nō perit hō,
sed ablatis omnibus indiuiduis:
& si dicas, quid de indiuiduo,
quod vnicum est sub specie, vt
deus, mundus, sol? huic occur- M
rit diligenter Ammonius in præ-
dicamentis, ea verba intelligi,
de substantijs quæ considerantur
in lib. Prædicamentorum: quæ
sunt substantiæ sensibiles, gene-
ratæ & corruptibiles, non au-
tem ibi mentio est de substan-
tia æterna, vt deus, sol & simi-
lia alia. deinde & alia limitatio
affertur, cum dicitur, ablatis
primis substantijs cętera cor-
rumpi, id enim verum est, de
corruptione quo ad existere,
non

A non quo ad essentiam : nam intellectus faciens vniuersale in rebus, potest conseruare speciē vniuersalem, corruptis iam particularibus, nam in hyeme possumus lilium & rosam concipere, etiam ꝙ indiuidua omnia illarum specierum perierint. Et Astronomus definit, & demonstrat Eclypsim, licèt nulla actu sit Eclypsis. ex 1. Poste. 21. dicimus itaq; vniuersale prius esse particularibus secundum intellectum, & hoc
B modo facere scientiam. Si verò occurras, videre scientiam esse de particularibus cum vnicum est sub specie indiuiduum, v. g. sol, deus &cę. huic respondet Auer. in media expositione super text. 12. primi Poster. quòd in his demonstramus non vti sunt indiuidua, sed vti in his elucet natura vniuersalis. nā in indiuiduis eternis tota forma, & natura continetur ī eis. qđ ample habetur. 1. cœ. 4. & 98. vnde illud constat, qui di
C cit cœlum dicit formā : qui dicit hoc cœlum dicit formam in materia. In rebus autem materialibus tota natura nō fuit vnico supposito contenta, & iccirco ob earum imperfectionem plura requirunt indiuidua. Item ꝙ indiuiduum non possit ab intellectu cognosci, est aperta Auer. sententia 3. de anima 36. quod & de indiuiduis tam materialibus, q̄ etiam diuinis vult esse intelligendum.

CONT. CV.

Tex. 39. RVRSVS in eodem contex. 39. agens Aristot. de demſratione D vniuersali eam ostendit esse perfectiorem demonstratione particulari, hoc argumento inter alia, quòd in problematibus, quorū propter quid quærimus, nunquam animus acquiescit, nisi ad causam maxime vniuersalem deuenerit, quasi gradatione quadā procedens, dat autem huiusce rei exemplum. Vt si dicas, propter quid venit Socrates? alter respondeat, vt argentum accipiat. cur vult accipere argen- E tum? ille dicat, vt soluat cui debet. cur vult soluere? ille respondeat, ne iniuste agat. & sic semper ad altiores & communiores causas solemus deuenire, quousque vniuersalissima causa reperta, cesset omnis quæstio de re proposita. Ex quibus constat, voluisse Arist. quòd in vera sciētia propter quid, vbi sunt diuersę causę, quarum aliæ communiores, aliæ minus sunt communes, perfecta scientia est per causam commu- F niorem. Oppositum verò videtur voluisse 1. Physic. 1. vbi inquit scientiam rerum naturalium fieri à principijs & causis. vsque ad Elementa. Et expositores omnes, græci, & Auer. per principia & causas intelligunt causas magis communes, per elementa verò causas proprias rei, quę sunt materia & forma cuiuscunque rei naturalis.

SOLVTIO.

APPARENS nimirum est hæc

G hæc contradictio: nec valet dicere ꝙ Aristot. hic loquitur argumentando. Nam hic pro veritate agit & argumentatur. Itaque dicerem, ni fallor, ꝙ interdum in causis magis & minus vniuersalibus, vtimur ordine compositiuo, qui fit à primis causis & maxime vniuersalibus ad eas quę magis sunt propriæ. Vt.v.g.si cõponatur homo à sole & homine, tanquam causis efficientibus & inuicem subordinatis, deue-
H niam ad propriam materiam & formam huius hominis, hic processus erit compositiuus. Et hunc voluit Aristot.1.Physi.1.vbi scientiam naturalem constituit ex principijs, & causis descendendo ad rei elementa. ad quod videtur pertinere id quod ait Auerr. 5. Met.17.vbi inquit materiam habere certos quosdam gradus, quoniam prius formas recipit communiores, deinde minus communes, vsque ad formas indiui-
I duorum. Interdũ vero in eisdem causis vtimur resolutione, quæ à compositis ad simpliciora procedit, hoc est à rebus proprijs ad causas communiores. Nam causæ quo magis sunt vniuersales, eo sunt simpliciores, vt materia prima & Deus. In ipsis itaque problematibus, vbi propter quid per resolutionem venamur, procedimus à causis propinquis & proprijs ad remotiores, & communes: atq; hoc est quod Arist. hoc in loco ꝓponit. Quod aũt in Physicis voluerit ordinem compositiuum, id satis patet, ex ea ratione ꝙ Aristo. ibi agit de causis communibus, & proprijs ex quibus effectus naturales constãt. Et ob id dicit Auerr. eo in loco com.3. Si nos essemus natura ꝓcederemus à causis & principijs ad cõstitutionem rerum naturalium. At in hoc tex. præsenti, vult resolutionem in problematibus, quod facile constat ex secũdo exemplo, quod Arist. tradit in mathematicis, dicens, quando igitur cognoscimus ꝙ quatuor, qui extra sunt æquales qm̃ æquicrus: adhuc deficit: propter quid equicrus? quoniã triangulus: & hoc quoniam figura rectilinea: si autem hoc, non amplius propter aliquid erunt, maxime scimus: & vniuersaliter autem tunc, &cæ. Vnde Auerr.in com. 166. exponens ea quæ dicit Aristot. testatur scientiam quæsitorum, & problematum esse à primis causis ad vltimas in quocunq; genere causæ. Verbi gratia, in causis efficientibus procedimus ab efficiente ꝓprio ad maxime commune, & sic in cæteris: qui ordo alius quàm resolutorius esse non potest. In quo procedimus à compositis ad causas proprias, & ab his ad causas communes. Sed de hac re nimis multa.

CONT. CVI.

LEVIS est contradictio hic, dum asserit Aristot. demonstrationem affirmatiuam esse potiorem Tex.40.

rem

A rem negatiua, ob id, quod esse est prius non esse. Sic enim argumentatur: Esse præcedit non eē, demonstratio affirmatiua dicit esse, non esse vero negatiua, igitur affirmatiua prior. contrarium vr̃ colligi ex toto ferè primo libro de Physico auditu vbi declaratum est, omne quod fit, fieri ex nō ente: nam priuatio videtur præcedere formam in quacunque rei generatione, siue ea sit substantiarum, siue accidentium generatio. B

SOLVTIO.

SCIRE debes priuationem duplicem esse, aliam quæ antecedit habitum, aliam quæ ipsum omnino sequitur. Quæ antecedit, ea cum potentia coniuncta est, vt priuatio literarum in puero trium mensium: hæc autem priuatio potest ea simplex negatio appellari. Verum hæc simul cum potestate est, ad literas addiscendas. quæ vero sequitur habitum, ea est, quæ actum & potentiam tollit vt cæcitas, quæ aduenit ex organi, aut facultatis visiuæ interitu. C Vtranque priuationem docuit Aristo. in post prædicamentis cap. de oppositis. Nam inquit, Catulum ante nouē dies non videre, nec tamen esse cæcum. In hoc itaque spatio. 9. dierum catulus priuationem habet actus videndi, non autem potentiæ: cum in potentia sit, vt post. 9. dies, videat. Cum vero Aristot. dicit a priuatione ad habitū non dari regressum, de ea sanè intelligit, quæ actum & potentiam destruit. D Adde & ex eisdem post prędicamentis cap. de Priori, pri° aut tempore siue generatione dici, aut etiam perfectione. Nam plurima tempore præcedunt, quę perfectione sunt posteriora, & è diuerso vt patet in causis & effectibus: nam causæ posterius à nobis cognoscuntur, quæ tamen effectibus sunt priores. His sic positis, concidit contradictio. Quoniam asserendum est, priuationem præcedere formam, & habitum interdum, cum priuatio est simul cum potentia, sed præcedit tempore, non perfectione. E cum vero est priuatio illa quæ actum & potentiam tollit, hæc sequitur habitum vt cumque vero sit, omnis habitus naturaliter & secundum perfectionem præcedit priuationem: quomodo Aristo. nunc intelligit esse præcedere non esse, id enim ex natura rei non tempore est audiendum. F si autem de hac re vis plura cognoscere, legas quæ scribuntur. 9. Met. 20. Item secundo de generatione 59.

CONT. CVII.

OSTENDENS Arist. hoc in loco differentiam inter demonstrationem ostensiuam, & eam quæ ducit ad impossibile, determinat ostensiuam procedere à præmissarum confirmatione ad confirmationem conclusionis, & per consequens a priori ad posterius: Te. 41.

G sterius : impossibilis vero demonstratio ex opposito, a conclusione ad præmissas, hoc est a posteriori ad prius. Cum vero processus à priori ad posterius longe potior sit, ac præstabilior eo, qui fit à posteriori ad prius, hinc concludit perfectiorem esse demonstrationem ostensiuam, ea quæ ducit ad impossibile. Oppositum vero videtur voluisse. 1. Priorum sectione secunda, vbi colligitur in quocunque syllogismo proceden-
H dum esse a præmissarum confirmatione ad confirmationem conclusionum : nũquam autem è diuerso.

SOLVTIO.

VIDIT Auer. hanc difficultatem in com. 176. primi Poste. & iccirco occasione illius digreditur : quam digressionem videre omnino poteris. Vt autem à nobis quàm breuissime tollatur hæc contradictio, scire debes, quòd alia est ratio dum argumẽtamur
I in veris, alia dum argumentamur in falsis, & impossibilibus. In syllogismis autem veris, necessario tenemur ire a veritate præmissarum ad veritatem conclusionis. Et ratio est, quoniam semper procedimus à veritate antecedentis ad veritatem consequentis, vnde dicimus homo est, igitur animal est : quoniam homo est antecedens, & animal consequens. non teneret autem à veritate consequentis ad veritatem antecedentis : quoniam non valet, est animal, igitur homo. Et K
hoc voluit Aristo. in secunda sectione primi Prio. In rationibus vero falsis, oppositum agimus : nam in his procedimus a destructione consequẽtis ad destructionem antecedentis : vt si dicas nõ est animal, igitur non est homo: non autem valebit, si dixeris, nõ est homo, igitur non est animal: ecce quòd in falsis a posteriori procedimus ad prius : & hoc est quòd vult in præsentia loquens de demonstratione ducente ad L
impossibile. Ad hæc pertinent, quædam in primo Physic. in ea parte, vbi destruit Aristo. rõnes Parmenidis & Melissi. sed hæc sufficiant modo.

CONT. CVIII.

AGENS Aristo. de certitudine Tex. scientiarum, vult eam esse certiorem & priorem cæteris alijs, quæ dat nobis quæsitum quod & propter quid : id enim longe melius est quam afferre tantum qđ, M
vel solum propter quid. Ex quibus verbis colligitur, trina diuisio, quòd scientia alia dat quod, alia propter quid, alia vtrunque. Et sic colliguntur tres demonstrationis species, quod, causæ, & simpliciter. Oppositum videtur voluisse Aristo. in præcedentibus, tex. 30. vbi scientiam, & demonstrationẽ distinguit in duo tantum, hoc est, quod, & propter quid.

Solu-

A SOLVTIO.

ABVNDE diximus ſuper text. 30. de hac re: verum in rebus maximopere neceſſariis iuuat mirum in modum repetitio: ea præſertim, quæ nouas res in mediũ adducit. Eſt autem diligenter animaduertendum, quòd hæc diuiſio trium demõſtrationum obſcure, & diminute tradita fuit a priſcis ſcriptoribus: nã & Auicenna auſus eſt demonſtrationẽ quod, tanquam ineptam, & hoc B nomine indignam, ab ipſo genere demonſtrationis repellere, vt refert Auerr. primo Poſter. 95. & in quæſito demonſtratiuo ſexto. Cuius rationes confutatas optime videbis locis adductis. Alii vero ex latinis noſtris, nolunt demonſtrationem ſimpliciter re, & ſpecie a demonſtratione propter quid, ſeparari. inter quos quadam ex parte eſt Albertus Magnus, & Ioannes Andegauenſis in quæſtionibus ſuper 9. diuinæ C philoſophiæ: quam etiam ſententiam ſecutus fuit ex recentioribus authoribus Hiſpanus. Horum præcipua ratio eſt, demonſtrationem cauſæ, & demonſtrationem ſimpliciter, differre quo ad homines, non autem in re: idque adſtruunt hoc argumento, quòd apud hominem, qui nõ norit effectum eſſe, demonſtratio dabit cauſam, & eſſe, & erit ſimpliciter. apud verò hominem, qui norit effectum demonſtratio prſtabit cauſam tantum: & erit eadem demonſtratio numero. quo autem pacto tollatur hęc ratio, docuimus in contradictionibus text. 30. nec opus eſt, vt dicitur, retexere orſum. illud tamen ſufficiat in præſentia dicere, Ariſtotelem hoc in loco, eas demonſtrationes diſtinguere ſecundum maiorem, ac minorem certitudinem, nam hic de certitudine ipſa agit, ex primario propoſito: eſt autem certitudinis ratio, conditio eſſentialis, non autem ſecundum accidens: quo circa, ſi ſcientia dans quod, & propter quid certior eſt. quàm quod tantum, vel tãtum propter quid, ſequitur vt hæ demonſtrationes differant omnes ratione ſpecifica, non autem ſecundum accidens. Quod vero Ariſto. breuiſſime hic attingit, Auerrois vberius explicat. Nam primo Poſte. commento 7. 54. 55. 56. 95. atque alibi, demonſtrationem vult aliam eſſe cauſæ, aliam exiſtẽtiæ, aliam ſimpliciter. Quod longa explicatione confirmat in Epith. logicis, ca. de demonſtratione: necnon quæſito 3. & 6. & in prologo primi phyſic. quo in loco tres ſpecies demõſtrationum vocat, vias doctrinæ. Amplius Auerr. ſecundo cœli 35. diſtinguit demõſtrationes, hoc modo: vel enim procedimus a priori noto, vel a poſteriori, vel a priori minus noto, quàm poſterius. Si a priori magis noto, quam poſterius demonſtremus, erit demonſtratio ſim-

G simpliciter vocata, quæ tibi dabit esse effectus, & propter quid, eiusdem. Si vero iueris a posteriori ad prius, erit demonstratio quod, siue euidentiæ: siue signi. Si vero a causa processeris minus nota quam sit eius effectus, vt causa, præstabit propter quid, vt minus nota non præstabit esse effectus, cum illud notius sit sua causa. Atque hoc verum est tam in rebus, quę habent esse firmum, quam in his, quę consistunt in fieri, vt
H lunæ deliquium &c. quod nam autem sit exemplum de demonstratione, quæ dat propter quid solum, per te ipsum legas commentum 65. 8. physicorum. id enim omnibus tritum.

Eandem diuisionem demonstrationis, secundum horum quæsitorum distributionem videtur voluisse Themistius super 2. Poster. cap. 2. qui potissimę demonstrationis vim esse voluit, in absoluẽdis duobus quæsitis, nempe
I quod, & propter quid. Vtcumque tamen res se habeat, illud te ignorare non oportet, ꝙ distinctio demonstrationis simpliciter, & causæ, interdum ab earũ obiectis accipitur, interdum a qualitate medij termini. Cum vero ex obiectis separantur, separãtur ratione quæsitorum: atque ita dicimus, demõstrastionem causæ dare propter quid: demonstrationem vero simpliciter, dare nobis vtrumque quæsitum: & hanc differentiam cognouit Zimara, & posteriores alij, licet eam ignorarit Andegauensis in suis quæstionibus 12. K
metaph. quæstione tertia. At alia extat differentia sumpta a medio termino, quoniam demonstratio causæ potest procedere a quolibet genere causæ, etiam non conuertibilis, qualis est præsertim cã efficiens, & interdum finalis, item potest fieri, ex causa materiali, vt colligitur secundo Poster. 11. demõstratio autem simpliciter vult causam formalem, quæ est principium, vt res sit, & vt intelligatur 9. metaph. 20. & 1. de anima 11. idque voluisse Auer. constat legentibus primo Post. comment. 8. vbi scribit medium esse causam rei, & nostræ scientiæ simul. Amplius primo Poste. commen. 34. & 35. vult Auerr. quartũ modum dicendi per se fieri, ex causis externis, quas dicit constituere demonstrationem signi, vel etiam propter quid tantum, non autem demonstrationem simpliciter: nam hãc ingreditur causa M
interna. materia, & forma, materia, vt deferẽs, forma vero, vt rei, quod quid est esse. Ad contradictionẽ vero vide, quæ scripsimus super text. 30. Nam eo in loco concordia huius rei habetur.

CONT. CIX.

INTER cætera, quæ in hoc Tex. 43.
contex. dicuntur, illud est, quòd scientia non habetur per sensum: idque videtur Aristot. adstruere ratione huiusmodi: quoniam scientia est de rebus vniuersalibus, sensus

A ſenſus vero eſt particularium, in-
de ſequitur, vt ſenſus non faciat
ſcire. Ex quibus habes, ſenſum
habere pro obiecto rem ſingu-
larem: ſed ſecundo Poſte. omni-
no huic contrarium aſſerit, quo-
niam text. 26. inquit, ſenſum eſ-
ſe rei vniuerſalis, non autem par
ticularis. id itaque videtur ma-
nifeſte pugnare cum eo, quòd in
præſentia dicitur.

SOLVTIO.

ETSI diligenter Zimara ean
B dem fere difficultatem examinat
in ſuis contradictionibus, attamē
neq; nobis, neq; alijs eripitur phi
loſophandi facultas. Itaque prius
quàm tollatur vis contradictionis
videndum eſſe puto, quæ ſit ſen-
ſus natura, & facultas, quodve
eius obiectum, atque operatio.
Senſus itaque ex his, quæ habet
Ariſto. tum in ſecundo, ac tertio
de anima, tum in lib. de Senſu, ac
ſenſili, potentia eſt corporea, &
materialis, ab anima excitata pro
C cognitione ſenſilium, & particu-
larium cuius, actio communis eſt,
ſentire: intelligo autem actionem
ipſum actum ſentiendi. non enim
ignoro talem actum, eſſe paſſio-
nem proprie, cum ſentire ſit pa-
ti, ſecundo de anima 11. Hunc
autem ſenſum eſſe de genere paſ-
ſiuorum, oſtenditur ſecundo de
anima 51, 52. 59. 60. & tertio de
anima 18. & 7. phyſic. 12. in quā
ſententiam venit ampliſſime Ale
xander, & omnes recte ſentien-
tes. Item illud non ommitten-
dum, ſenſum quemlibet modo D
actu, modo potentia ſumi ſecun-
do de anima 53. & 138. cum au-
tem actu eſt, eius opus eſt ſenti-
re, cum vero potentia aſſumitur,
eius opus eſt, ſentire poſſe. Huius
obiectum eſt ſenſibile, hoc eſt pro
prium proprij ſenſus, & commu-
ne communis. Vtrumque vero
fuerit, ſenſus non percipit aliud
quàm ſenſibile. non enim attin-
git eſſentiam vniuerſalē rei, quo-
niam id pertinet ad aliam facul-
tatem, hoc eſt intellectum, vt ſcri E
bitur ſecundo de anima 63. eſt
autem ſenſibile, intentio indiui-
dualis alicuius decem prędicamē
torum, quod & ſecundo de ani-
ma dicitur, 63. & Auer. cōfirmat
tertio de anima 6. 20. 33. Adden-
dum quoque illud eſt, quòd cum
ſenſus ſenſibile recipit, id recipit
abſque materia, non aliter quàm
faciat ſigillum cæra. hęc enim ſi-
gilli formam recipit, quæ in illo
eſt, abſque ſigilli materia. id am-
ple licet cognoſcere, ex ſecundo F
de anima 121. & 138. quem lo-
cum adeo diligenter interpreta-
tus eſt Themiſtius, ſeundo de ani
mā, cap. 20. 22. & in lib. de me-
moria & reminiſc. cap. 11. vt nil
amplius in ea re deſyderari poſ-
ſit. Idem confirmat Alexander in
explicatione de anima, eo in lo-
co, vbi de ſenſu communi pertra-
ctat. Nam cum viſus (ille inquit)
colores videt, neque albeſcit, ne-
que nigreſcit: quod etiā reppetit,
vbi differit de phantaſia in ſecū-

G do de anima. Postremo & illud animaduertas studiose adolescẽs, quòd in sensu quocunq; tria hæc consideranda sunt, sensile, vis sentiendi, & actus. Est autem sensile obiectum: vis sentiendi, facultas: actus vero est, sentire. Nam visus est sensus, color obiectum: vis visoria facultas: videre, actus. Ex quibus optime sequitur, quòd visus, cum sit potentia tota sensibilis, & color eius obiectum, non autem hic, vel ille color, necesse H est, vt sensus in ratione potentiæ ad obiectum comparatus, sit de re vniuersali, non particulari. Nam si obiectum visus esset hic color, alium non reciperet, aut sentiret: quod tamen dici non potest, cum omnem colorẽ videat, & de alijs idẽ sensibus dicimus. At visus comparatus suo actui, qui est sentire, est de re singulari, quoniam dum in actum defertur singulares intentiones apprehendit, tum quia rerum natura- I lium actus sunt singularium, primo meta. quinto, quomodo sensum dicimus, esse de rebus singularibus. Ad hoc plurimum facit, quod scribit Auer. secũdo de anima 65. inquit enim, si sensus pateretur ab aliquo indiuiduo, vti indiuiduum est, ab alio pati nõ posset. Et ratio est, quòd sensus in patiendo licet sentiat vnicum indiuiduum, non tamen illud vnũ est sibi tantum, obiectum. Aristo. itaq; (vt tollatur contradictio) in præsenti tex. cõsiderat sensum cõparatum suo actui, qui est sentire, & hoc modo indiuiduorum est, non autem vniuersalium: & sic sensus non facit sciẽtiam, quoniam hæc vult res vniuersales, quæ ab actu intellectus cognoscũtur. Cum vero dicit in secundo Poste. quòd sensus est vniuersalis, intellige in ratione obiecti. vti communis est potẽtia ad plures actus singularium comparata. Sic enim nullam inuenies de hac ipsa re, ambiguitatem. K

CONT. CX. L

EXTAT in eodem contextu, & alius locus, postquam.n. Arist. dixerat, ꝙ sensus non facit scire, id exemplo huiusmodi cõfirmat, nã inquit, ex vno particulari non fit scientia, quare & si supra lunã existentes videremus obiectam terram, non vtique sciremus causam defectus: sentiremus enim nunc, quòd deficit, & non propter quid omnino: nõ enim erat sensus ipsius vniuersalis, sed ex eo, quòd speculamur hoc plerunque contingere, vniuersale vtiq; venati demonstrationem habebamus, ex singularibus enim pluribus vniuersale manifestum. Ex his liquido constat, scientiam nõ fieri, neque vniuersale ipsum ex vna particulari causa. At mirum est, quòd huic oppositũ expresse dicat secundo Post. primo, vbi non solum contrariam affert sententiam, verum etiam in eodem exẽplo pugnantia dicit. Etenim eo in loco declarãs omnem quæstionẽ M

A stionem esse propter medium, inquit, id maxime patere in rebus sensibilibus, & particularibus: in quibus, ex vno particulari sensibili, efficitur vniuersale, datque exemplum, his verbis; quæ a me iccirco referuntur, vt studiosi facilius cõtradictionẽ cognoscant, ac iudicent. Si vero essemus supra lunam, non vtiq; quærerem', neq; si sit, neq; propter quid, sed simul vtique manifestum fuisset, ex eo enim quod sentitur, & vni-
B uersale, nobis factum est scire. sensus namq; est, ꝙ nunc obstruitur: manifestum enim, ꝙ nũc deficit: ex hoc autem factum vtique fuit vniuersale. loca ita hæc sese feriunt, vt nulla ratione conuenire posse videantur.

SOLVTIO.

VIDETVR hæc omnis difficultas in eo consistere, vtrũ ex vno particulari solo possit intellectio produci ab intellectu. Vbi notandum venit, quòd species vniuer-
C sales sunt duplices. Quædam. n. habent vnicum sub se indiuiduum, vt Deus, Mundus, Sol, Terra, &c. quædam vero habent plura indiuidua, vt species humana, & aliæ similes. Omnes vero sunt intellectus obiecta, vti a suppositis particularibus abstrahuntur. Verum in hac abstractione facilius intelligitur species habens plura indiuidua, quàm ea, quæ vnicum habet tantum indiuiduum: quoniam cum species intelligibilis sit similitudo omnium indiuiduorum, facilius D
ea similitudo cognoscitur in multis, quàm in vno tantum; quoniam phantasia excitata a diuersis singularibus, facilius elicit phãtasma, quod postea opera intellectus habet fieri vniuersale. Cum autem sub specie vnicum est indiuiduum, tunc intellectus etiam excitatur a phantasia concipiente illud indiuiduum, ad seipsum bis, ter, atq; amplius comparatum, & ita fit vniuersale ex vnico illo singulari, concurrente E
imaginationis opera. id autem primum colligitur, ex Porphirio cap. de specie, vbi dicit omnem speciem prædicari de pluribus indiuiduis, cum tamen constet, speciem, quæ vnicum habet indiuiduum. At hoc veritatem nõ haberet, nisi species vnius indiuidui, potestate logica, & supplente imaginatione, prædicaretur de multis. Item Arist. primo Poste. 11. dicit decipi illum, qui de sole, aut mundo demonstrat ali- F
quid & putat se vniuersale demonstrare, cum de eis, vti singularia sunt quicquam demonstrat. Nam inquit, esse demonstrandã de illis passionẽ, vti species sunt, non vti indiuidua sunt. Sequitur itaque, vt hæc habeant rationẽ specificam, potestate contentam in vno indiuiduo, quod sæpius per imaginationem conceptum, occasionem præstat intellectui, vt tanquam species vniuersalis intelligatur. Quod vero id possit

G imaginatio facere, satis cognoscit ab experientia, nam sæpius viso eodem particulari solo, vel phantasia concepto, efficitur in nobis vniuersale. Amplius secundo de anima 153. scribitur imaginationem posse imaginari formas illas, quarum indiuidua nunquam sensibus cognouim⁹: quod si est, quanto magis id faciet de forma, cuius vnicum indiuiduum sentimus? Dicimus itaque ad contradictionem, voluisse Aristo. in hoc H 43. ex singulari non fieri scientiã vniuersalem, semel cognito per sensum, & absque imaginationis negocio, fieri tamen scientiam posse de singulari, vti sæpius sentitur, vel vt opera imaginationis ad seipsum pluribus vicibus comparatur. Hanc autem voluisse sententiam Aristo. persuadet primum Lynconiensis, hoc in loco, dicens, quòd sensus, vti sensus, non est causa scientiæ, neque rei vniuersalis, sed est I sola occasio: id autem intelligitur verum esse, de sensu, absque alia potentia, cum eo coniuncta. Ad hæc etiam pertinet id, quòd ait Philoponus secundo Poste. primo, nam exponens illud exemplum de lunæ eclypsi, inquit, ex eo enim, quòd sensu sentimus, & hoc sæpius fieri videmus, concludimus, lunam deficere. Ex eo vero particulari, quod sæpius fieri cognoscimus, efficitur in nobis scientia vniuersalis, quòd omnis lunæ eclypsis fit terræ interuentu. Idem voluisse Themistius in vtroque loco, primi, ac secundi Post. indicant apertissime eius verba. Nam explicans ea, quæ hic dicuntur, & est locus apud Themistium, primo Post. cap. 46. sic dicit, oĩs perfecta demonstratio, ac veritas efficitur a sensibus: neque enim vniuersale intelligi potest, nisi id oriatur, ex multis sensuũ functionib⁹, &c. at secundo Post. cap. secundo, exponens locum facientem contradictionem, inquit, neque id assero, vt intelligam idem esse, habere causam, & sensibus cognoscere: sed quia sensibus vniuersale venamur, & ad scire ipsum proficiscimur. Ex quibus vult causam vniuersalem sensu non cognosci, licet intellectus a sensibus excitatus, ad causam vniuersalem tendat, nam sensus est intellectionis occasio. Sed & Auerr. commento 182. quod plurimis documentis scatet, eandem Themistij sententiam æmulatus, dicit, si essemus super lunam, adeo, ꝙ sentiremus, ꝙ deficit, ob terræ interuentum, non sciremus causam cuiuscunque eclipsis, vt eclipsis, ex parte sensus, sed sensus daret nobis huius particularis eclipsis causam tantum. quoniã sensus comprehendit rem particularem, non vniuersalem, ꝙ si efficeretur cognitio vniuersalis de eclipsi, id fieret ab intellectu nõ sensu: & hoc præsertim cum fit sensus reppetitio. licet autem ex

his

A his verbis Auer. iam pateat solutio, ad veritatis vero efficaciorẽ comprobationem, videre & hæc alia poteris secundo Poste. cõm. 7. vbi Auerro. interpretatur locum facientem contradictionem, inquit enim, dubitans cur Aristo. velit ibi sensum posse efficere in nobis cognitionem vniuersalis, nam quòd quærit est ipsa vniuersalis causa, sensus vero facit solã cognitionem particularem: sed, inquit Aristotelẽ id dixisse, quo-
B niam voluit, ob sensationem, adueniat intellectui res vniuersalis, quoniam ex nostro imaginari hoc particulare, aduenit intellectui illud vniuersale, quod inest huic particulari. Sed ne laborem in re summe perspicua, finẽ dicendi faciam.

CONT. III.

EXPLANANS Aristo. habitus intellectus, videtur eos enumerare octo, & sunt, opinio, scien-
C tia, ars, ratio, prudentia, sapiẽtia, intellectus, & solertia. Sed lib. sexto Ethicorum cap. 4. longe aliter videtur hæc ipsa enumerare: siquidem eo in loco nominat suspicionem inter habitus, quam hic non explicat. & hic, enumerat discursum, & solertiam, de quibus in sexto Ethicorum nihil loquitur. Ex quo quispiam credet Aristotelem pugnantia dixisse.

SOLVTIO.

D VT diligenter hanc postremam contradictionem de medio tollamus, non erit ab re, cognoscere, vim, naturam, significationem, & differentiam horum, de quibus agimus, habituum. Inde enim facile constabit, quid hic voluerit Aristo. quidque in libris Ethicorum. Primum autem est animaduertendum, ꝙ habitus intellectus, siue humanæ rõnis, cõparatus ad syllogismum, communi omnium consensu, triplex esse
E dicitur. Vel enim simplicium rerum cognitio est, cui liber prædicamentorum respondet, qui eatenus ad syllogismum refertur, quatenus ille ex terminis constat. secundus est habitus, qui dicitur, compositio, & diuisio, siue affirmatio, & negatio, cui respondet liber de interpretatione, qui ob id pertinet ad syllogismum, qm̃ syllogismus, ex propositionibus efficitur, quæ vel affirmãt,
F vel negant. Colliguntur hi duo habitus, ex Aristotele libro tertio de anima. Est & tertius habitus, qui dicitur a nostris, discursus, siue etiam ratiocinatio, cui cæteri omnes libri logicæ facultatis referuntur. Sed hic videtur rursus quatuor modis considerari posse. Vel enim est ipsamet syllogizandi forma nulli relata materiei, cui respondet liber Priorum resolutoriorum, quæ forma, proprie rationis est opus, dicitque is habitus di-

G discursus,& ratio. Vel etiam est syllogismus ĩ materia necessaria, quem ratio coniuncta intellectui, constituit, ex quo habitus ille efficitur, qui dicitur, scientia, de quo diligenter agitur in lib. Posteriorum. Tertio loco est syllogismus in materia contingente, quẽ ratio coniuncta opinioni producit, a quo ille habitus oritur, qui opinio vocatur. hunc autem tradit Aristo. in Topicis. Postremo est syllogismus in materia impos-
H sibili, & falsa, quem ratio parit phantasiæ annexa, ex quo aggeneratur ignorantia, ad quem pertinet liber de sophisticis Elẽchis. Quo habito, cessat omnis logicæ inquisitio. Qua vero ratione, oriantur habitus per coniunctionem rationis, siue discursus, vna cum intellectu, opinione, & phantasia non est præsentis negocij differere: de his enim ample, & diligenter agit Philopon' in sua præfatione libri Priorum, & in
I eodem lib. cap. primo super definitione syllogismi. Nunc autem sufficiat dixisse, tot esse habitus, comparatos ad syllogismum, & eius partes, & particulas, de quibus sanè habitibus tota logica ars sermonem facit.

Moralis vero habit' ipsos alia ratione distinguit, nam alios dicit, semper considerare id, quòd verum est, alios vero esse, qui ad verum, & falsum referuntur. Priores quinque sunt, & vocantur, ars, prudentia, scientia, sapientia, intellectus: posteriores duo, su- K
spicio, & opinio. Siquidem ars, prudentia, scientia, sapientia, & intellectus, cum directionem rationis præbeant, tenentur veritatem tantum cognoscere, Contra vero suspicio, & opinio, ob earum ambiguitatem, & inconstantiam, æque se habent ad verum, & falsum, neq; rationem magis in hãc, quàm in illam partem flectunt. qua ratione ductus Simplicius primo de anima primo, dixit, scientiam esse cogni- L
tionem certam, incertã vero opinionem, quod etiam habet Arist. in hoc 44. Sed ne te fugiat, opinionem, & suspicionẽ esse in rebus contingentibus, quemadmodum etiam sunt ars, & prudẽtia. differt vero ars à prudentia, qm̃ ars est habitus factiuus, prudentia vero actiuus: item huius eligibilia, illius factibilia sunt obiectum. Accedit, ꝙ prudentia ad morales habitus pertinet, quoniã virtutis actum dirigit. Qui er- M
go de contingentibus rebus habitus dicuntur, tot dicti sunt: qui vero sunt de rebus necessarijs, vocanẽ scientia, intellectus, & sapiẽtia. Sed scientia est habitus conclusionum, vt habetur primo Post. 6. intellectus est habit' principiorum, quod habetur eodem in loco, & primo Poste. 36. 37. & secundo Poste. in fine. sapientia vero in causis diuinis versatur, & est cæterarum scientiarum domina, vt colligitur primo

D in duabus artibus. non cognoscitur ſm eandem rationem, nam in superiori scientia est cõclusio, in inferiori principium: sicq; corruit omnis dubitatio. Hanc solutionem legetis 1. Post. 23. vbi ait, passiones, quæ competunt subiectis scientiarum subalternatarum esse illis per accidens, per se vero subiectis subalternantiũ: vt æquidistantia, passio est quædam, quę per se lineis inest Geometriæ, per accidens vero lineis Perspectiuę. Quarto loco, vult rursus de his E quæ dicta sunt differere. nã posthabita secunda dubitatione, quã vult esse perspicuam, rursus reuocat in dubium ea quæ in priore dicebantur. Nam propositiones illæ, quas diximus cõmunes esse solo nomine duabus artibus, vt illa, si ab æqualibus æqualia demas &c. videntur communes eẽ vniuoce, nomine & re: id sic deducitur. Hæc propositio inest quantitati in ratione communi, F igitur vniuoce conueniunt tam continuo quàm discreto. itaque vniuoce conuenient tam scientiæ de continuo, quam scientiæ de discreto. Idque confirmat Alpharabij testimonio, qui æqualitatem esse quiddam commune existimauit cuilibet quanto Item inquit, illæ propositiones æquiuocæ sunt, quomodo poterunt scientiæ illis vti, demr̃antes principia ꝓpria cæterarũ artiũ? Præterea, cũ interdũ ars vna, capiat

sua

G sua principia, ab alia confirmata per ea q̃ æquiuoca sunt, ea assumptio erit nullius momẽti, qm̃ ęquiuoca rõ nulla est. Accedit, ꝙ dũ monstrabiť quicquã ex eo principio æquiuoco, differentia nulla erit inter hanc demonstrationẽ & eã quę fit ex cõibus, qualis fuit illa Brisonis. 1. Poste. tex. 23. qm̃ ambę erunt ex accidenti & nõ ꝑ se. Postremo si æqualitas æquiuoca est, qm̃ cõpetit varijs quantitatibus, multo magis ea noĩa erunt
H æquiuoca, cũ dicimus, Vnũ, Ens, Verũ, Contrariũ, &c. cũ hæc nõ sint propria vni rei, siue subiecto. Si vero hęc nomina æquiuoca dicamus, diuina scĩa, quæ illa considerat, esset ars topica, & eius ꝓpositiones essent dialecticæ. concludit itaq; hmõi principia cõia nõ esse dicẽda æquiuoca. ad hæc pertinẽt ea quæ hñr. 1. Post. c. 74. Quinto loco, vult determinare quid pro veritate sit audiendũ. Primũ accipit, ꝙ si æqualitas nõ
I eẽt nomen æquiuocũ, tunc eius subiectũ ẽt nõ posset dici æquiuocũ, cũ vero eius subiectũ sit quantitas, sequiť quãtitatẽ nõ posse dici æquiuocam. Quod si quantitas esset subiectũ genus vnũ, quo mõ genus considerant artes, tunc scĩę oẽs, quæ cõsiderant partes & species quantitatis essent & partes eiusdem scĩæ cõis: quo modo dicimus oẽs scientias agẽtes de Entibus mobilibus, partes esse eius scientiæ, cuius subiectũ est Ens mobile. hoc ẽ Philosophiæ naturalis, id aũt ẽ falsum: quare sequitur, quantũ dici æquiuoca rõne. K
Forte dixeris, Ens, Verũ, Vnũ, Cõtrariũ, sunt æquiuoca, igitur non erit scĩa cõis, quæ ea consideret, cũ id tñ sit apertissime falsum, nã ea dicimus philosophus contemplať: rñdet, argumentum pari proportione haud procedere: nã hæc nomina analoga sunt, de analogis vero non minus quã de vniuocis põt esse scĩa. Verũ æqualitas & quantũ, non eodẽ mõ dici pñt, cũ hæc ob rõnes dictas ęquiuoca dicanť. Hinc colligatis, L
quantũ nõ esse genus vnũ. Sed quis dicet Auer. sibimet opponi, cũ quantũ prædicamentũ vnũ eẽ voluerit in lib. Chategoriarũ, id vero negat hoc in loco. dicetis, Genus inter cæteras significationes accipi vt prędicamentũ, & vt genꝰ subiectũ. priore mõ est prædicamẽtũ & genꝰ vnũ, aliter plura q̃ decẽ essent prædicamẽta, qđ asserere, est ridiculũ. at genus ꝓ subiecto artis nõ est vnũ ad quantũ continuũ, & discretũ, quo mõ M
hoc in loco Auer. sentit. idẽ voluit Auer. 1. Post. cõ. 38. & 74. Sexto ordine, firmatis his q̃ diximꝰ, dubitat Auer. quę differẽtia sit statuenda inter has propositiones, si ab æqualibus ęqualia demas &c. & eas quas volumꝰ ĩgredi posse đmõstrationẽ: soluit, dicẽs has eẽ quasi analogas, idque assumit ex Arist. 1. Post. 24. vult ergo has nõ eẽ simplr̃ ęquocas, qm̃ simplr̃ ęquocũ nõ cognosciť ĩ scĩa, ob id si huius-

A hmōi ꝓpōnes simpl̄r eēnt æquiuocæ, nunq̄ in disciplinis ītroducerent̄, qđ tñ fit. Nō ēt sunt simpl̄r vniuocæ, ob rōnes in superiorib⁹ adductas: nō ēt sunt simpl̄r analogæ, qm̄ vnā cōstituerent certam sciam, ob id, colligit eas esse medias inter æquiuocū, & analogū, sunt itaq; quasi analogæ. Et si q̄s dicat, cur Arist. cōfutat principia demōstratiōis Brisonis. 1. Post. te. 23. cū hęc ēt sint quasi analoga, nā ille dicebat inter maius & mi-
B nus dari æquale? videret̄. n. ꝙ si ferè analoga sunt ꝙ pari rōne ꝓcedāt cū his prīcipijs, si ab ęqualibus æqualia demas &c. soluit ꝙ ꝓpō Brisonis hēt ēt aliud impedimentū, nēpe ꝙ topica ē, nō demōstratiua, cui adstipulat⁹ est Alpha. His iactis, colligit sese Auer. vultque esse quatuor genera propositionū verarū. Quędā. n. sunt, cui⁹ subiectū & prædicatū dn̄r eodē mō vniuoco & sunt vniuocæ. Aliæ hn̄t subiectum, qđ dicit̄ eodē
C mō analogo, & sunt analogę. Nōnullæ sunt, quorū subiectū, & prædicatū dn̄r quasi analogicè. Postremo sunt illę, cuius subiectū & prædicatū dn̄r simpl̄r æquiuocè. tūc ita distribuamus eas. Vniuocæ & analogicæ vnā tm̄ artē īgrediuntur. q̄ vero sunt quasi analogicæ, plures ingrediunt̄ artes, sed contrahuntur ab illis. Quæ vero sunt æquiuoce, nullā prorsus artē ingrediunt̄, aut cōstituunt. Septimo loco, cōcludit, ex iā dictis constare, quo mō propōnes fiant sin-

gulis artibus propriæ, & quo mō D
fiant cōes. Itē satis cōstat, q̄ sit ea propō qua diuersæ artes vtunt̄: nā dictū est eā non esse simpliciter æquiuocā, nec simpliciter analogā, sed ferè analogā. Quo aūt mō contingat propōnē vnā fieri cōem duabus artibus, quarū altera cōis est, alia propria, dicit ēt id constare ex præcedentibus declaratis: nā quæ in arte propria cognoscuntur, ea ēt cognosci pn̄t in arte cōi, licet in ipsa cōi arte, cōsiderentur in rōne magis abstracta E
& gn̄ali, q̄ in speciali arte. idē voluit. 1. Post. c. 70. & 84. Ob id Alph. dānat, q. ignorās hāc doctrinā vniuersam veritatem ꝑturbauit. vult. n. ꝙ artes interdū cōueniāt ī maiori extremo aliqn̄, & ī medio idq; sine transgressu: item putat, duas artes, q̄ sint sub eodem gn̄e, hoc est, quarū subiecta fuerit sub eodē cōi genere posse demonstrare gn̄a suorū subiectorū de quibusdam suis inferioribus: & licet earū prima subiecta depende F
rent ab accidētibus ꝓprijs & generibus, vult posse fieri, vt quælibet illarū artiū demonstret eandē rē, de vtrisq; illis subiectis vniuersaliter differētibus, ꝑ duos differentes medios. Id aūt confutat ea rōne, ꝙ artes, quæ sub eodem genere continentur, necessario sunt vna ars, non plures: dū genus primaria sui diuisione diuiditur in sua subiecta, quemadmodum si diuidamus corpus mathematicum in rectum & circulare:

re:

G re: hæc.n.diuisio generis est in sua prima subiecta, & ob id artes, q̄ considerant hæc duo, sunt partes eiusdē artis quæ cognoscit Mathematicū corpus, tanquā cōe genus. si vero corpus non diuidatur in ea primaria diuisione, tunc artes illæ non considerant hmōi cōe genus, nisi modo & ratione diuersa: quare Alpharabij doctrina irrita est & falsa. consimile videte. 1. Post. c. 56. Cæterū
H addit in ꝓposito de Artibus subalternis, ꝙ subalternata transcendit ad aliā, nō eo mō quo species subingreditur genus, sed ſm additionem & diminutionē solum: nam Perspectiuus addit lineæ id qđ est visibile esse, quod Geometra diminuit, dū lineā simpl'r cognoscit. id ēt fusius explicabat Auer. 1. Post. c. 69. Non est aūt, ꝙ subiectum perspectiui sit species subiecti Geometrici, seu & exēplū affert de corpore à mathematico considerato cū diminutione mo-
I tus & quietis, q̄ duo postea addūtur corpori physico: quod oīno Alph. latuit. Verum illum excusat, vt fecit ēt in tertio quæsito dicens, forte id euenisse ob Alpharabij scripta, quibus postremā manum addere non potuit. Addit & illud, ꝙ & si propōnes logicæ vr̄r permisceri singulis artibus, cū hęc facultas de oībus instrumentis agat q̄ singulis rebus applicari pn̄t, vt ipse Auer. fatetur in Epith. logicis, nō tn̄ hic est ille transitus, quem negat Aristo. reddit rōnem huius, & ait, se alibi diligentius id exposuisse: nā. 1. Poste. c. 152. declarauit logicā duobus modis accipi posse, vel vt scīa q̄dā est, dum singulis applicatur rebus, vel vt organū est, qđ applicari rebus pōt, itē. 1. Ph. c. 35. oñdit logicæ vsum eē ob duas causas &c. vos videte locū: ex quibꝰ colligiṫ logicas rōnes esse cōes & applicabiles singulis artibus, absq; transitu. idem. 1. Post. c. 84. & 1. Phy. 8. nā communes artes si proprijs iungantur, non efficiūt illū transgressum quem tantopere Arist. confutat. His constitutis, tandem colligit Auerr. se iā satis exposuisse, quādo efficiaṫ & quando non efficiaṫ transitus de genere in genus: nā dictū est, eū non fieri in artibus proprijs tā ex parte medij, quā ex pte maioris extremi: fieri tamē in subalternis disciplinis, siue in his, quarū subiecta differunt additione & diminutione: itē quoties artiū subiecta habent genus cōe, qđ in ea primū diuidiṫ, rursus à scīa propria ad cōem, sed hic non est ille transgressus cui Arist. aduersaṫ. 1. Post. tex. 20. Ad hāc disputationē pertinent ea q̄ scribit Auer. 1. Post. c. 56. 59. 60. 69. 70. 71. 100. & Themist. ca. 16. eiusdē. 1. li. In hoc q̄si to Auer. vr̄ consuetū ordinē non seruare, vos vero hanc nostram partitionē sequi poteritis, qua singula suis locis referre facile & commode licebit. sunt autem in hac qōne tot sn̄iæ, quot verba. K L M

Argu-

A ARGVMENTVM

In VI. Quæsitum de demonstratione Quid.



Vm Auer. animaduertisset Arist. in Posterioribus Analyticis definiuisse demr̃oné tex. 5. ꝙ sit syllogismus faciens scire, ité ꝙ sit syllogismus, constans ex primis, veris, immediatis, Prioribus & notioribus & causis, videbat̃ ex illis verbis demr̃onem quia,
B cum à causa nõ procedat, sed ab euentu, omnino demr̃onem dici non posse. At cũ. 1. Post. tex. 30. diuidatur demõstratio & scĩa in propter quid & quia, tunc ipsam esse, demonstrationé expresse constat. Ob id Auer. adductus est, vt hanc qõnem examinaret. Augebat etiam difficultaté, ꝙ lucidiss. Themist. 2. Post. cap. 30. inquit: dũ à causa ad euentum procedimus, demonstratio est: dum vero ratiocinamur ab euentu ad causam
C syllogismus est. consimile videt̃ habuisse Aristot. 1. Poste. tex. 19. vbi demonstrationem signi, quæ eadem est cum demonstratione quia, appellat syllogismum. Oppositũ vero habuit. 1. Poste. tex. 42. vbi agens de certitudine ac perfectione scientiarum, voluit perfectiorem esse scientiam, quæ simul nobis pręstat propter quid & q̃a, q̃ quæ seorsum alterum vel alterum elargitur. ex quo patet demonstrationem quia facere scientiam: atq; idem vr̃ colligi ex 2. Post. tex. 1. vbi declarans philoso D phus ꝙ quæsita sunt æqualia numero his q̃ verè à nobis sciũtur, inter alia enumerat qõné & sciétiam quia. Præsens itaque materia ob has vel consimiles opposítas authoritates & rõnes, dignissima vr̃, vt ad sui explicationem excitarit Auerroim. Quamobré cum Auer. velit omnino tres esse demonstrationis species, vt colligitur. 1. Ph. in Procemio, & c. 2. nec non. 1. Post. c. 7. 8. Potissimũ vero. 95. in Epit. logicis cap. de E demonstratione. & sunt demonstratio simpl̃r ꝑꝑ quid, & Quia, icirco vt hunc numerum defendat Auicennæ rõnes diluit, quibꝰ ille existimabat, demonstrationé quia, nec scĩam parere, nec ẽt demonstrationé dici posse. Est auté huius q̃siti vnica ac simplex examinatio: hoc est confutatio Auicennæ. Quæ hunc in modum se habet: põtq; tota hæc disputatio in tria capita distingui. Primo. n. loco Auicennæ sñiãm refert, qui F ait nõ esse à demõstrante ipso, vr̃ ẽt ab eo qui agit de demonstrationũ spẽbꝰ, tractandũ de demonstratione q̃a, cuius subiectũ cõpositũ hr̃. Est. n. demr̃o q̃a (dicit Auice.) ea, cuius medius est accñs minoris extremi. nã exẽplũ illud cõsiderat, ab Arist. assignatũ. 1. Post. te. 30. vbi sic demõstrat ꝑ demr̃oné q̃a, Planetę ꝓpe sunt, q̃m non scintillãt: ité Luna est Sphęrica, quoniã eius lumen recipit incrementa. in his enim exemplis,

liquido

G liquido constat nō scintillare esse planetarū accidens: itē lumē augeri, accidens est Lunæ . ob id dicebat Auic. in demōstratione q̃a, mediū esse accidens minoris, hoc est subiecti, qđ subiectū res est cōposita, non simplex. Nesciebat autē hic imaginari, ꝙ hæc accidentia scirentur à nobis vera esse, nisi per cām confirmentur, quod si sine cā sciantur, scīa non erit hæc nisi cōissime dicta, qualis est Rhetorica, atque oratoria sciētia : hāc
H autem non esse simpliciter scīam deductū fuit in 1. Poster. c. 17. & 77. Accedit ꝙ ēt idem existimabat dū fit demonstratio quia, per cām remotā, exēplū huius est ex Arist. 1. Post. te eodem 30. vbi inquit ꝙ si quis demonstrarit ꝙ paries nō respirat qm̄ non est animal demōstratio a cā est remota, & iccirco facit scire quia: cum. n. res ipsa nō sciatur perfecte à nobis nisi per propriā cām cognoscatur, efficitur vt illa cognitio ꝑ remotā cām non sit vera scīa, qua
I re demonstratio ipsa quia, siue ab euentu sit, siue ēt à causa remota non facit scire. Secundo loco adducit Auer. rōnem Auic. qua ille adstruit hanc ipsam demonstrationē q̃a, nullo pacto ī nobis gignere scīam. Eius. n. rō duabus sustinetur ꝓpōnibus. prior ē, ꝙ oīa prædicata, q̃ necessario insunt eorū subiectis, insunt necessario ob cās, q̃ insunt ipsis subiectis, cū sint illorū causæ . exēplū vos ita accipiatis . Risibile necessario inest hoī ob rōnale, qđ est hoīs cā & forma . Alia vero propō est, ꝙ necessitas rei quā scimus, pendet ab ipsa causæ necessitate, & ob id si q̃s demonstret aliquod accidens, quodcūq; illud fuerit, si nō ꝑ cām fuerit demonstratū, nō scimus illud necessario ineē suo subiecto . Huius vero exēplum affert Auic. inquit, sit hæc propō Coruus est niger, in qua accidens necessario inest subiecto: dico ꝙ hoc nō scimus, nisi constet cā, cur coruus sibi à nā hmōi colorē vendicet, atque decernat. Qđ si dicas te id scire qm̄ id vides in singulis : ea cognitio inquit Auic. non est necessaria, immo est similis illi, quā habet vir enutritus apud Æthiopes, qui videns hoīes singulos nigros, iudicabit oēm hoīem nigrū esse : q̃ cognitio vera & necessaria esse non pōt : qm̄ qui ita cognoscit accidentia, ea sine cā cognoscit . His cōstitutis, argm̄ videtur iā deductū ꝙ si cognoscimus accidentia sine eorū causis, ꝙ hæc cognitio non est scīa sed opinio, & ꝑ cōsequens demōstratio, q̃a, cum non à cā efficiatur, necesse est vt rhetoricū potius sit argumentū, q̃ demonstratiuū. Tertio loco, Auer. Aggreditur veritatis examinationē . ac primū inq̃t hanc Auic. opinionē labefactare ac demoliri snīas, ipsorū Peripateticorū: īmo hoc est peruertere naturalē philosophiā, qm̄ ait, res naturales eē ꝯpositas, cōposita vero sunt notiora nobis suis cōponenti-

K (right margin, top) · L · M

A nentibus causis, & ob id, frequenter in philosophia naturali procedimus ab euenētu ad cām, qui ꝓcessus haud rhetoric⁹ dici debet, immo demōnstratiuus est. Vt autē hanc Auer. rationem confirmetis, legatis ea, quæ habentur. 1. physi. tex. commenti 2.3.4. & est etiam apertissima hæc veritas explicata ab Aristo. primo Poste. tex. 30. quo in loco concedens Aristo. regressum in demonstratione, quia, & propter quid, dicit, euenit autem B alterum per alterum demonstrari posse: hoc est causam ab euentu, euentum a causa. Verum ad oppositam rationem, admittit, ꝙ in demonstratione, quia cognoscamus accidentia sine causa demonstrata, nec sequitur, vt talis cognitio nullo pacto sit necessaria, & scientifica, vt voluit Auic. quoniam licet, non ea sint per causam demonstrata, habentur tamen ea accidentia a nobis necessaria in esse suis subiectis per de- C finitionem, quæ etiam causa est, quoniam scimus talia accidentia definiri a suis subiectis, cum subiectum sit veluti specifica differentia proprij accidentis: idque plurimis confirmat exemplis, de recto, & curuo magnitudinum, de simo nasi, de pari, & impari in numero, &c. nam cum accidentia æqualia sint cum eorum subiectis, non autem inæqualia, satis constat, tunc esse necessaria, cum a nobis per definitiones explicantur, in quibus subiecta reponuntur, vel saltem propin D qua genera. obiter vero Alpharabium damnat, sed vos videte locum, nam id pertinet ad cognitionem generum, quæ sumuntur in definitione rerum oppsitarū magis, quàm ad negocium præsens. Cæterum, quia Auicenna voluit eam etiam demonstrationem (vt iam in initio relatum est) non facere scientiam, quæ fit a causa nō prima, ob id Auer. soluens, ait, id esse negandum: nam demonstratio si fiat a causa valde remota, forte posset dici, non scientifica: sed E si fuerit partim remota, aut etiam secunda, potest habere necessitatem in se quandam: quomodo dicimus, quòd rationalitas licet sit prima causa hominis, & secunda risibilis, attamen scire possumus risibilitatem per illam causam: immo omnia accidentia videntur hac ratione procedere.

Non tamen negamus potiorem ac meliorem eam esse demonstrationem, quæ fit a causa pri- F ma, & proxima, verum illa etiam quæ secunda est, ac proximæ succedens, necessariam facit scientiam. Errorem autem Auicennæ putat, ex eo originem duxisse, quòd animo conceperat, demōstrationem eam tantum dici debere, quæ per primam causam, & propinquam dicitur constare. Addatis vos, id verum esse si demonstrationem intelligamus in priori analogo· hoc est in prīa, ac perfecta significatione: sed

G hæc perfectio non excludit demonstrationem, quia a genere demonstrationis, qnoniam perfectum, & imperfectum possunt sub eodem genere analogo contineri, quę ratio desumpta est a me, ex primo Poster. commento 95. Addit postremo. quòd certitudo scientiarum, atque artium est ex cessus cognitionis, idque vult ex Aristotele, & loc⁹ est primo Poste. tex. 42. vbi philosophus, vult summam certitudinem scientia-
H rum acquiri per causam, quę det, propter quid, & quia simul: minore vero, quæ fit per demonstrationem afferentem nobis, vel propter quid, vel seorsum quia. Concludatis itaque, vna cum Auerroe, demonstrationem diuidi in tres species, licet hic solum de quia, mentionem faciat, atque coniungendo ea, quæ hic habentur, cum his, quæ scripsit primo Post. 95. dicetis, nomen demonstrationis esse analogum, ac prius
I demonstrationem significare simpliciter, deinde propter quid, & quia. Item necessariam esse cognitionem causæ, ex euentu, cum ob rationes dictas, tum ob loca in medium adducta. Postremo Auerro. Deo ipsi cognitionem, atque illustrationem huiuscæ difficultatis, acceptam refert: quod facere etiam aliàs consueuit, ac præsertim in difficilioribus quæstionibus, idē & nos faciemus.

ARGVMENTVM K

In VII. Quæsitum, Quo modo defioitio sit notior definito.

Mira profecto, ac penè incredibilis ē huius quæsiti, cum sententiarum copia, tā authoris subtilitas. Ausim dicere sententias numero ferè æquales verbis effudisse Auerroym.

Cuius disputationis primum occasionem referemus, mox ad quæsiti dilucidationem propera- L bimus. Cum enim difinitio sit inuenta, vt innotescat definitum, inde certa videtur illatione sequi, definitionem esse notiorem definito: ex ea regula, propter qđ vnumquodque tale, & illud magis, primo post. tex. 5. Accedit & Arist. & Auer. primo physi. 5. vbi habetur definitionem distinguere id, qnod totum definitnm confuse elargitur: quare omnino efficitur, notiorem extare definitionem. itē si definitum potentia est M intelligibile, definitio vero actu est ītellecta, definitio erit notior. nā actus est prima ratio intelligēdi 9. met. tex. 20. potentia vero est ratio occultandi 3. met. cō. 1.

Præterea, definitiones sunt de genere principiorum, nō aūt definitæ res, igitur definitio erit euidentior. Assumptum huius rationis est apud Aristo. 1. Poster. tex. 5. & 25. Postea, vera, ac absoluta definitio tenetur dissoluere ambiguitates, & difficultates quæ

A quæ contingunt in re definita, ex quarto phy. 31. itaque definito est clarior. Sed & illud in medium afferre possumus, perfectá definitionem complere, ac terminare omnia quæsita, quæ sunt necessaria, vt sciantur in rebus, qđ voluit Auerr. quarto Cęli commento 2. icciro sequitur, vt definitio sit notior definito. Amplius definitio fit ex forma vniuersali, & propria, ex 2. Phy. cõmēto 91. etenim genus est forma commu
B nis, & differentia est forma propria, sed forma est actus, & actus est intelligendi origo, & principiũ, igitur definitio erit notior. Rursus, si definitio demonstratiua est apta dare causas accidentiũ definiti, ex secundo de anima cõmento 26. 4. phy. 31. 1. de anima commẽ. 11. 4. cęli. 2. videtur omnino definitionẽ esse perfectiorem definitio, Addatis & illud definitio est principium demonstrandi, 1. Poster. 22. & 2. Po
C ste. 10. & apertius 1. de anima 11. quod autem est demonstrationis, & scientię principium debet esse certissimum, & notius his, quę ab illo ducũtur, si itaque definitum ducitur a definitione, patet notiorem esse definitionẽ. Sub his, & ea ẽt adducit pôt cõfirmatio, quæ ait, ꝙ definitio est finis, tã cognitionis, quam rei, 5. Met. 22. sed finis præcognoscitur in arte, ex 1. Ethi. igitur definitio erit notissima. Postremo, cũ definitio duplici modo consideret̃,

primum, vt est instrumentum notificandi quicquam, quo modo logicus eam considerat, deinde, vt significat naturam rerũ, quo modo a philosopho cognoscitur, ex 7. met. commen. 42. vtroq; vero modo notior est, qm̃ instrumentum notius est eo, ꝙ per instrumentum efficitur. Hæc sunt, quæ pro altera parte adduci possunt: nunc ad reliquam partem, & quidem oppositã accedamus. Nam primum sit obijcere possumus. Si definitio potest interdũ effici conclusio demõstrationis, & cõclusio est res naturaliter occulta 2. Post. comm. 1. & in hoc eodem quæsito, non videtur semper definitionem esse notiorem definitio. ꝙ vero definitio efficiatur cõclusio demõstrationis ẽ primũ authoritas Arist. 1. postę. 22. deinde 2. Post. 10. Ad hoc ptinet & illud qđ habetur 3. phy. 12. & 2. de aĩa eodẽ numero, vbi scribitur definitionẽ ignotã eger̃ syllõ, quare hęc definitio non erit notior re definita. Amplius cõtingit interdũ ignorari gen⁹, & dr̃iam, ex 4. phy. 6. vbi scribit̃ illud præceptũ. ꝙ in tali casu primum venari oportet genus quã dr̃ias, cũ vero definitio sit genus, & dr̃iæ sit̃, iã vr̃ ipsam definitionem posse eẽ rẽ ignotã. itẽ si definitio nõ eẽt sæpenumero res ignota nobis, nõ fuisset ab antiquis toties disputatum de via, qua venamur ipsam definitionẽ. quocirca optime referebat Auer. primo de

G anima commento quinto voluisse Platonem, vt ignota definitio colligeretur diuisione, Hippocratem demonstratione, Aristotelem vero compositione, quod etiam dixit Auer. de ipso Aristotele, sexto Met. commen. primo. Accedit, & Auer. 2. de anima 12. q̃ ait, non sufficere ad sciẽtiam definitiones vniuersales vniuocas, tanto minus æquiuocas: quod non diceret si definitio esset instrumẽtum clarum, & manifestum. & ob id scri-
H bitur secundo Met. commento 11. definitionem egere ad sui confirmationem via compositionis, & dissolutionis. immo addit, & demõstratione signi corroborari sexto Meta. primo, primo de anima quinto, 4. physi. secundo. Ad hoc pertinet & illud, quòd definitio, & definitum sunt vnum, septimo Met. 21. ob id sequi videtur si definitum sit ignotum, ignotam esse & definitionem, cui etiam respondet regula data septimo Met. 33.
I quæ dicit definitiones materierum accidentalium esse posteriores definito. Postremo, totum est notius partibus, ex primo physicorum quarto, & quinto tex. sed definitum est totum, definitio vero ex eius partibus procedit, itaque definitum erit notius ipsa definitione. Hæc sunt, quæ occasionem dederunt præsenti quæsito, quorum omnium concordiam præstat, hæc quæ in eo spargitur doctrina: sed vos primum animo concipiatis eam distinctionem, quæ vult, quòd definitio naturaliter occulta syllogismo educatur, siue declarando definitionem, & definitum esse, si vtrunq; fuerit ignotum, siue in declarãdo quòd definitio, est definiti, quando definitũ est manifestum per se & definitio ignota, est autem ea distinctio tertio Physi. & secundo de anima commento 12. sed iam ad Auerroys quæsitũ accedamus. Hic enim primo loco distinguit sensum huius propositionis, q̃ dicit, definitio est notior definito. L
Hæc enim potest intelligi quatuor modis: supposita prius distinctione trita, & communi de cognitione distincta, & confusa, quam habetis primo Poster. text. 3. & 4. & ex procemio Aristo. primi lib. physico. Primus sensus est, illius propositionis, quòd conceptus definitionis cõfusus sit notior quàm conceptus definiti confusus. Secundus conceptus partium definitionis distinctus est notior, quàm conceptus definiti distinctus. M Tertius, conceptus partium definitionis confusus est notior, quàm conceptus definiti distinctus. Quartus, conceptus partium definitionis distinctus est notior, quàm conceptus definiti confusus. Hæc sunt quæ in primo hoc ordine colligit, vt de his distinctam habeat considerationem. Secundo loco, incipit Auerr. circa iam dictam diuisionem discurrere. destruitque primo loco, primum membrum

pro-

A propositæ distinctionis, quoniam illud non videtur habere locum, nisi velimus definire aliquod prius secundum esse, & secundum cognitionem, quo ad nos, per posterius secundum esse, & cognitionem, v. g. dicas solem esse astrum lucẽs in die, hic, dies definit solem, quare idem per idẽ definitur, licet enim sol sit prius die, & dies posterior sole secundum naturam, tamen conceptus solis est permixtus necessario cũ B conceptu diei, & sic idem per idem, & per consequens efficitur vitium illud quòd appellant petitionem principij. Tertio loco destruit secundum sensum, nam inquit, uidetur ibi etiam petitio principij, ob eandem causam, ut prius. Sed est etiam absurdum, quòd res habentes definitiones per se notas, notificarent omnes definitiones suarum partium per se, quod non est dicendum, patet hoc, quoniã dicis cõceptum partium definitionis distinctum, notionem esse conceptu definiti distincto: vtrobiq;.n. accipis distinctã cognitionẽ. quare &c. Quarto loco verificat tertium, & quartum sensum propositæ distinctionis, vultq; in illis duobus vltimis membris seruari debitum ordinem naturę, quoniam inquit, partes compositi esse notiores composito, v. g. elementa homine, & literæ sunt notiores syllabis, quare conceptus partium definitionis confusus erit notior conceptu definiti distincto, cum definitio procedat, ex partibus, & definitum sit quoddã totum uniuersum, ex primo Physic. tex. 4. & 5. Addit, ꝙ qui intelligit, partes definitionis eẽ notiores definito, euitat petitionẽ principij, & ob id tertium, & quartũ membrum superioris diuisionis optima sunt, & recte procedunt, datque exemplum sibi familiare de sole, & die, dicens, quòd qui cognoscit conceptum distinctum solis per conceptum confusum diei, bene cognoscit, quoniam procedit a noto ad ignotum, & hoc contingit si dicamus, tertium membrum dictæ partitionis. item si nouerimus conceptum confusum definiti per conceptum distinctum definitionis (quod est quartum membrum) euitamus etiam petitionem principij, quoniam in hoc etiam ferimur a noto ad ignotum. Quamobrem concludit, ex quatuor membris duo postrema ueritatẽ habere, & ordinem naturæ sola continere, cætera vero, nil facere ad institutum nostrum, neq; ordinem seruare naturæ. Quinto loco, cum hæc Auer. exposuerit, vertitur ad explicandum, quo modo conceptus partium definitionis, quę notificant, & agunt cõceptum definiti per ipsam definitionem sit notior definitione, uel definito seorsum, vel etiã vtrisq; simul. Nam dilucidat vtrum talis cognitio sit eo modo, quo

G præmissæ in syllogismo sunt no-
tiores conclusione, vel potius eo
modo, quo partes dicuntur no-
tiores toto, vel singularia suis vni
uersalibus. Sed in hac materia po
nit nonnullas propositiones, in
quibus tota huius rei resolutio
consistit. Prima est, ꝙ conceptus
partium definitionis non se ha-
bet ad definitionem, uel definitũ,
eo modo, quo præmissæ ad cõclu
sionem: quoniam præmissæ sunt
naturaliter notæ, conclusio vero
H est naturaliter ignota. id autem
non sic se habet in definitione,
ac definitio, quoniã hæc sunt na-
turaliter manifesta. Secunda est
propositio, ꝙ totum & pars ita se
habent, & cum his partes defi-
nitionis, & definitio, ꝙ licet am-
bo sint naturaliter nota, notitia
tamen partium naturaliter prior
est, cognitione totius: & idem est
de singularibus, quæ priora sunt
vniuersalibus, quatenus illorum
partes sunt: & tamen illud vni-
I uersale, quod per singularia noti-
ficatur, non est natura ignotum,
quod ex eo maxime patet, ꝙ in-
ductio, ex particularibus colligit
vniuersalia, quę non sunt natura-
liter ignota, quoniam ignotum
per naturam syllogismo tantum
declaratur. Pro qua materia vide
re licet, ea, quæ scripsit Auer. 1.
physi. t. cõm. 3. 4. 5. & 1. Post. cõ.
12. Item arguit ad idem, si cogni-
tio agens conceptũ formationis,
hoc est definitionis, ita se hr̃et,
quo mõ p̃missæ in syllõ ad con-
clusionem, efficeretur in defini- K
tione petitio principii falsigra-
phi, eodem mõ, quo fit in verifi-
catione, hoc est in assertione di-
scursiua, petitio principii sophi-
stica: quod nemo sanus dicit, quic
quid voluerit Alphara. qui cõfun
debat petitionẽ in utroque gñe,
qđ Auer. probat ex his, q̃ Alphar.
transtulit ex lib. Topic. ad lib. Elẽ
corum. Sed de dr̃ia inter cõceptũ
definitionis, & p̃missarũ in syllõ,
plura memini me dixisse super
commen. 1. 1. Post. quo in loco L
Auer. copiosius hanc rem est per
secutus. Nunc autem dicit, ꝙ non
fit petitio, si dixerimus, ꝙ conce-
ptus agens formationem, & defi-
nitionem sit paulo notior, quam
conceptus definitionis, & defini-
ti, quo modo dicimus nos. Si au-
tem fit petitio, non est vera, qua-
lis illa est, quæ fit in discursu, ac
syllõ, sed est solum hoc modo, ꝙ
formatio, & conceptus definitio-
nis non dat nobis melius, quàm
definitum, cum definitio, ac defi- M
nitum idem sint. Et ob id dum
taxamus definitionem solemus,
uti hoc loco, qui apud Themi-
stium (inquit Auerro.) est de ge-
nere locorum malorum defini-
tionis: sed apud Aristotelẽ est lo-
cus destructiuus definitionis. pro
quo uidete vos li. 6. Topicorum.
Tertia propositio est, ꝙ impossi-
bile est ferri a re naturaliter no-
ta ad rẽ naturaliter occultã, nisi
per certificationem, hoc est asser
tionem, & verificationem, quàm

lati-

A Latini discursiuam appellāt Græci dicerent, διανοιτικὴν: illud aūt fit syllogizando ipsum, quod erat ignotum ex noto, de quo etiā rationem adducit Auerr. 1. Post. commen. primo. Quòd si hoc est, & tu velis definitum esse naturaliter ignotum, & definitionem notum, oportebit demonstrare, quę sint illa, quę agūt definitionē, at hoc est absurdum, qm̄ demonstratio non dat partes definitionis non dat partes illius. 1.
B Poste. cōmento 1. & ēt, quia demonstratio non concludit id, qđ est per se manifestum, sed id, ꝙ per se est occultum, vt habet etiā Auer. 2. Post. commento primo. Quarta propositio est, ꝙ si definitum fuerit ignotum, secundum esse, & secundum definitionē simul, tunc definitio dat res agentes, quod quid est, & cum hoc ipsum esse, sed opus est, vt illud quid, per demonstrationem concludatur: citatq; in hoc Aristo.
C authoritatem in 2. lib. Poster. hoc est a tex. 7. vsque ad 11. nam si dicamus, tonitrum esse sonum nubis, per extinctionem ignis, in hac demonstratione habebimus, ꝙ nubes tonat, & quid sit tonitrus. Idem etiam habet Auer. in 8. quæsito, vbi exemplum proponit de eclipsi lunæ, eodem modo procedens. vos autem videte locum. Quinta propositio est, cum definitum est notū, & ignota est eius definitio, non potest esse, vt definitio det quid definiti, causam adde qm̄ ignoto ad no- D
tum, non recte procedimus: item quia præter syllogismum daretur instrumentum, quo concluderemus quæsitum natura occultum, quod est absonū: Sexta propositio est, tūc definitio a nobis scita est cum de ea tria scibilia nobis sunt manifesta: primū, ꝙ definitum sit ens. secundum, ꝙ definitio insit definito. Tertium, ꝙ illa sit definitio, ignorato autem vno horum, vel duobus, vel tribus, tunc, inquit, definitio est nobis ignota. Septima ꝓpō est, cū E
definitio est nāliter ignota, syllogismo dēt educi non aliter. Addit ēt, si volumus cōcludere definitionē eē talis definiti, vel aliquā definitionē eē đfinitionē vtimur locis topicis, q. dn̄r cōgruere definitionem, de quibus Arist. copiose differit in 6. lib. Top. Sunt itaq; tres modi probandi definitionē, vł vbi ignotū est, ꝙ ipsa cōpetat definitio tali, vel qn̄ ignoramus ipsam esse definitionem, vel F
vbi definitio est ignota naturałr, & definitū notū. Primo, ac secundo mō topicè concludiť, qđ inq̄t latuisse Themist. & Alphara. ac vltimo modo cōcludiť syllō demr̄atiuo, qm̄ iā deductū fuit, naturałr ignotū non posse, nisi demr̄atione confirmari. Septimo ordine principali Auerr. reuertiť ad considerationē de partib⁹ definitionis, & primū q̄rit, quo modo sit audiendū ptes definitionis esse notiores definitio, hoc est,

G quo modo conceptus partium definitionis confuſus, ſit notior conceptu confuſo definiri, an notior conceptu diſtincto eiuſdem definiti: cum iam fuerit conceſſum neutrum horum abſurdum eſſe. Vt id explicet, diſtinguit definitum, ac definitionem tribus modis. Primus eſt, quando definitũ eſt ignotum quo ad eſſe, & quo ad definitionem. Secundus eſt, vbi definitum eſt notum, quo ad eſſe, ſed ignotum, quo ad defi- H nitionem. Tertius eſt, cum definitum eſt notum, quo ad eſſe, & quo ad definitionem.

Tunc ait, ꝙ demonſtratio concludit, & eſſe, & definitionem, eorum, quæ habent utrunque ignotum, hoc eſt, membrum primum præcedentis diuiſionis, nã demonſtratio hoc poteſt facere, cum ſit inſtrumentum notificans res ignotas, & præſertim eas, quę natura ipſa ignotæ dicuntur. in quo caſu, definitio, vel eius par- I tes, non ſunt notiores definito, cũ utrumque ex alio poſſit demonſtrari. Secundum uero membrũ eiuſdem diuiſionis patet, ꝙ non infert definitionem, vel eius partes eſſe notiores definito, quoniã licet in his definitio poſſit ſyllogiſmo concludi, tamen notius eſt definitum, cum id ſit, ex ſe manifeſtum, quàm ſit definitio, quæ nota efficitur ex alio. Verificat & tertium membrum, ꝙ partes definitionis, & tota definitio ſit notior definito, immo ſi qua pars ſit ignota, definitio culpari ſolet, K & eſt uitioſa. Concludit tandem, quod primum membrum dictæ diuiſionis ſit id, quod oſtendit eã definitionem, quæ ſola debet demonſtratione confirmari. Secundum vero, hoc non eget. Tertiũ vero poteſt eſſe, ſed utilitatis, nõ neceſſitatis cauſa. Quibus conſtitutis infert, quòd in omni definitione neceſſe eſt, ut conceptus partium definitionis agat definitionem eo modo, quo etiam in ſyllogiſmo certitudo præmiſſarũ L agit certitudinem concluſionis: poſtea vult eam eſſe differentiã, quòd conceptus definitionis, & eius partium differant ſecundum eſſe magis, uel minus notum, ſed certitudo præmiſſarum in ſyllogiſmo eſt naturaliter nota, & certitudo concluſionis nobis eſt naturaliter occulta. Octauo, ac vltimo loco diſſerit Auer. de definitione relatiuorũ, in quibus vult, quòd partes definitionis, & definitum procedant ſecundũ vnã, M atque eandem rationem cognitionis: vult enim, quòd conceptus confuſus partium definitionis, ſit notior conceptu definitionis ſecum admixto, quemadmodum, inquit, conceptus confuſus patris eſt notior conceptu diſtinctio filii in patre, ſed in his relatiuis paucam eſſe dicit, utilitatẽ harum definitionum, quoniam hæ præter nomen, non uidentur maiorẽ afferre cognitionẽ. Præterea, inquit, nõ ſequi, ut relatiua, & ſi

mutuo

A mutuo dicantur, aut referantur, ꝙ ſint circulo, & idem per idem omnino explicetur: quoniam licet pater ſit filii, & filius patris, attamen relatio patris ad filium eſt vno modo, hoc eſt ſuppoſitionis, & relatio filii ad patrem eſt alio modo, nam eſt relatio ſuppoſitionis, & ita definitio horum licet reciproca uideatur, non eſt tamen, vt idem per idem definiatur: ſed ꝙ dicit hic Auer. expreſſius enunciabit in paraphraſi ſe-
B ptimi Met. ubi ſcribit, relatiua, & ſi mutuo referuntur, non tamen circularem habent definitionem, ob cauſam hic relatam, non enim conuertuntur ſecundum eandem rationem: & iccirco non valet, ſi dixeris, pater ſumitur in conceptu filii, filius ſumitur in conceptu patris, ergo pater eſt in conceptu patris. ratio eſt, ꝙ non ſumuntur relatiua viciſſim in definitionibus ſecundum eandem habitudinis ratio-
C nem. Quibus poſitis, atq; explicatis reuertitur ad partes definitionis, & definitum, dicens, ꝙ licet hæc videantur relatiua, & mutuo fieri, eſt tamen hæc differentia, ꝙ relatio partiũ definitionis ad definitũ, eſt relatio rõnis, hoc eſt per intellectũ facta, ſed relatio rei ad aliud, ut patris ad filiũ, eſt extra intellectũ, hoc eſt in re. Ad hoc pertinet trita illa diſtinctio de reĺone reali, & rõnis: de qua alibi mẽtio facta eſt. Hinc aſſerit non eſſe petitionẽ princi-

pij in definitionibus relatiuorũ, D
accideret vero ſi definirentur mutuo, & viciſſim, ſecundum eandẽ habitudinis rõnem: quod etiam Auicenna confirmat, & alii plures. Poſtremo epilogans concludit, hactenus oſtendiſſe, quo modo partes definitionis ſint notiores definito, & quo modo aliquã do notiores ſint, ex neceſſitate, ali quando utilioris doctrinæ cauſa, item quomodo poſſit in definitione fieri petitio principii, & quomodo non, redditq; gratias E
ſociis ſuis, qui præcibus ita contenderũt, ut onus illi iniunxerint diſſerendi in hoc negocio tã abſtruſo, & difficili, uultque eos in hoc labore cõmunicare, adiecta ratione ſubtili, ꝙ promouentes alium, ad negocii munus explendum, partẽ habeant laboris. Cũq; intelligat Auer. deum illi opẽ tuliſſe in hac diſquiſitione, gratias illi de more agit, laudibusq́; piis eius nomen extollit, quod omnes decet facere, philoſophos præſer- F
tim, qui contemplationis indagine feliciores ſunt vulgaribus, ac popularibus hominibus.

ARGVMENTVM

In VIII. Queſitum, De definitione poſitione differente.

SI qua vnquam neceſſaria cauſa impulit Auerroem, vt quæſtionem vtilem, & ad demonſtrantem accommodatam, examinaret, profecto hæc præ-

G præsens summe necessaria mihi videtur. Nam cum difficilliḿ videatur Aristo. in hoc negocio, tum etiam sibi cõtradictorius; icicirco digna res est, vt sciamus, quo modo demonstratio, & definitio solo situ differant: item, quę sit ea demonstratio, quæ a definitione, & quæ sit ea definitio, quę a demonstratione sola positione euariat? Accedit, ꝙ Græci interpretes in hoc negocio parcissime sunt locuti, quoniam Eustrathiꝰ, H & Philoponus nil aliud cognouerunt; quã definitionem educi per demonstrationẽ: item Themistius illud tantum dixisse vr̃, demonstrationem, & definitionem minus minimo inter se differre. Hæc autem tam abstrusa, & concisa breuitas in causa fuit, vt Auer. hoc ĩ loco ꝓposuerit huiusce difficultatis dilucidationẽ.

Quę autem Aristotelem obscuriorem effecerint, hæc sunt. Etenim, primo Post. tex. 22. & commento 64. I scribitur triplicem esse definitionem, vnam quæ conclusio est, aliam quæ principiũ, & tertiam, quæ est demonstratio solo situ differens. quo in loco Auerro. dicit, locum hunc esse difficillimæ considerationis: nam philosophus eo in loco, quæ sit hæc definitio non explicabat. Verum in secundo Post. tex. 10. agẽs de perfecta definitione, quæ dat quid est, & propter quid, eam vult a demonstratione solo situ differre, nam definitio dans solum quid, ea, inquit, est conclusio, quæ vero præstat propter q̃d solum, ea est principium, quæ K vero vtrunque absoluit, est ipsamet demonstratio variata situ. Exemplum ibi assumit huiusmodi, si dicamus, tonitrũ esse sonum in nube, hæc definitio dat quid, & concludi potest. si dixeris, tonitrum esse extinctionẽ ignis in nube, erit definitio dans propter quid, & hæc est principium: Quod si dixerimus tonitrum esse sonũ nubis, ob extinctionẽ ignis in nube, tunc dat hæc definitio, L quid, & propter quid, & est ipsamet demonstratio: hoc modo, dũ extinguitur ignis in nube, fit sonus nubis, tonitrus fit dum extinguitur ignis in nube, itaq; tonitrus est sonus nubis. Quo in loco, ferè omnes dicũt expositores, materialem definitionem concludi, formalem esse principium, aggregatum vero, ex vtraque esse demonstrationem. Verum Commentator longe altius, ac erudi- M tius in hoc quæsito id explicat, quod quidem a me non diuiditur, cum vna, ac perpetua sit sententia ab initio, vsque ad finem. Nam, inquit, ex mente Aristotelis, ꝙ illa demonstratio, ex qua definitio educitur vocata solo situ differens, est demonstratio cuius medius potest esse causa in re, & extra rem. Cum enim causæ sint in duplici differentia, aliæ externæ, hoc est finis, & efficiens, aliæ internæ, quæ concausæ etiã di-

A dicuntur, vt habetur primo Poſte. commen. 34. & primo phy. commen. 1. & ſunt materia, & forma, ob id Auer. vult, quòd con cludendo definitionem, ex vno genere cauſæ, per aliam, ex alio genere cauſæ ſumptam, ꝙ talis demonſtratio ſit definitio, ſolo ſitu differens, addit vero Auerr. ꝙ hęc quatuor genera cauſarum ſunt illa, per quæ definitio omnis aſſignatur, dico omnis definitio, quæ componitur ex cauſis
B formalibus. nec debet quis dubitare de veritate huius dicti, nã licet dixerit definitionem poſſe fieri, ex quolibet genere cauſæ, & poſtea ſubiungat, ꝙ omnis definitio componitur ex formis, dico, ꝙ ipſe Auerro. ſtatim ſeipſum declarat, dicens, omnem definitionem habere genus, quod eſt forma cõis, & differentiam, quæ eſt forma propria: & idẽ voluit Auer. 2. phyſic. commẽ. 28. 92. & 7. Metaph. 43. ſed dicet, quis op-
C poſitam voluiſſe huic ſententiam 2. de anima com. 8. & in Epith. logicis cap. de definitiõe, vbi ait, genus eſſe materiam, differentiã formam. at ſum aſſuetus dicere, ꝙ genus per ſe forma eſt, cum ſit notio cognita per intellectum, eſt tamen vice materiei, ob id, ꝙ res eſt communis, & ad omnes ſpecies indifferens. Hoc conſtituto, infert, quòd cum medius terminus demonſtrationis fuerit quidditas, ac definitio rei, ex illo non concluditur definitio, niſi per accidens, hoc eſt, ſi fuerint D
a nobis conceſſæ duę definitiones eiuſdem rei, tunc altera, per alterã concluditur, ſed ex accidenti, non per ſe: quoniam iam dixerat Ariſto. 2. Poſte. tex. 8. & com. 37. 38. quòd in habentibus diuerſas cauſas, diuerſæ poſſunt fieri definitiones, vt eſt ira, cuius materialis definitio, ẽ feruor ſanguinis circa præcordia, finalis vero, quòd eſt appetitus vindictæ. in his igitur ſi altera hoc eſt ma- E
terialis cõcludatur per finalem, concludiẽ ſyllogiſmo topico, qui eſt ſecundum accidens, non aũt demonſtratiuo, qui eſt per ſe. & ſi quis dicat vnius rei non eſſe, niſi vnam definitionẽ, velitq; hanc ipſam concludi, tunc opus erit in medio rurſus aſſumere definitionem, & erit petitio principij, de qua Ariſt. mentionẽ facit 2. Poſt. tex. 3. & commen. 20. vos aũt videte exemplũ, quod Auerr. deſu- F
mit, ex tex. citato. Quòd ſi concludamꝰ definitionẽ per cauſam mediam extra quidditatem, vult hanc eſſe per ſe demonſtrationẽ, non autem, ex accidente, & talis demonſtratio eſt definitio ſolo ſitu differens. Exemplum ſit vobis, illius demõſtrationis, in qua concluditur riſibilitatem eſſe aptitudinem naturalem hominis, per animal rationale mortale: nam aptitudo illa, &c. eſt definitio riſibilitatis: medius vero eſt animal rationale, quod eſt cauſa illius definitionis. & ſic

eui-

G eu'tamus petitionem principij, neque concedimus eiusdem rei duas esse definitiones. nã definitio per definitioné nõ cõcluditur immo potius definitio p causam. & si quis dicat, nõne in hoc exẽplo nuperrime assignato, medius est ét definitio? hoc est, animal rationale: respondet Auer. ꝙ potest esse definitio dũ sub forma orationis profertur, verũ vt est medius, accipitur vti causa est, non
H vti definitio. Præterea, si vultis hãc distinctionem latius, legatis Auer. secundo Poster. commento 37. & 42. Addit, quod ea definitio, quæ concluditur est imperfecta, & ea etiam, quæ causa media est, dici potest definitio imperfecta, quæ vero, ex vtraque perficitur, perfecta est definitio, & hæc est demonstratio sola positione differens. Sed hãc demonstrationem ita diuidit, vt aliam simpliciter appellet, aliam propter quid, aliam vero vtri-
I usque ex eis constantem: quod vult esse intelligendum, siue hæ demonstrationes sint de re ignota secundum esse, & nota secundum definitionem: siue potius vtrumque fuerit ignotum, hoc est rei esse, & definitio: idq; bifariam, aut simpliciter, aut aliquo modo tantum. Affert & Auer. exemplum de ea demonstratione, quæ est de eo, quod ignotum est, non quidem simpliciter, sed aliqua ex parte tantum, de lunæ eclipsi. Etenim defectus est res cognita, ꝙ lunæ insit, cum tamen K
ignota sit, quo ad sui definitioné. & ratio est, ea, ꝙ a multis causis eius lumen deficere potest. Componit auté hanc ipsam demõstrationem in forma syllogistica hoc pacto, ob terræ interuentũ fit priuatio luminis solis in luna, lunæ defectus est interuentus terræ, igitur defectus lunæ est priuatio luminis solis in luna. Ecce, ꝙ conclusio est definitio quædam lunæ defectus: imperfecta tamen, vt videtis. item quæ in medio est L
causa, causa est externa, hoc est efficiens, si vero paulo mutauerimus ordinem terminorum, inde efficitur perfecta definitio solo situ differens, nempe, quæ dicit, lunæ defectus est priuatio luminis solis in luna, ob terræ interuentum. Vtrum autem hæc sit demonstratio simpliciter dicta nec ne, determinat ipsam esse huiusmodi, ea ratione, quoniam præstat duo quæsita, hoc est esse rei, & propter quid. id. n. M
maxime esse proprium demonstrationis potissimæ voluit primo physic. in prœmio, primo post. 7. 8. 95. & in Epith. logi. ca. de demonstratione. nam si quis non viderit lunæ defectum, hac demonstratione discet, lunam ipsam deficere, & a qua causa id fiat. Hic vero non concedimus duas definitiones eiusdem rei esse, quoniam concludimus definitionem eclypsis per suam causam, non per sui definitionem:

&

A & per consequens euitamus petitionem. concedit tamen, illam causam mediam posse extra demonstrationem sumere posse formam definitionis si per orationem ita pronuncietur, eclipsis est terræ interpositio: at hæc definitio, ut medium est, non definitio est, sed causa, nam hæc idem sunt re, sed ratione differunt. Postremo Auerr. laudes canit, huius demonstrationis, quæ definitio est potentia, hoc est, quæ a B definitione ipsa minus minimo differt: idque facit, vt habeat hanc nobilissimam esse aliarum, commodissimam, & veluti metrum cæterarum omnium: vult enim nomen demonstrationis dici æquiuoce de hac & de aliis speciebus, vos autem non hoc intelligetis secundum rigorem verbi, ne sit sibi ipsi Auer. contradictorius. Nam æquiuocum pro analogo audiendum est, cum primo Post. commento 95. expres- C se dixerit demonstrationem dici secundum prius, & posterius. Ad hæc, illud etiam explicat, non esse simpliciter demonstrationem illam, cuius medius est definitio, vel pars definitionis, dico pars, vt si quis demonstraret genus per differentiam, verbi gratia, animal de homine, ex rationali. id autem de definitione intelligetis, ꝙ non sit medium, uti definitio est, sed vti causa est, & hoc ait, ne fiat petitio principii, vt superius deduxerat. At hoc in loco videbitur forte sibi Auer. aduersari cũ D eo; ꝙ dixerat, primo Poste. commento 35. vbi primum, & secundum modum dicendi per se voluit ad demonstrationem potissimam spectare, primus autem modus forma est medii igitur medi⁹ igitur causa interna & formalis, non autem causa extra quidditatem, hoc est, vel efficiẽs, vel finis, vt hoc in loco existimat. Hæc difficultas licet longiori sermone a nobis dimota fuerit in nostris le- E ctionibus ordinariis primi lib. Post. tex. 9. & commẽto 30. tamẽ breuibus, in præsentia dicere possumus, formam substantialem esse causam accidentis proprii, externam: nam rationalitas hominis, quæ eius forma est, eadem est efficiens quoddam risibilitatis, non forma, cum ex septimo diuinæ philosophiæ, passio non possit formali definitione finiri, ob id, ꝙ caret genere: genus eñ F passionum non datur. Itaque cum in hac demonstratione, quæ solo situ differt, demonstretur materialis definitio accidentis proprii, nempe priuatio luminis solis in luna, de ipso lunæ defectu, necesse est, vt medius terminus non sit forma, & causa interna, sed causa externa, quæ elargitur propter quid: & si dicat quis, causam externam constituere quartum modum per se, quem Auerro. remouet a perfecta demonstratione, vt constat primo Post. commento 35. & 35.

di-

tem aliud de alio dicatur, id sanè non est quid hoc aliquid, si quidem hoc aliquid substantijs, tantummodo competit. quare eorum est quod quid erat esse, quorumcunque ratio, diffinitio est, sed talem prædicationem intelligo quidditatiuã, & eam quę essentiam rei explicat hæc autem verba eadem esse

 mihi

G mihi videntur ijs, quo habentur ab Arist. 7. metap. textu 43. vbi de diffinitionibus, quæ per diuisionem fiunt, verba facit Aristoteles. vbi dicit. εἰ δὴ ταῦτα οὕτως ἔχει, φανερὸν ὅτι ἡ τελευταία διαφορὰ ἡ οὐσία τοῦ πράγματος ἔσται καὶ ὁ ὁρισμός. id est, si igitur hæc ita se se habent, patet vltimam differentiam, rei substantiam, ac diffinitionem esse. Illud autem δειχθέντων potius legerem ληφθέντων quam

H lectionem etiam Ioannes Grammaticus in quibusdam exemplaribus se legisse testatur. obseruandum prętereà est Aristotelé indiuidua hic appellare spetialissimas species, non singularia, singularium enim, qua singularia sunt, non est diffinitio, nisi secundum communia, quæ in ijs considerantur, quemadmodum Alexander Aphrodisæus asserit primo libro naturalium quæstionum, cap. 3. & Arist. 7. metaph. textu 13. dum ait. οὐκ ἔστιν ἄρα οὐδε-

I νὶ τῶν μὴ γένους εἰδῶν ὑπάρχον τὸ, τί ἦν εἶναι, ἀλλὰ τούτοις μόνον. & 53. textu eiusdem. διὰ τοῦτο δὲ καὶ τῶν οὐσιῶν τῶν αἰσθητῶν τῶν καθέκαστα οὔτε ὁρισμὸς, οὔτε ἀπόδειξις ἔστιν, ὅτι ἔχουσιν ὕλην, ἧς ἡ φύσις τοιαύτη ὥστ᾽ ἐνδέχεσθαι, καὶ εἶναι, καὶ μή. id est propterea autem substantiarum quoque sensibilium quæ singulares sunt, neque diffinitio neque demonstratio haberi potest, eo quòd materiam habent,

cuius natura huiusmodi est, vt esse, atque non esse possit, ac si hoc pacto eo in loco argumentetur Arist. diffinitiões, ac demonstrationes necessariorum sunt, quæ aliter se habere non possit; singula autem possunt aliter habere tum ex parte materiæ, tum ex parte accidentium singulorum igitur non habetur neque diffinitio neque demonstratio, sed clarè etiam ipse philosoph* K

semetipsum inferius (quod consueuit sæpenumero, facere) explicat: declarãs enim ferè quidnam per nomen indiuidui hoc in loco intelligat, dicet sed indiuiduis specie verba facere, quæ sunt ipsę specialissime species. indiuidua autem ipsa indiuidua specie appellantur, quia in alia vniuersalia vlterius nõ possunt. L

Τοῖς γὰρ συντιθεμένοις ἐκ τῶν ἀτόμων τὰ συμβαίνοντα, ἐκ τῶν ὁρισμῶν ἔσται δῆλα, διὰ τὸ ἀρχὴν εἶναι πάντων τὸν ὁρισμὸν, καὶ τὸ ἁπλοῦν. Tex. 18.

Verba hęc sic vertit Argyrop. nam ea, quæ ijs accidunt, quæ cõponuntur ex indiuiduis, ex diffinitionibus innotescent, propterea quòd diffinitio simplex, quæ principium est omnium. ego postrema hæc verba sic verterem: propterea quid ipsum simplex omnium diffinitionũ principium est. & verba Græca sic corrigo, διὰ τὸ ἀρχὴν εἶναι πάντων τῶν ὁρισμῶν τὸ ἁπλοῦν. M

Quemadmodum videtur legis-

se

A se Themistius, atq; Ioannes Gramma. potest tamen saluari quoque lectio, quæ in vulgatis exemplaribus legitur, si dicamus Arist. hic has duas dictiones τὸν ὁρισμὸν, καὶ τὸ ἁπλοῦν pro vno & eodem ἐκ παραλλήλου accipere, alteramque per alteram explicare, & perinde esse ac si diceret: propterea quòd diffinitio, ipsum inquam, simplex per quod intelligenda est diffinitio specialissimarum specierum, principium
B omnium (nempè diffinitionum generum) est. vbique enim simplex compositi principium est: simplicia nanq; prius sint oportet, ex quibus postea conficiatur compositum. hic autem philosophus composita quidem ipsa genera appellauit, & ea, tanquam totum accepit partes verò ex quibus componitur compositum: ipsas specialissimas: species, pars autem simplicior toto est, quare verè optimo Arist. specialissimas species simplicia,
C vt partes, genera autem composita, veluti totum quoddam voluit appellare. at dubitare quispiam posset, quō fieri possit, vt spēs generis partes sint, cùm clarum sit spēm ex genere, atq; differentia tanq̃ ex partibus constitui, queadmodum compositum ex materia, atq; forma componitur. ad quē vnà cū Eustratio in hoc loco rñdemus, totum ipsum dupl̃r accipi posse, altero mō vt totū vniuersale altero vt totum integrale (vt nōnulli consueuerunt illud appellare, siue cōpositum. primo modo genus totum dicitur, vt pote quod multa in vnum colligāt, species nempe, quæ sub ipso sunt, & hoc modo species ipsæ partes sunt. sed species ipsæ quoque totum dicuntur, si cum singularibus conferantur, & hoc totum logicum potius est, quàm naturale, & dicitur de partibus, nam & genus de speciebus, & ipsæ de singularibus prædicantur. altero modo species dicitur totum collata generi, atque differentiæ ex quibus componitur. vnde patet absurdum non esse, alia atq; alia ratione idem, & partem, & totum esse posse, & hoc habetur etiam ab Arist. 4. metaph. iuxta, græcam librorum diuisionem, 30. vbi de parte & de toto verba facit philosoph⁹. has autem specialissimas species in sequenti capite statim in principio καθέκαστον appellabit, ea fortasse ratione, quia illa, quę diffiniuntur sunt ea, quæ communi quadam ratione in singularibus reperiūtur, licet singularium quatenus singularia sunt, quatenus scilicet cum accidentibus considerantur diffinitionem non habeamus, sed benè singularium secundum sua communia, quę in omnibus singularibus eadem, atq; in differentia sunt, vt Alex. & ipsemet Arist. (vt superius dicebam) asserunt, prima etiam appel-

[Right margin letters: E, F, G]

G appellat specialissimas species, quia qui singularibus per resolutionem ad ipsa ascendit genera, primum in specialissimas deuenit species, & sic deinde procedit ad ea, quæ supra has sunt, & indifferentia quoq; appellat, vtpote quæ specie non differant inter se, & hic & in cap. vltimo huius secundi.

Tex.19. Ἔτι πρὸς τὸ μηδὲν παραλιπεῖν τῶν ἐν τῷ τί ἐστιν, οὕτω μόνως ἐνδέχεται.

Sic legendum esse opinor, idest, præterea hoc pacto duntaxat fieri potest vt nihil eorum prætermittatur, quę in diffinitione H ponuntur. in his verbis Aristotelis, quidam expositorum, vt Ioannes Philoponus, & Eustratius, quorū opinioni Metaphraste quoque adhærere videtur, mihi non satisfaciunt. illi enim hæc verba οὕτω μόνος, idest hoc pacto duntaxat, ita exponūt, hac si ad diuisionem ea referenda esse existimēt. verba Eustratij sunt hæc. τοῦτο ἑτέραν ἐστι τῆς διαιρέσεως χρήσιμον. ἐστι γὰρ ἐκ I λεγομένους τὰ μέρι τοῦ ὁρισμοῦ, δεῖ πάντα εὑρεῖν ἀνελλιπῶς τὰ ἐν τῷ τί ἐστι κατηγορούμενα, καὶ ἐκ τούτων συντεθῆναι τὸν ὁρισμὸν, φησὶ τοῦτο μὴ ἂν ἄλλως γενέσθαι, ἢ διὰ τῆς διαιρέσεως.

& Ioannes Grammaticus οὕτω μόνως, ἤγουν ἀπὸ τῆς διαιρέσεως, id est hoc pacto duntaxat, scilicet ex diuisione. sed hæc expositio (vt mihi videtur) apertè repugnat ijs, quę antea ab Aristo. K dicta sunt, cap. 5. huius secundi, vbi philosophus methodum diuisiuam redarguit, eamq; solam, ac per se id præstare non posse asserit, nempe vt sufficiens sit pe se ipsam adhoc vt in alicuius rei natura, atque essentia per diffinitionem explicanda nihil pretermittatur, quod tamen Plato volebat. ego verò horum verborum sensum elici existimo tū ex verbis statim subsequentibus tum etiam ex dictis in 5. cap. ac deniq; ex ijs, quę inferius in hoc cap. dicit Arist. vbi tria nobis ob L seruanda esse ad diffinitionē per diuisiones construendam ait his verbis. εἰς δὲ τὸ κατασκευάζειν ὅρον διὰ τῶν διαιρέσεων τριῶν δεῖ στοχάζεσθαι: τοῦ λαβεῖν τὰ κατηγορούμενα ἐν τῷ τί ἐστι, καὶ ταῦτα τάξαι τί πρῶτον ἢ δεύτερον. καὶ ὅτι ταῦτα πάντα. Quæ verba si cum ijs conferas, quæ sunt supra in cap. 5. nihil vel parùm differre videbuntur. ibi enim dicit Arist. τί γὰρ κωλύει τοῦτο ἀληθὲς μὲν τὸ πᾶν εἶναι κατὰ τοῦ ἀνθρώπου, μὴ μέντοι τὸ, τί M ἐστι, μηδὲ τὸ, τί ἦν εἶναι δηλοῦν. ἔτι τί κωλύει ἢ προσθεῖναί τι ἢ ἀφελεῖν, ἢ ὑπερβεβηκέναι τῆς οὐσίας. ταῦτα μὲν οὖν παρίεται μὲν, ἐνδέχεται δὲ λύσαι τῷ λαμβάνειν τὰ ἐν τῷ τί ἐστι πάντα, καὶ τῷ, ἐφεξῆς τῇ διαιρέσει ποιεῖν αἰτούμενον τὸ πρῶτον, καὶ μηδὲν παραλιπεῖν. idest (nam hæc verba non benè conuertit Argyrop.)

A gyrop.) quid enim prohibet, vt totum hoc verè prædicetur de homine, non tamen quod quid eſt, neq; quod quid erat eſſe declaret? quid inſuper impedit vt aut addatur quippiam ſubſtantia, aut auferatur, aut prætermittatur? ſed hæc quidem admittuntur, contingit autem ſoluere, ſi omnia, quæ in quid prędicantur accipiat aliquis, atque ordinatè diuiſione vtatur, petés id, quod primum eſt, atque de- B nique nihil prætermittat. ex quibus verbis colligi poteſt diuiſionem ipſam per ſe ſolam, & abſolutè ad partes diffinitionis, colligendas non ſufficere, quod tamen Plato aſſerebat, ad q em Ariſt. per illa verba ταῦτα μὲν οὖν παρίεται μὲν, videtur quodammodo inuehi, niſi conditiones eas habeat, quas hìc notat Ariſto. nihil. n. prohibet quin in huiuſcemodi diuiſione tres illi errores committuntur, quos hìc enumerat, nempe aut additio, C aut ablatio, aut tranſgreſſio, ſi regulas rectę diuiſionis à philoſopho traditas non obſeruem[9]. quibus habitis, tunc ad diffiniendum methodus diuiſiua eſt vtilis. cum enim ordo (quem præcipit Ariſt.) ſeruatur in applicandis ipſi primo generi differentijs, vt primum ſemper locum ſortiantur quę communia ſunt, & prędicata omnia accipiantur, quę de re in quid eſt prædicantur, & cum demum nihil rei attribuimus, quod ab eius eſſentia alienum ſint, tunc non parum vtilitatis ex ipſa diuiſione D percipimus. cùm igitur in hoc loco dicat Ariſto. præterea hoc pacto duntaxat fieri poteſt, vt nihil eorum prętermittatur, quæ ſunt in diffinitione ponēda, hęc verba (hoc pacto duntax) non ad ipſum diuiſionem, ſed ad ordinem potius, qui in diuiſione tenendus eſt, referenda exiſtimo, qui ordo ſtatim per ſubſequentia verba explicatur. quando di- E cit: cum enim primum genus acceptum fuerit &c. quòd autē hoc velint verba Ariſt. indicant etiam ea, quę inferius habentur, hæc ſcilicet. ἔτω μὲν οὖν βαδίζοντι, ὅτι εἰδέναι ὅτι οὐδὲν παραλέλειπται, ἄλλως δὲ καὶ παραλιπεῖν ἀναγκαῖον, καὶ μὴ εἰδέναι.

Si igitur hoc pacto aliquis procedat nihil prætermiſſum eſſe, poteſt cognoſcere. ſin minus & prætermittere eum neceſſe eſt, & id non animaduertere. quę eadem doctrina habendæ diffini- F tionis per diuiſionem generis in differentias ordinatè factam traditur etiam ab Ariſt. 7. metaph. tex. 43. ſed de his hactenus.

Αἱ δὲ διαιρέσεις αἱ κατὰ τὰς διαφορὰς χρήσιμοί εἰσιν εἰς τὸ οὕτω μετιέναι, ὡς μὲν τοὶ δεικνύουσιν εἴρηται ἐν τοῖς πρότερον χρήσιμοι δ᾽ ἂν εἶεν μόνον ὧδε πρὸς τὸ συλλογίζεσθαι τὸ, τί ἐστι. Tex. 29.

Argyrop. ſic. atqui diuiſiones quę per differentias proficiſcūtur,

G tur, vtiles ſunt ad diffinitiones hoc pacto inueſtigandas. ipſas tamen non oſtendere dictum eſt antea. vtiles autem erunt hoc pacto ſolum ad ratiocinandum ipſum quid eſt. Argyrop. videt̃ legiſſe. ὡς μὲν τοι ὐ δεικνύουσιν.

Cum additione, οὐ, negatiuæ particulę, quæ lectio vera eſt, ſi conferatur cum ijs, quę Ariſto. ſuprà cap. 5. ſtatim in principio dicit, quæ ſunt hęc. ἀλλὰ μὲν οὐδ' ἡ δια τῶν διαιρέσεων ὁδὸς συλλογίζεται καθάπερ ἐν τῇ ἀναλύσει τῇ περὶ τὰ σχήματα εἴρηται. ideſt, atqui neque methodus, H qui per diuiſiones procedit ratiocinatur, quemadmodum. in reſolutione circa figuras dictum eſt & ſic verbum ἐνδείνυσιν. idē ſignificabit, quod verbum ἀποδεικνύουσιν. conſueuit enim quādoque Ariſto. dictionem δεῖξις loco huius ἀπόδειξις accipere: vt ſupra cap. 10. & alibi, vel dici etiam poteſt, & hoc vt ſeruetur. lectio quæ habetur in vulgatis exemplaribus ſine negatione: quid δεικνύουσιν propria ſignifi- I catione accipiatur, vt ſignificet oſtendit, & declarat. nam & diuiſiones quoque, licet non ſyllogizentur, declarant tamen, ac faciunt aliquo modo cognoſcere. & ſic hęc verba conſimilia erunt ijs, quę dicit Ariſt. in eodem capite 5. quæ ſunt hęc, ἀλλὰ συλλογισμὸς ὅμως οὐκ ἔστιν. ἀλλὰ ὑπὲρ ἄλλον. τρόπον γνωρίζειν ποιεῖ.

Quod eſt ac ſi dicat, licet ipſa diuiſio ratiocinationem non efficiat alio tamen modo facit cognoſcere. ſed ſiue hoc, ſiue altero modo legantur verba Ariſt. (vt quod ſentio dicam) rectè ſe ſe habebant. in hoc autem capite intendit philoſophus oſtendere quo modo diuiſiua methodus ipſi diffinitiuę conferat, non autem quod ipſa per ſe ſolam apta ſit ad oſtendendum quid eſt, vt Plato arbitrabatur. hoc autem etiam facit ne quis eam omnino inutilem eſſe exiſtimaret, L εἰ γὰρ ἅπαν ἐκ δύο ἐστὶ, καὶ ἔν τι τὸ ζῶον ἥμερον, καὶ πάλιν ἐκ τούτου καὶ τῆς διαφορᾶς, ὁ ἄνθρωπος, ἢ ὅτι δήποτε ἐστὶ τὸ ἓν γινόμενον, ἀναγκαῖον διελόμενον αἰτεῖσθαι.

Argyrop. etenim ſi ex duob' omnis diffinitio conſtet, & vnū quid ſit ipſum animal manſuetum, atque rurſus ex hoc & differētia ſiat vnū, homo, inquam, vel quicquid tandem id ſit, quod vnum efficitur neceſſe eſt diuidentē petere, hic Argyrop. illud ἅπαν, ad diffinitionem accom- M modat, ſequatur fortaſsè opinionem Ioannis Grammat. ego in hoc ſequor opinionem beati Thomę, qui per illud omne, nō diffinitionem, ſed ipſum diffinitum intelligit. & non ab re, vt mihi videtur, nam ſi diffinitionem intelligeret Ariſto. diceret vtiq; ἅπας ſed intelligit per ἅπαν diffinitum, nempe τὸ ὁριστόν, ſiue τὸ ὁριζόμενον quod etiā

ſubſe-

A subsequentia hæc verba indicāt. ἢ ὅτι δήποτέ ἐστι τὸ ἐν γινόμενον. Sed hoc parùm refert.

Ἐφ' ὅσων κατηγοροῦνται ἄλλων αἱ διαφοραί.

Argyrop. de quibus aliæ differentiæ prædicantur, ac si legisset.

Tex. 20 Ἐφ' ὅσων κατηγοροῦνται αἱ ἄλλαι διαφοραί.

Ego sic verto. de quibuscūq; alijs hæc differentiæ ꝑdicantur. hoc aūt in loco dicendū fortasse est: Argyrop. nō animaduertisse verba Arist. aut Themist. (qui ne B scio qūo in hoc errauerit, præsertim cū diligentissimus Arist. expositor sit) opinionem secutum esse. nam & ille quoq; idem sentit. verùm Temistius quidem aliquo modo excusari potest, quippe qui in expositione sua (altera differentia) dicat. Argyrop. verò miror quo modo, cum videret hìc Aristo de oppositis differentijs verba facere (quas etiam superius differentiam, & non differentias. quasi contradictioni C quæ bimembris est corrispōdeāt appellauit) quę nō sunt nisi duę, vt rationale, atque irrationale, eunque existimauerit (quod omnino verum non est) dicere in altera harum esse id, quod quęritur, alteram non amplius esse quærendum de quibus prædicetur, aliæ tamen differentiæ conuertet: ego, vt quod sentio dicam, nequaquam hic verba Aristotelis, permutanda esse existimo, sed puto horum verborum verum sensum colligi optimè, D ex ijs, quæ superius dicebat Aristoteles οὐδὲν δὲ δεῖ τὸν ὁριζόμενον καὶ διαιρούμενον ἅπαντα εἰδέναι τὰ ὄντα, idest diffinientem autem, atque diuidentem omnia ea, quę sunt, scire non oportet, quę verba cùm dixisset Aristot. statim duo argumēta Speusippi (quibus ipse nitebatur tum diffinitionem, tum etiam diuisionem ipsam tollere, destruit: quorum alterum quod ad diuisionem tollēdam valere ipse existimabat, hoc erat: nempe quòd E fieri non potest vt aliquis cognoscat differentias alicuius rei, quibus ab omnibus alijs entibꝰ res ipsa differt, nisi vnunquodque ipsorum entium cognoscat. alterum quod ad diffinitionem ipsam tollendam videbatur facere hoc erat: nempè quòd ad hoc vt diffinitionem alicuius rei habeamus, non potest fieri nisi differentias (intelligebat autem omneis) ipsius habeamus, qui- F bus ab alijs entibus differt. id enim à quo aliud non differt idē esse ei dicebat, à quo autem aliud differt, hoc ab ipso alterum esse. quorum vtrumque confutat Aristo. & primùm hoc posterius quod ad diffinitionem attinet accipiens hoc modo ferè illi respondet. non vera dicis ò Speusippe nam nomen differentiæ non debes absolutè accipere, ego enim cum de diffinitione verba faciam, ad hoc vt ali-

quid

G quid diffiniatur; non quascunque differentias esse accipiendas in diffinitione assero, neq; enim accidentaleis, sed essentialeis tã tummodo, easque quæ per se insunt. fieri. n. potest vt multæ differentię accidẽtales in ijsdẽ specie reperiantur, in ijs tamẽ substantiam diuersam non faciant, vbi quę ratione, aut specie inter se non differunt, eadem specie dicit Aristoteles, vt habetur in decimo metaph. in principio ijs verbis.

Τὰ δὲ, ὧν ἂν ὁ λόγος εἷς ᾖ τοιαῦτα δὲ, ὧν ἡ νόησις μία. id-
H est, quędam autem vnum dicuntur, ea quippe quoruncumque ratio vna fuerit. huiusmodi verò sunt ea quorum intellectio vna est. eadem sententia est in 8. metaph. textu 11. & 12. & septimo metaph. 45. & primo topic. cap. de eodem, ait. specie autem eadem sunt ea, quæ cum plura sint specie non differunt, vt homo cũ homine, & equus, cum equo. sed redeamus vnde egressi sumus. ex his itaque, quę
I dixit Arist. colligimus non omnem differentiam esse cognoscẽdam ad hoc vt diffiniam⁹, vt malè Speusypus arbitrabatur. sed eas solum quæ per se, atque essentiales sunt, vt ipsemet inferius dicet: & quę aliud, non alteratum faciunt, quę sanè necessariò ad diffiniendum requiruntur. ad alterum autem argumẽtum Speusyp. quod prius in ordine erat, & ad diuisionem attinebat respondens Aristot. ait, K
quòd cùm aliquis per diuisionẽ accipiendo oppositas differentias diffinit, si omne quod continetur sub diuiso, aut sub hoc membro diuisionis, aut sub altero cadere dicat, deinde accipiat quod (id quod quæritur diffiniendum) in altero membro diuisionis sit, idq; pro comperto habeat, nihil ad ipsum postea attinet sciat, nesciat'ue de quibus alijs & diuisa membra, siue differentię opposite prædicentur. veluti (exempli gratia) pro L
ponatur homo per diuisionem diffiniendus, accipiaturq; animal. idque in rationale, atq; irrõnale diuidatur, inueniaturq; hominem sub rationali esse, tũc diffinitionẽ hoīs habeo, ꝙ nẽpe animal rationale sit, & eius substantiam teneo, licet ignorem de quibus alijs prædicentur hæ differentiæ, rationale, atque irrationale, id enim ad me non attinet, cùm iam id, quod quærebam scire, habeam. falsum itaque est dicere quòd nihil per di M
uisionẽ diffinitiuè cognosci possit (vt Speusypus opinabatur) nisi cognitis prius omnibus ijs, à quib⁹ res cognoscẽda, diuersa est. de quibus hæ differentiæ oppositæ prędicantur, & quomodo illa à se inuicem differant. satis est enim nouisse rei diffiniendæ partes, ac differentias, per quas illam cognoscamus, res ve

A rò alias de quibus hæ differentię prædicantur, ipſarumq; inter ſe differentias, ſiue nouerim, ſiue non, id mihi refert quoad id, quod mihi cognoſcendum proponitur. Speuſypus igitur duplici de cauſa decipiebatur, ex parte quidem diuiſionis, quia non faciebat diſtinctionem inter cognitionem alicuius rei in communi, & in ſpecie. neceſſe eſt enim, vt qui nouit eſſe etiam alicuius, is alia omnia in vniuer- B ſali, non autem in ſpecie cognoſcat, velut qui ſcit hominis eſſentiam, & nouit per hoc quòd eſt animal, ab ijs quæ animalia non ſunt diſtingui, & eodē modo per hoc, quòd rationis particeps, ab omnibus quæ ratione non vtuntur, is ea omnia, à quibus homo differt non debet cognoſcere niſi in vniuerſali, ſecundum hoc cōmune, quòd eſt animal, vel rationale, ex parte verò diffinitionis in errore ver- C ſabatur Speuſypus, quia non diſtinguebat inter differētiam, & differentiam, & nomen differentię æquiuoce accipiebat: debebat enim dicere quòd id quod ab aliquo differt ſubſtantiali differentia, id ab illo diuerſum eſt: non autem abſolutè, atque ſimpliciter, ſic id quod ab aliquo differt, ab ipſo diuerſum eſt. ſed hæc ſufficiat pro intellectiōe verborum Ariſtotelis ne potius interpretem agere, quam Ariſtotelis verba explicare quodammodo videar. id ſolum addam Ariſtotelem in his verbis (differentias) per quę appoſitas differentias intelligit, ſuperius differentiam ſingulari numero appellaſſe, & hic quidem clarius, ibi verò (vt antea dicebā) id qđ vult dicere ingeniosius denotat. D

Εἰς δὲ τὸ κατασκευάζειν ὅρον διὰ τῶν διαιρέσεων. Tex. 11.

Ioannes Grammaticus dicit, in quibuſdam exemplaribus loco huius διὰ τῶν διαιρέσεων, id eſt per diuiſiones, legi διὰ τῶν θέσεων, id eſt per poſitiones, & hanc lectionem admittit, quaſi ipſe ſatisfaciat: nam dicit, & differentię enim ipſę oppoſitę poſitiones dicuntur, quatenus vnū quodq; eorum quę ſunt ſub vna earum ponitur reduci. E

Ἀφαιρεθέντος γὰρ τοῦ ἄνωθεν, τὸ ἐχόμενον τῶν ἄλλων πρῶτον ἔσαι, id eſt, ſupero nanque ſublato, id quod conſequitur cęterorum erit primum. hęc verba non eſſe Ariſt. ſed ab aliquo fortaſſe maioris explicationis gratia addita eſſe, exiſtimo, pręſertim cum videam nonnullos expoſitorum hęc pretermittere, vt Ioā. Grām. Anonymū, & Metaphraſtem: licet B. Tho atq; Euſtratius hęc explicent, ego tñ ſequor priores, id enim, quod per hæc verba dr̄ clarè etiā ex ſuperioribus verbis ipſiuſmet philoſophi elici poteſt. Qn̄ dicit Ariſt. neceſſe eſt enim aliquid eſſe huiuſmodi (primum ſcilicet) F

acce-

G acceptoautem hoc in omnibus inferioribus idem erit modus. quod enim ſecundum eſt aliorum erit primum, & tertium eorum, quę ſibi adhęrent primum, vt exempli gratia afferatur in medium diffinitio hominis, Quę ordinata ſit veluti hęc, animal rationale, mentis, ac diſciplinę capax. hìc animal eſt id primum quod ſumitur, nēpe genus ipſum; rationale poſtea, eſt ſecundum; quod tamen & ipſum quoque primum dici poteſt aliorum, quę ſequuntur, mortalis nempe atque ipſius qđ
H dicitur mentis, ac diſciplinæ capax. ſit demum mortale ipſum tertium, quod vt patet ſubſequentium primum eſt. patet igitur poſt primum nempe animal rationale, atque mortale hæc duo quoque prima eſſe poſſe, diuerſo tamen reſpectu. nam rationale ipſum ſi comparetur cū animali, erit ſecundum; ſi cum mortali, erit primum; eodem modo, mortale, ſi comparetur cum rationale, erit ſecundum ſi
I cum ipſo (mentis, ac diſciplinę capax, erit primum, & ſic patet id, quod dicit Ariſtoteles; ego tamen, vt quod ſentio dicam, etiam ſi hęc verba Ariſtotelis eſſe concedatur, non ſatis video, quęnam cogat neceſſitas vt ad hoc, vt id quod ſecundum, vel tertium in ordine collocatur, primum fiat, primum illud quod neque ſecundum, neque tertium eſt tolli, atque auferri K
debeat. ſed de hoc iudicent alij.

Ὅτι δ' ἅπαντα ταῦτα, φανερὸν ἐκ τοῦ λαβεῖν τό, τε πρῶτον κατὰ διαίρεσιν, ὅτι ἅπαν ἢ τόδε, ζῶον ὑπάρχει δὲ τόδε.

Argyrop. patebit autem hęc omnia eſſe, quod erat tertium, ſi ſumpſerimus primum ipſum per diuiſionem omne aut hoc, aut hoc animal eſſe. ego ſic. quòd autem hęc, omnia ſint, quod tertium erat obſeruandū, inde patebit, ſi & primum ipſum per diuiſionē acceperimus, atq; dixerimus quod omne aīal
aut hoc, aut hoc eſt, eſt autē hoc L
& hìc aduertendum eſt dictionē illam ζῶον in vulgatis exemplarib' non reperiri: nos tn̄ quia eā & in hac verſione Argyro. & in metaphraſtę, Anonymi, atq; Diui Thomę expoſitione inuenim' addendum eſſe exiſtimauimus.

Δῆλον γὰρ ὅτι οὔτε πλεῖον πρόσκειται, πάντα γὰρ ἐν τῷ τί ἐστὶν εἴληπται τούτων, οὔτε ἀπολείπει οὐδὲν, ἢ γὰρ γένος, ἢ διαφορὰ ἂν εἴη. γένος μὲν οὖν τό, τε
πρῶτον καὶ μετὰ τῶν διαφορῶν M
τοῦτο προσλαμβανόμενον.

Argyrop. Patet enim neque plus oportet quicquam additū eſſe, omnia nanque ſumpto hoc ipſo quid eſt prædicantur, neq; quicquā deeſſe, nam aut genus, aut differentia eſſet. at genus eſt ipſum primum, & hoc cum differentijs eſt ſimul ſumptum. ego clarius ſic: patet enim quod neque

MICHAELIS PSELLI

METAPHRASIS LIBRI SECVNDI POSTERIORVM ANALYTICORVM ARISTOTELIS.

Emmanuele Margunio Cretenſe interprete.

VENETIIS APVD IVNTAS,
M. D. LXXIIII.

DANIELIS FVRLANI CRETENSIS CARMEN

Ad Emmanuelem Margunium.

E tenebris potuit tandem reuocarier ille
Vnus, qui amissam Graiorum restituit rem
Psellus, in arcanis sapientum eductus, & idem
Doctus, quæ obscuris sermonibus inclusere
Magnus Aristoteles, & Dij mens alta Platonis,
Margunus pepulit tenebras, memorabile ciuis
Officium, quiuit quando pietas patriai
Efficere, vt doctis monumentis ne careamus,
Et fecit latia (mirum) idem voce loquatur:
Hoc pietatis opus non est magis, atq; nitentis
Doctrinæ Ausonijs quæ est haud incognita terris
Marguni, æternum quæq; est mansura per æuum.

ANGELI LOLINI CARMEN

Ad Emmanuelem Margunium.

Cimerijs tenebris, & cæca in nocte latebat
Interpres magni fidus Aristotelis,
Quem toties mirata cohors studiosa lycæi,
Et quem fassa suum Græcia prisca decus.
Hunc tu non tantùm obscuro de carcere ducis
Marguni, Ausonio sed facis ore loqui.
Haud igitur mirum, tibi si debere fatetur
Psellus, Aristoteles, Græcia, & Ausonia.

PAVLO COLVMNAE VIRO PRAESTANTISSIMO,

Emmanuel Margunius à Sorore nepos. S. P. D.



A est generis humani conditio Paule Columna vir præstantissime, vt licet homo plerunq; in summis quibusq; rebus præclarè se gerat: non tamen omni ex parte perfectus esse videatur. nam quamuis hic à summo illo rerum opifice Deo, animo immortalis, atq; diuinus effectus sit: mortalis tamen atque caduci corporis ratione (quod variabile maximè, atq; in perpetuo fluxu est) fit, vt suam ipsius, quandoq; imbecillitatem argumentis satis manifestis indicet. hinc est ꝙ non ad omnia homo natus sit: quodq; minimè mirum videri debeat, si præclarissima quoque ingenia, summaq; eruditione viri, tum in alijs rebus, tum etiam in Aristotelis libris interpretandis quandoque dormitasse deprehendantur. hoc enim naturæ humanæ proprium est. Quamobrem cum sciam sæpenumero euenire, vt verba Aristotelis vitio interpretum vel non intelligantur, vel maximas plerisq; (ijsq; præsertim qui Græcam linguam non callent) pariant difficultates, atque auctoris sententiam ex ipsomet potius, quàm ex innumeris penè interpretum declarationibus, haberi posse, operæ pretium facturum me esse existimaui si quorundam locorum (quos obiter dum Michaëlis Pselli in secundum Posteriorum Ana

lyticorum Paraphrasin in latinum conuerterem, adnotarã) versionem emendarem, et ex Græca bona latinam facerem non adeo malam. alios præterea pro viribus explicarem, nonnullos etiam corrigerem. hoc autem facere non ea ratione aggressus fui, vt quicquam de præstantissimorum hominum laude detractum voluerim: ab hoc enim (vt qui maximè) alienus sum: sed vt & ingenium meum exercerem, & si quomodo fieri posset, clarius atque apertius verba Aristotelis in posterum intelligantur: quod an præstiterim, aliorum esto iudicium. Ego sanè quo potui studio sum enixus, vt verba & sententias aliquas penè labentes erigerem: ne interpretum auctoritatem secutos in ruinam secum præcipites traherent. Cùm autem mecum ipse cogitarem cuinam potissimum hosce mei ingenioli fœtus dedicarem, tu mihi occurristi vir ornatissime, quem ob virtutum splendorem, pro maximis tuis ac penè immortalibus in me meritis, hoc munusculo dignum in primis existimaui: ingratus enim omnino essem, si cui maxima quæq; debeo, ne minima quidem, cùm illa haud possim, offerrem. has itaq; laborum meorum primitias quæcunq; sint, summæ erga te meæ obseruantiæ argumentum, qua consueuisti humanitate suscipias, atq; me tibi semper deditissimum fore scias.

Vale.

MICHAELIS PSELLI METAPHRASIS LIBRI SECVNDI POSTERIORVM ANALYTICORVM ARISTOTELIS.

Emmanuele Margunio Cretense interprete.

CAPVT PRIMVM.

Quǽnam sint ea quæ in omnibus ratiocinatiuis scientijs quæruntur, atq; cognoscuntur.

Væ in omni cognitione scientifica quærunt̃, B paria sunt numero rebus ijs quæ cognoscũtur; quarum rerum cognitarum habemus scientiam. rursus, ea quæ scientificè cognoscũtur, ijs quæ quæruntur sunt æqualia numero: quæ auté queri solét, quatuor sunt. ꝙ est, propter quid est, si est, q̃d est. & ea igitur quæ scientificè cognoscũtur quatuor sunt: si quidem cum quærimus vtrum C hoc prædicatum huic insit subiecto, vt puta soli ꝙ deficiat, an nõ, & terræ quòd moueatur nec ne, tunc illud ꝙ est quærimus. quare clarum hinc esse potest, ꝙ est, quæsitis conuenire compositis. vox enim hæc, vtrũ, in duobus quibusdã interrogari solet: signum autem huius rei (nempe ꝙ ꝙ est in compositis quæratur ꝓpositionibus) est hoc; cũ enim inuenerimus atq; didicerimus ꝙ deficit, tunc à quærendo cessamus. & si ab initio ꝙ deficiat cognouerimus, nõ quęrimus, vtrũ. E cum verò illius ꝙ est, cognitionem habuerimus, tunc ꝓꝑ quid quærimus, quænam sit s. causalis ratio ꝙ terra moueatur, aut ꝓꝑ quam rationem sol deficiat. hæc igitur quæsita, ꝙ est, & propter quid, ita se se habent in quæstione, quando videlicet quærimus an hoc prædicatum huic insit subiecto, vel non, quemadmodum in dictis exemplis, nobis apparet. quædam verò quæsita, veluti F si est, & quid est, alio modo ac ratione quærimus, non tãquam in propositione, neq; vt in prædicato ac subiecto, sed in voce simplici, vt si est Deus, aut mens, aut anima, sit ne Myrmëcoleo aut cẽtaurus, vel non sit. cum autem cognouerimus an horum vnumquodq; sit, an videlicet vnũm aliquid ex ijs quæ in rerum natura reperiuntur, sit: statim quæ nam ipsorũ natura sit, quærimus. hæc igitur ac tot sunt ea q̃ quærunt̃, & quę scientificè cognoscuntur.

G CAP. 2.

Quòd in quatuor quæſitis nil aliud quærimus quàm mediā cauſam.

QVærimus autem quandoquidem quærimus ipſum ꝙ quemadmodum in cōpoſitis problematibus, in quibus tum prædicatum tum ſubiectum videre eſt, aut ſi eſt, vt in ijs quæ ſimpliciter quæruntur, vbi quæſtio eſt de ipſa ſubiecti ſubſtantia, quærimus (inquam) ſit ne aliquod medium &
H cauſa ipſius rei quæſitę, an non ſit. cum verò percepto ac cognito ipſo quòd, vt in compoſitis ꝓblematibus, aut ſi eſt, vt in ſimplicibus, rurſus in illis quidem, in compoſitis ſcilicet ꝓpter quid, in ſimplicibus autem quid eſt, quæramus, nil aliud tunc quęrimus, niſi quid ſit medium, quæq; natura medij termini ſit. dico autem in compoſitis quidem problematibus, veluti in defectu lunę, aut terrę motu, in quibus il-
I lius ꝙ eſt ordinata eſt quęſtio, nū aliqua ſit media cauſa defectus lunę, aut motus terrę. in ſimplicibus autem, quid igitur eſt Deus, aut mens, aut anima, aut quid eſt cētaurus, aut homo. in omnibus igitur hiſce quatuor quęſtionib⁹ aut an ſit medium, aut quod nam ſit medium, quærere accidit. cauſa enim ipſum medium eſt: hęc autem in omnibus quęritur, deficit ne luna, an non? habetur ne auctionis aliqua cauſa, an non?

poſtea cum aliquam eſſe cognouerimus, quæ nam igitur hęc eſt, K
quęrimus. inuenitur autem in defectu quidem ipſa terrę interpoſitio. in auctione verò ac diminutione eius luminum ſecundum diuerſas formationes, formę ipſius cauſa, ipſa nimirum rotunditas. cauſa enim aut vt ſimpliciter ſit talis quędam ſubſtantia, vt puta terra, ſol, luna, triangulus (& hunc enim in pręſentia concedendum eſt tanquā in ſubſtantia cōſiderari) aut ꝙ aliquod
inſeparabile accidens tali cuidā L
inſit ſubſtantię, veluti terrę quidem hoc, ꝙ ſcilicet in medio vniuerſi ſit, ſoli autem atq; lunę ipſe defectus. triangulo verò ęqualitas angulorum ad duos rectos. inęqualitas verò duorum huius laterum ad alteram, id medium eſt. in omnibus enim, tum in ijs quę in alijs ſubiectis ſuam habēt exiſtentiam, cuiuſmodi ſunt defectus, ęqualitas, & reliqua, tum
in ijs quę per ſe ſubſiſtunt, vt eſt M
terra, ſol, atq; luna, & alia, patet idem eſſe quid eſt, & propter q̄d eſt. exempli gratia. ſi quęratur q̄d eſt Ecclypſis, reſpōdendū eſt, priuatio luminis in luna ex terrę interiectione. ꝓpter quid luna deficit? propterea ꝙ lumen deficit, cum luna interponatur. & rurſus in alio exemplo, quid eſt harmonię conſonantia? ratio atque proportio numerorum in acuto aut graui. propter quid acutum graui cōſonum eſt? propterea ꝙ propor-

A proportionem habent in nume-
ris. rursus in quęstione ꝙ, quādo
quęritur sit ne inter acutū & gra
ue consonantia, hoc quęritur, est
ne ratio ipsorum in numeris, aut
non? quum autem ꝙ est cognoue
rimus, tum postmodum quę nā
igitur causa huiuscemodi conso-
nantię acuti atque grauis sit rur-
sus quęrimus discere. ꝙ verò in
omnibus medium atq; causa quę
ratur, id ea declarant, quorū me-
dium videri, siue sensu percipi
potest, sanè enim talis prorsus
B causa quę sub sensum cadit, vt
pote quę videatur, non quęritur.
de lunę enim defectu quęrimus
an sit, nec ne, vt pote qui sensu
eum non perceperimus, nec vi-
deamus ipsum, neq; cognosca-
mus. ꝙ si supra locum lunę esse-
mus in quo ipsa etiā fit defectio,
tunc hāc deficientem cernentes,
neq; si fieret, neq; propter quid
fieret, quereremus, sed simul no-
bis manifestum esset ex eo ꝙ vi-
deretur, & ꝙ fieret, & propter
C quid fieret. nam tum ex eo ꝙ mul
toties ꝙ fieret conspexissemus,
tum etiam propterea ꝙ particu-
laribus defectibus mentem adhi
buissemus, vniuersale quoq; no-
bis patere posset, ꝙ videlicet om
nis defectus propter terrę inter-
positionem fieret. nam sensus q-
dem eā quę nunc fieret terrę in-
terpositionem comprehēderet,
propterea ꝙ pręsentem ac recen
tem defectū cognosceret, ex mul
torum autem ac particulariū sen
satione, vniuersale notum fieret. D
queādmodū igitur dicebamus,
quid est, & propter quid cogno-
scere in defectu ęqualitate, in-
ęqualitate, & similibus, idē est:
ꝙ autem dictorum accidentium
eadem sit cognitio, multis mo-
dis euenit. aut quando de aliquo
eorum, quę simpliciter existunt
quęstio est, vt puta de subiecto
& aliqua substantia, sed non de
aliquo particularium & comple-
xorum. aut rursus quando quę-
stio de particularibus est atq; de
ijs quę in alijs existentiam habēt E
veluti cum quęrimus, an trian-
gulus tres angulos duobus rectis
ęquales habeat, aut an iris ma-
ior, minorve semicirculo sit. ꝙ
igitur omnes quatuor quęstiō-
nes, ꝙ est, propter quid, si est, &
quid est, de medio quęrant, mani
festum est: quoniam autē in prę-
cedentibus diximus idem esse in
aliquibus quęstionem, propter
quid est, & quid est, quippe cum
vtraq; causam quærat, est autem
propter quid quidem demonstra F
tionis maximè proprium, quid
est autem definitionis, idcirco
quomodo necessum esse appa-
reat, vt idē definitio atq; demon
stratio sit, quęrendum est, & quo
modo demōstretur definitio, &
si demonstratur, quis nam sit mo
dus reductiōis ad figuras, & om-
nino quid sit ipsa definitio, &
quarum rerum naturā repręsen-
tet atq; declaret, complexarum
an simplicium. de his itaque quæ

G iam dicta sunt prius dubitando procedentes, dicamus. sit autem principium eorum, de quibus paulopost statim dubitandum erit, quod & cohęreat, & maximè conueniens ijs sit, quę ordine dicenda erunt.

C A P. 3.

Dubitatio de diffinitione atque demonstratione.

NAm dubitare aliquis posset, an fieri possit vt vnum & idem subiectum, vtputa triangulus, simul atq; eadem H ratione, quatenus triangulus, & vt definibile per diffinitionem cognoscatur & vt demonstrabile per demonstrationem, vel hoc impossibile sit, quod & verũ est. nam omnibus quidem videtur ꝙ diffinitio subiectę rei substantiam declaret ac manifestet, atq; vniuersaliter affirmatiua sit. syllogismorum autem alij quidem priuatiui sunt, quemadmodum omnes secundę figurę. alij verò nõ vniuersales, vt syllogismi ter- I tię figurę. quomodo igitur diffinitio eadem erit cum demonstratione? deinde, nec eorum omniũ syllogismorum, qui in prima figura vniuersales atq; affirmatiui sunt, est diffinitio, veluti quòd omnis triangulus duobus rectis ęquales habeat. causa autem cur diffinitio aliud, demonstratio aliud sit, & ꝙ alicui eorum quę affirmatiuè atq; demõstratiuè in prima figura concluduntur, non competat diffinitio, est, quoniã scire quidem illud quod demonstrationi subiacet, est propriam ac congruentem ipsi cognitionẽ per demonstratiuum syllogismũ habere. rursus diffinibilis ꝓpria cognitio est, ipsa diffinitio. quare si in ijs quę demonstrari possunt, est demonstratio, veluti in eo quòd triangulus tres angulos ęquales duobus rectis habeat, atque in similibus quę per se accidunt, manifestum est ꝙ eorum non posset esse diffinitio: sciret enim quispiam demonstrabile ꝑ diffinitionẽ, non habens demonstrationem ipsam, quod fieri nõ L potest. sed vna quidem atq; eadem ratione impossibile est, alia verò atq; alia, fieri potest. nihil enim impedit eundem diuersarum rerum priuatas tamen ac separatim acceptas cognitiones habere, veluti diffinibilis quidẽ ꝑ diffinitionem cognitionem habere, vt quod à natura habeat vt alio quã hoc modo cognosci nõ possit. demonstrabilis verò rursus per demonstrationem, demõ M stratiuosq; syllogismos, & non eandem cognitionem diffinibilis simul habere & cognitionem demõstrabilis. ꝙ si aliquis vnius & eiusdem cognitionem habere tum per diffinitionem tum per demonstrationem asserat, is se absurdum aliquod sciat colligere, nempe ꝙ demõstrabile absq; congruenti ac conuenienti cognitione cognoscat, quod impossibile est. nam demonstratio quidem

A dem eorum quę per se alicui insunt, ostensiua atq; declaratiua est. ꝙ enim triangulus duobus rectis ęquales habeat, demonstrat, & ꝙ luna deficiat, & ꝙ terra moueatur. diffinitio verò nullum quidem horum, solam verò naturam atq; quidditatem subiectę rei declarat. & per inductionem igitur sufficienter probari potest, ꝙ hęc īter se diuersa sint. nullum enim demonstrabile vnquam diffinitione cognouimus, neq; ex ijs quę per se accidũt, vt B terrę motum, Ecclypsim, & his similia; neq; ex ijs q̄ simpliciter accidunt, cum causales ipsorum rationes communes atq; vniuersales fuerint, pręterquàm per demonstrationem. amplius si diffinitio substantię cuiusdam cognitio est, demonstratio verò eorum quę per se alicui substantię accidunt declaratiua est, patet ꝙ talia substantię non sint. ꝙ igitur diffinitio nec ad manifestandã, C nec ad declarandam omnem rē demonstrabilem (cuius declaratiua est demonstratio) apta sit, patet. quid autem? est ne econuerso dicere ꝙ cuius est diffinitio illius omnis est demonstratio, an non potius dicendum? vna quidem de hoc etiam causa est eadem cũ prȩcedenti. quęnam autem hęc est? ꝙ scilicet fieri non potest vt eiusdem rei sciẽtiam habeamus tum per demonstrationem, tum per diffinitionem. tentandum tamen est, vt quod iam dictum est per dignitatē quoq; astruamus, D ꝙ vnius quatenus vnum vna est scientia diffinibilis quidē inquãtum diffinibile, demonstrabilis verò quà rursus demonstrabile est. quare si quidem id sciētia demonstrabilis rei est, nēpe demonstratiuũ eius habere syllogismũ, concedamus autem quòd demõstrabile est per diffinitionem etiã cognosci, impossibile aliquod accidet, nimirum ꝙ demonstrabilis absq; demonstratione cognitionem habeamus, qui enim diffinitionem habet, absq; demonstratione sciet. Deinde quomodo E rationi consonum erit, idem esse statuere diffinitionem ac demonstrationem? nam principia demõstrationũ, diffinitiones sunt, quorum principiorum demõstrationes non esse prius ostẽsum fuit, aut enim ipsa principia demonstrabilia erunt, & tum erũt principiorũ principia, & hoc in infinitũ procedet, aut prȩmissȩ ipsȩ diffinitionis erunt indemonstrabiles. at verò si nõ omnis eius F dem diffinitio atq; demonstratio est, potest ne saltē alicuius esse, an impossibile est? patet ꝙ sit impossibile. nam diffinitio quidem illius quid est atq; substantię, ipsius videlicet formę naturęq; atque existẽtię rei declaratiua est, demonstrationes verò primariò ea quę per se substantijs accidũt, inquirunt, & hęc demonstrant. ipsas verò diffinitiones veluti principia indemonstrabilia supponunt

G ponunt, & tanquam concessa accipiunt, vt Mathematicę disciplinę, quid vnitas, quid indiuisibile, & quid impar quod in duo impária diuiditur, non tamen demonstrant, sic itaq; Arithmetica Geometria, & hoc eodem modo reliquę. Insuper omnis demonstratio aliquid de aliquo mõstrat, vt ꝙ sit aut nõ sit, affirmatiuè scilicet vel negatiuè, in diffinitione autem non contingit vt alterum de altero prędicetur, nec animal de bipede, nec bipes de animali,
H in diffinitione enim compositio prędicati atque subiecti omnino non est, sed vna est res quę diffinitur, licet ex multis nominibus diffinitio composita sit. neq; circulum diffinientes, ꝙ scilicet figura plana sit, quę ab vna linea continetur, aut figuram de plano prędicamus, aut è conuerso, neq; enim planum ipsum figura est, neq; figura, planũ. Amplius, diuersum est ipsum quid est, & quòd est ostẽdere. nam cognitio
I quidem ipsius quid est, simplex quędam vox est terminũ aliquẽ comprehendens, vt puta Deum, animam, mentem, Myrmëcoleonem, Centaurum, & id genus alia, quemadmodum sanè & ipsius si est, cognitio. ipsum autem quòd est, rem aliquam compositã repręsentat, vt etiam ipsum propter quid e[illegible]. at diffinitio quidem hoc sibi vendicauit, ac veluti suffragijs munus propriũ habuit, vt rerum naturas explicet: demonstratio verò hoc, vt scilicet prædicata in subiectis tum affirmatiuè, tum negatiuè ostendat. rerum autem diuersarum diuersæ omnino demonstrationes quoq; sunt, nisi res illæ ita se habeant, vt veluti pars quædam totius sint. hoc autem dico, propterea ꝙ accidit vt in quibusdam rebus aliquando duobus subiectis vna competat demõstratio. quẽadmodum Isocheles tres angulos habere duobus rectis ęquales ostenditur, cum sanè pars trianguli sit, de quo primò hoc accidens (tres scilicet habere) prædicatur. ipsum autem quid est, & quòd est non ita se habent ad inuicem, vt triangulus & scalenus, ita vt hoc quidem pars, illud verò totum sit, non enim alterum alterius pars est, neq; diffinitio demonstrationis, neq; demõstratio diffinitionis. clarum itaq; est ꝙ neq; omnis rei diffinibilis cui conueniens cognitio diffinitio est, sit demonstratio, neq; demõstrabilis rei, cui congrua est ipsa demonstratio, diffinitio sit. quare in nullo omnino vno atq; eodẽ contingit, vt vna atq; eadem ratione & diffinitionem & demonstrationem habeat. alia verò atq; alia ratione, contingit. vt trianguli quidem per diffinitionem cognitionẽ habere, ꝙ verò tres angulos duobus rectis ęquales habeat, per demonstrationem. quare clarum hinc esse potest, ꝙ neq; eiusdem naturæ sint diffini-

K L M

tio

A tio atq; demonstratio, neq; alterum sub altero contineatur, ita vt illud quidem veluti totũ, hoc verò tãquàm pars sit: nam si hoc esset, ea etiam quæ ipsis subijciũtur, ęqualiter sese haberẽt. subijcitur autem ipsi quidem quid est, substantia: ipsi verò q꞉ est, accidens, & de his quidem hactenus dubitatum sit.

CAP. 4.

Quomodo diffinitio ostendatur, & quomodo ad demonstrationem B *reducatur. & quid sit, quorumq́; sit diffinitio.*

IPsius autem quid est siue diffinitionis fieri ne potest vt syllogismus conficiatur, per eũque ostendatur diffinitionem cõcludi, idem autem est ac si dicamus, & per ipsum syllogismum conclusio colligatur, q꞉ homo est animal rationale, mortale, mentis atq; scientiæ capax, an non? quemadmodũ ratio cùm id hic C proposuisset, quæsiuit. nam syllogismus quidẽ aliquid de aliquo ostendit per medium, ipsum autem quid est siue diffinitio, propria est, & conuertitur, & præter hoc, in eo quod quid est prædicatur, & ad rei essentiam explicandam apta est. hęc autem propria, quę ita se habent vt diffinitio ad diffinitum & quæ in quid est prædicantur, necesse est conuertantur. quicquid enim animal rationis particeps, morti obnoxium, mentis atq; sciẽtiæ capax est, homo est. & quicquid homo, id om D ne animal rationale mortale mẽtis atq; scientiæ capax est. nam si aliquis sibi proponat concludere quòd A ipsius C proprium sit, de eoq; essentialiter, & in quid est prædicetur, est autem idem ac si dicamus, q꞉ eius sit diffinitio, manifestum est q꞉ non alio modo id concludere poterit, nisi etiam ipsum A ipsius B diffinitionẽ esse accipiat, & ipsum rursus B ipsius C diffinitionem. quare omnia inter se & ad inuicem sunt E diffinitiones. attamen tunc concludi poterit q꞉ ipsum A ipsius C sit diffinitio, si ipsum A acceptũ fuerit ipsius B diffinitio, & B ipsius C diffinitio. aliter enim fieri non potest vt A veluti diffinitio de C ipso colligatur. si verò non ita aliquis accipiet, duplicando seu bis accipiendo q꞉ hoc huius diffinitio sit, nũquam concludet q꞉ A ipsius C diffinitio sit, si A quidem ipsius B diffinitionem esse acceperit, non autem rursus B F etiam ipsum tanquam diffinitionem acceperit, illudq; de quibuscunq; prædicatur vt de propriis diffinitis prædicati. ambæ igitur propositiones ipsum quid est habebunt, erit igitur & B ipsum de C vt quid est. si verò ipsum quid est, & quod quid erat esse ambæ propositiones habuerint, quidditatem videlicet ac diffinitionẽ, tunc in medio termino nempe B ipso prius exposita ac pręaccepta fuerit diffinitio, hoc autem nil aliud

G aliud est quàm principium pete-
re. atq; oino si licet ostẽdere atq;
concludere quid hõ sit, sit ipsum
c homo, A verò quid est ipsius si-
ue aĩal bipes, siue aliquid aliud.
si igitur aliquis syllogizando cõ
cludet ꝙ A ipsius c diffinitio sit,
necesse est vt A sicut diffinitio de
omni B prædicetur, A verò & B
ꝓpositionis alia quędam media
erit ratio, quare hoc etiã mediũ
hominis erit diffinitio. præassu-
mit igitur quod ostendendũ est,
nam & ipsum B diffinitio est. id
H autẽ in duabus propositionibus
& in primis atq; immediatis ter
minis cõsiderare oportet, in his
enim pręcipuè quod à nobis dici
tur clarum fit, ꝙ scilicèt princi-
pium petant qui hoc modo syllo
gizandi vtuntur.

CAP. 5.

Quòd qui per conuertibiles terminos diffinitiones monstrare conantur, petunt quod est in principio.

QVi igitur ꝑ terminos eos
I qui cõuertũtur, quid ani-
ma, vel quid homo
sit, aut quoduis aliud eorũ quæ
sunt, conantur ostendere, isti
quòd est in principio petunt. vt
si quis dictum Xenocratis assere-
ret, id est pro cõcesso acciperet,
illud esse animam quod sibi ipsi
viuendi causa sit, hoc autem, vi-
uẽdi nempe causam sibi ipsi esse,
numerum se ipsum mouentem
esse supposuerit, & sic animam
numerum se ipsum mouẽtem es-
se concluserit, is ratiocinatus nõ K
est, non enim demonstrauit sed
accepit id ꝙ scilicet numerus se
ipsum mouẽs animæ quid, id est
quidditas ac diffinitio sit, & ita
de hac pędicetur ac si idem cum
ea sit, id est diffinitiuè, ac prorsus
vt quod quid eius: quomodo au-
tem Xenocrates non demõstret,
hinc clarum est. nam si hoc qui-
dem scilicet ꝙ anima sit id quod
sibi ipsi viuendi causa est in mi-
nori ꝓpositione accipimus, hoc
autem ipsum, quòd sibi ipsi viuẽ
di causa est, nihil aliud est secun- L
dum illũ pręterquàm numerus
se ipsum mouens, qui igitur B ip
sum accepit, numerum quoque
se ipsum mouentem accepit. In-
super Xenocratẽs cum diffinitio
nem demonstrare sibi proposuis
set, eam in minori propositione
petijt. illud enim qđ sibi ipsi cau
sa est viuẽdi, animam esse suppo-
suit. ad hanc igitur conclusionẽ
non sufficit, vt maior extremitas
medium simpliciter sequatur, &
iste medius minorem extremita- M
tem, sed sanè oportet diffinitiuã
esse quoq; consequentiam. non
enim si A quod sit animal sequitẽ
B id est hominem, hoc autem B
id est homo c id est Sophroniscũ
sequitur, erit etiã A ipsum id est
animal quid erat esse id est diffi-
nitio ipsius c scilicet Sophroni
sci, nam si esset, conuerti posset.
at verum quidem est dicere ꝙ So
phroniscus sit animal, non tamẽ
diffinitio Sophronisci est ipsum
animal

A animal, quemadmodū diximus.
Sed neq; ſi ipſum A quod qd eſt
ſcilicet diffinitio animalis eſt, &
de omni B prædicatur, cū & ip-
ſum etiã ſimiliter quod quid eſt
videlicet diffinitio hominis ſit,
neq; ſic (inquam) concluſionem
diffinitiuam facient. nam verum
quidem eſt, omne mẽtis atq; ſcié
tiæ capax, ſubſtãtiam animatam
ſenſitiuam eſſe, quemadmodum
etiam omnem hominẽ, animal,
at non ita vt vnum ſint atq; con
B uertantur, nam ſi hoc eſſet, con-
uerterentur, & ſic nulla alia ſub-
ſtantia animata ſenſitiua præter
Sophroniſcum remaneret. ſi igit̃
non ita aliquis duos diſtãtes ac-
cipiat terminos, diffinitiuos ſci-
licet & vt diffinitiuos, non pote-
rit ſyllogizare atque maiorem ex
tremitatem de minori conclude
re, ꝙ ſcilicet maior extremitas
minoris ſit diffinitio. ſi verò rur-
ſus ita accipiat, id eſt terminos
diffinitiuos ac conuertibiles pro
pter neceſſitatem ſyllogizãdi, id
C rurſus quod quęritur tanquam
confeſſum prius acceperit, cum
enim demonſtraturus ſit quòd
A ipſius C diffinitio ſit, vti con-
feſſum pręaſſumpſit ꝙ B, ipſius C
ſit diffinitio, quod idẽ eſt ipſi A,
quare qđ eſt in principio petijt.

C A P. 6.

Quòd neq; per methodum diuiſiuã diffinitio demonſtrari poßit.

ATqui neq; diuiſiua metho
dus ratiocinatur quemad-
modum in libro quoq; de propo D
ſitionum copia dictum fuit. nul-
libi enim in methodo diuiſiua
apparet ꝙ neceſſe ſit rem eſſe cū
hęc ſint, ſed quemadmodum qui
inductione vtitur, demõſtratio-
nẽ facere non poteſt, ita neq; il-
le qui diuidit, non enim interro
gare cõcluſionem in ſyllogiſmis
demonſtratiuis oportet, verum
ſcilicet hoc ita an non ita ſe ha-
beat, neq; ideo rem eſſe exiſtima
re, propterea ꝙ id conceſſum ſit,
ſed neceſſe eſt pręmiſſis demon-
ſtrationi proprijs acceptis, ſequi E
concluſionem, etiam ſi is qui re-
ſpondet, neget. qui verò via di-
uiſiua vtitur non hac ratione ꝓ-
cedit, ſed quomodo? vtrū enim
interrogauit homo animal eſt,
an inanimatum? deinde hoc, ꝙ
ſit inanimatum negato, ex nulla
neceſſitate animal accepit, qua-
re nullam ratiocinationẽ fecit.
rurſus cum animal de conceſſo
acceptum in greſſibile atq; aqua
tile diuiſerit, ex negatione aqua-
tici accepit greſſibile, hoc à re-
ſpondente cõceſſo. & ꝙ verè ho F
minis ſit diffinitio hæc tota col-
lectio, animal ſcilicet greſſibile,
de neceſſitate ex dictis nõ ſequi-
tur, ſed & hoc datū ſibi à reſpon
dente accipit. quæ nam enim ne-
ceſſitas eſt, ſi de eodem diui-
ſim hęc duo verè prædicantur
nomina, iam & coniunctim vt
diffinitiua verificari? porrò cum
aliquis coriarius & bonus ſit, nõ
ſimul hoc verum eſt dicere, vide
licet

G licet ꝙ bonus erit coriarius. nil autem refert ad hoc sanè vt methodus huiuscemodi debilis atque nullius valoris sit, siue ĩ multis differentijs fiat diuisio siue in paucis, vt in duabus ad minimũ, aquatici atque gressibilis, idem enim est. At vsus quidem diuisiuæ methodi nullam apud eos q hac ratione procedunt, ratiocinationem efficit, non modo si propositiones medio careant (quæ nequaquam per syllogismos demonstrari solent) verum etiam si

H ipsę sint contingentes, de ijsque fieri possit ratiocinatio. qđ enim prohibet hoc, ꝙ verè quidem de homine quę ex quibuscunq; nominibus conflata fuerit congregatio prędicetur, ipsius tamen substantialem atq; diffinitiuam rationem non declaret? quemadmodum animal rectigradum, latiungue, horum enim vtrumque in accidentiũ numero ponimus. Insuper cùm diuisio multiuaga sit, infinitasq; pręse ferat dece-

I ptiones, quid impedit qn in qualibet harum qui diuidit decipiatur? & aut aliquid addat, aut auferat, aut supergrediatur atq; excedat substantiam rei quę diuiditur atq; diffinitur? atqui hęc quidem ab ijs admittuntur atq; conceduntur, qui mentem non adhibent, neq; animaduertunt, cõtingit verò vt is errorem soluere possit qui rectè diuidat, in eo ꝙ nullum quidem accidens, omnia verò substantialia & quę in eo quod quid est prædicantur, ac-

K cipiat. & si consequenter à primo genere diuisionem faciat, primũ tamen genus (quod pro nũc ipsum animal sit) tanquam confessum ac sine demõstratione accipiens, nullamq; ex huiuscemodi differentijs pretermittat. hoc enim (vt diximus) necessum erit ita facere, si omne sub diuisionẽ cadit, nihilq; deest. hoc autem pacto (continuò ac consequenter scilicet) diuidere nihil omittendo, tum necessarium, tum vtile

L ei qui diuidit, est. eo vsque enim deuenire oportet, donec ad indiuiduam speciem quę non possit in alias differentias diuidi, deueniamus. veruntamen neque per hęc fieri potest ratiocinatio. quãuis enim notam nobis diffinitionem diuisio faciat, alio tamẽ modo & non per demonstrationem id notum efficit. & hoc quidem absurdum non est, ꝙ scilicet ad cognitionem diffinitiuis diuisio conferat, nec tamẽ ratiocinatiuè diffinitionem demonstret. & is

M enim qui inductione procedit ęquè ac ille qui diuidit, non demonstrat, cognitionem tamẽ aliquam intellectui imponit, ratiocinationem autem non dicit qui ex diuisione diffinitionem colligit. quemadmodum enim in cõclusionibus medio carẽtibus (tales autem sint suppositiuę & illę quæ vna propositione constant) si quispiam ratiocinando dixerit, ꝙ cùm ista sint, conclusionem esse

A esse necesse est, contingit vt interrogetur propter quid, sic quoque in diuisiuis terminis. ponat enim ꝙ ex diuisione aliquis hominis diffinitionem collegerit, vtpote animal mortale, pedibus vtens, bipes, alis carens, in vnaquaq; igitur additione siue differentia propter quid interrogare licet. qui enim ratiocinatur dicet, atq; vt putat per diuisionem ostendet propter q̄d homo mortalis sit, dicẽdo ꝙ homo animal
B est, omne autem animal aut mortale aut immortale est, talis autẽ oratio tota non necessariò diffinitio est. quare etiam si concedamus aliquid ex diuisione monstrari, nõ tamen hinc diffinitionis demonstratio fit, quænam q̄dem: neq; diffinitio ipsa ratiocinatio siue conclusio demonstrationis fit.

Cap. 7.

Quod neq; ex suppositione diffinitio demonstrari posit.

C Atqui num fieri potest, vt substantialis atq; diffinitiua ratio ex suppositione demonstretur, si aliquis lòco medij termini diffinitione diffinitionis vtatur? qui demonstraturus sit ex suppositione accipiat diffinitionem quidem atq; naturam rei esse rationem quæ ex proprijs ijs quæ in quod quid est prędicantur accipitur, quod maior est propositio, hæc autem sola, vt puta animal gressibile, bipes in quod quid est hominis prædicari, quod minor est propositio, & totum ex hisce aggregatum videlicet animal gressibile bipes, proprium esse siue diffinitionem
D hominis, quod ipsa cõclusio est. hoc enim esse atq; natura diffinitionis est. quale tandem hoc? ratio quæ ex propriis in quod quid est prædicabilibus accipitur, an rursus in hac etiam ratiocinatione, si aliquis diffinitionẽ demonstraturus sit, vt confessum ac sine demonstratione id quod est in
E principio præassumpsit in eo ꝙ dixerit diffinitionis diffinitionẽ esse rõnẽ ex proprijs in quod q̄d est prædicatis acceptam. necesse enim est si cuiquam concludendum hic sit animal gressibile bipes diffinitionem esse hominis, vt is pro medio termino diffinitione diffinitionis vtatur, quare rursus quod est in principio petit. non igitur quod quid erat esse demonstrat is qui ad demonstrandum quod quid erat esse, ip
F so rursus pro medio vtitur termino. at si quidẽ hoc esset quòd scilicet demonstraret, conclusionem ipsam diuersum quid à proportionibus esse, oporteret. quẽadmodum enim nec in ratiocinatione aliqua ratiocinationis diffinitio sumitur, sed oportet vt altera quidem propositionum sit maior, altera verò minor, ex quibus ratiocinatio efficitur, sic neque diffinitionis diffinitionem oportet vt mediũ terminum in diffi-

G diffinitionis demonstratione inesse, sed seorsum ipsã esse à duabus propositionibus quæ in demõstratione positæ sunt, & quémadmodum si quis ambigat ad eũ qui hoc modo ratiocinetur, sat esset ipsi ad hoc vt se conuenienter ratiocinatum esse respõdeat, si dixerit hac ratione se rectè ratiocinatum esse, propterea ꝙ in propositionibus ratiocinationis diffinitionem non acceperit. sic si quis eum reprehenderet, qui medium terminum, rationem ipsius quod quid erat esse, in ratiocinatione ipsius quid est accipit, facilè iste occurrere poterit, asserendo ac dicendo, maximè rectè ratiocinatus sum: hæc enim diffinitionis diffinitio est. quare necesse est & sine hoc, quod scilicet ratiocinatio sit, ratiocinationem facere, & sine hoc, quid scilicet diffinitio sit, diffinitionem ipsam, si fieri posit, demõstrare.

H

CAP. 8.

I *Quòd neq; per hypotheticum syllogismum fieri potest vt diffinitio demonstretur.*

VErùm si ex suppositione etiam, id est per hypotheticum syllogismum, diffinitionem quispiam ostendere conetur, & is sanè similiter id qđ in principio est petere deprehendetur. exempli gratia, sit bonũ ipsum diffinibile, proponaturq; demonstrandum huius diffinitionem esse indiuisibile, si itaq; hoc pacto aliquo modo ratiocinabitur dicens, ꝙ si diffinitio mali hæc est, scilicet ꝙ diuisibile sit, boni autem ꝙ indiuisibile sit, cõtrario enim contrarium accidere videre est in ijs rebus in quibus consideratur contrarietas. bonum autem malo contrarium est & indiuisibile diuisibili, diffinitio igitur boni est, ꝙ sit indiuisibile, & hic petiit quod in principio est. cùm enim hìc mali diffinitionem vt concessum acceperit, per illam bonum demõstrat: accipit itaq; secundum petitionem mali diffinitionem, ad hoc vt quod quid erat esse ipsius boni ostendat, & hac ratione non modo petitio fiet principij, sed etiam in hũc sermonem quæ mutua appellatur incurret ostensio. at non ita decet fieri, sed illud quod ad demonstrandam diffinitionem accipiendum sit, diuersum quid sit oportet, & non diffinitio. namq; in demonstrationibus ꝙ hoc de hoc est, accipimus, & mediam causam quæ diuersum quid ab extremis est, sed non id quod demonstrare oportet, neq; huiuscemodi quod idẽ sit atq; illud quod demõstratur, cum eoq; cõuertatur, ad vtrosq; autem, tum ad eum qui quod qđ erat esse diuisione ratiocinari conatur, tum etiam ad eum qui ex suppositione idem aliquis dubiũ mouere posset, cur scilicet sit ꝙ totum aggregatum quod ex tot hominis differentiis componit, vt puta

K L M

A vt puta animal gressibile bipes ipsius hominis diffinitio sit, non autem vnumquodq; ipsorum ꝑ se separatim diffinitionis locum compleat atque pro diffinitione accipiatur, nam ex ijs quæ in diuisione accipiuntur nulla vrget necessitas vt totum illud ex multis differentijs aggregatum veluti vna prædicatio esse videatur, sed quemadmodum si vnus atq; idē homo separatim musicus diceretur, & grammaticus separatim, non necessariò hæc duo cōponuntur ita vt vnã prædicatio- B nem efficiant, sed licet simul dicantur, non statim necessum est vt ista sint diffinitio, ita etiam in diuisione videre est. eodem autē modo aliquis etiam ad eum qui ex suppositione diffinitionē demonstrare videtur, dicere certè posset. cur enim si diuisibile & à se ipso differens, & quod præter naturam est mali ipsius est diffinitio, iam & quod indiuisibile & secundum naturam, & quod sibi C ipsi cōsonum est, boni ipsius erit diffinitio? quod enim ad suppositionem attinet, nullibi hoc ostēdit qui supponit. quomodo igit̄ qui diffinit substantiam vniuscuiusq; & quod quid est siue diffinitionem, ostendet ꝙ huius est diffinitio? neq; enim vt is q̃ demonstrat ex ijs propositionibus quæ conceduntur notum faciet esse, ꝙ cùm propositiones sint, necessariò conclusio sit, hoc enim tale demonstratio est. demonstratio

autem ad præsentem considera- D tionem à nobis antea fuit ostensa esse inutilis. neq; tamen vt is qui inductione vtitur per singulos homines qui manifestè animalia sunt gressibilia duos pedes habentia, omnem etiam hominem animal gressibile bipes esse ostendet, eo quod nullum singulorũ aliter se se habeat. nō enim necesse est, quod omnis homo talis sit. contingeret enim fortasse vt aliquis homo alicubi reperiretur qui talis nō esset. neq; etiã fieri potest, vt si aliquis id in indi- E uiduis prius ostenderit, eodem etiam modo de vniuersali ostendi dicat. indiuidua enim ipsa infinita sunt, eaq́; ad finē vsq; non valemus percurrere. deinde qui inducit non quod quid est quod à nobis quæritur, sed aut ꝙ est, aut ꝙ nō est ostendit. quis igitur alius demonstrationis modus relictus est, cum omnes à nobis diligenter cōsiderati sint, nullusq́; eorum ad presentem vsum sufficiens esse ostensus fuerit? non F enim sensu sanè, vel digito demonstrabit aliquis. & ridiculum quidē esset, cùm diffinitio totius naturæ declaratiua sit, sensus autem circa singularia versetur, si ꝑ sensum postea diffinitionem demonstrari posse diceremus. Præterea quomodo aliquis ipsum q̃d est homo ostendere poterit? necesse est enim eum qui scit diffinitionem hominis, aut cuiusuis rei, multo ante arē huiuscemodi

G inter entia numerari scire, quod enim non est nemo scit quid ipsum diffinitiuè sit, vt puta si hircoceruum dicamus, q̄d enim nominis ipsius ratio sit, ꝙ scilicet animal ex hirco atq; ceruo compositum sit nouimus, cum dixerimus hircoceruum. fieri autem non potest vt quid natura hircoceruus sit sciamus, nam hic in rerum natura non est. at verò si q̄s quod q̄d est, ipsam videlicet diffinitionem rei ratiocinando ostendat, quoniam ipsius quid est H cognitionem cognitio ꝙ est antecedit, quomodo eadem ratione ac methodo aliquis ostẽdere poterit & quod quid est & ꝙ est? diffinitio enim vnius tantũ, rei scilicet diffinibilis declaratiua est, & demonstratio rursus illius solum quod sub demonstrationem cadit declaratiua est. quid autẽ est homo, & hominem esse aliud atq; aliud est, illud enim diffinitio & simplex est, hoc verò diuersum quid & compositum. deinde per demõstrationem etiã omne I quoduis ostendi quoad quod est, necessarium esse dicimus, nisi hoc diffinitio sit, ipsa enim sola non demonstratur. de vnoquoq; autem eorum quæ sunt dicere ꝙ sit hoc, nullius est diffinitio. ens enim ipsum non genus sed vox æquiuoca est. quare qui hoc ꝙ sit de quauis re prædicat, non naturam sed solã rei repræsentat existentiam, ꝙ scilicet in rerum natura sit. igitur demonstratio erit ipsius ꝙ est, quod videlicet alia K diffinire & alia demonstrare etiã nunc ipsæ scientiæ faciunt. Geometra namq; quid triangulus significat sumpsit per diffinitionẽ, ꝙ scilicet figura plana sit quæ à tribus contineatur lineis, & nõ demõstrauit. ꝙ autem tres angulos duobꝰ rectis æquales habeat, hoc demonstratio demõstrat. q̄d igitur ostendet postea ille q̄ triãgulum diffinit, an & is omnino triangulum, non tñ eodem modo. qui enim demonstrat ꝙ triangulo cõpetat L duobus rectis ęquales habere angulos ostendet: diffinitio autem, quid sit ipse triangulus. ex ijs igitur quę dicta sunt patet ꝙ non sequitur ꝙ qui ꝑ diffinitionem quid est cognoscit, is etiam ipsum ꝙ est cognoscat, & hinc manifestum absurdum fit. quale nam hoc? ꝙ aliquis q̄d res sit diffinitione sciens, an sit res illa ignoret. hoc autem impossibile est, ꝙ scilicet aliq̄s diffinitionem atq; naturam rei cognoscat cum an res ipsa in rerum natura M sit, ignoret. patet autem & ꝑ modos nũc assignatos diffinitionũ, ꝙ ij qui diffiniunt ex ipsa diffinitione non ostendant, ꝙ hæc sit diffiniti diffinitio. nam licet hæc sit circuli diffinitio, ꝙ scilicet sit id ex cuius medio siue cẽtro quæ ad circunferentiam ducuntur rectæ lineę inter se sunt ęquales: at causa propter quam id quod diffinitum est circulus scilicet sit, & per quam circuli diffinitio sit, nõ apparet.

A apparet. primũ enim hoc ipsum dubitari posse nunquid falsa sit assignatio, & nihil sit qđ ex medio sit ęquale, deinde licet etiam aliqđ esse quod ex medio ductũ æquale sit concedatur: rursus dubitabimus postea dicẽtes, cur est igitur quòd id circulus sit quod ex medio ęquale est, & non Orichalcus fortasse aut aliud qđ entium? quod enim ad ipsam diffinitionem attinet non magis verum dicit qui dictam diffinitionem circulo quàm qui Orichalco accommodat. B neq; enim ꝙ fieri possit vt quod dicitur inter entia connumeretur, diffinitiones declarant, neq; verò necessitatẽ inferũt vt illud necessariò sit diffinibile cuius esse dicuntur diffinitiones, sed non aliud quidpiã, sed semp dicere licet ꝑpter qđ, vt puta propter quid illud quod est ex medio, ęquale est? & si erit, propter quid circulus hoc & nõ Orichalcus est? si igitur is qui diffinit alterum duorum de necessitate ostendere debet, C aut quid sit res quæ diffinitur, & quæ nam sit huius substantia, aut quid nomẽ ipsum significet, quales sunt diffinitiones illę quę nominales vocantur, si diffinitio nullo pacto substantię ostẽsiua est, esset ratio idem significãs cum nomine, & nihil à nomine differẽs. Sed hoc etiam absurdum est, nam primũ quidem tum accidentium, tum etiam eorum quæ nequaquam in rerũ natura sunt erunt diffinitiones, si quidem eorum etiã nomina sint, D nam etiam quę nõ sunt, ea ꝑ nomina significare licet, veluti hircoceruum, & Hippocentaurũ. deinde omnes orationes (quandoquidem vnaquęq; earũ vno nomine significatur cũ alia quidẽ vocatiua, alia verò deprecatiua, & alia ĩperatiua, alia deniq; alio modo vocet̃) diffinitiones essent, siquidẽ eadem est diffinitio cũ nomine, quare omnes diffinitionibus loqueremur. qn etiam vnusquisq; liber quoniam vno ĩscriptus est nomine hic qđem Ilias, ille verò Odyssea, diffinitio esset. E amplius, etiam si concedatur diffinitionem orationẽ esse nihil plus quàm nomen ipsum significantem, neq; hoc modo ipsa diffinitio demonstrabit ꝙ huius cuiusdam sit diffinitio. quemadmodum enim qui Socratem dixerit nullã ex nomine necessitatem intulit ꝙ tale nomen nullius alij quàm Socratis significatiuum esse possit, nã si hoc ita se se haberet, natura, nõ ad placitum posita essent noĩa, F & neque ęquiuocè neq; multiuocè aliqđ diceret̃. quẽadmodũ igitur inquã nulla ab ipso nomine fit demonstratio ꝙ huius nominatæ rei nomen sit, sic etiam neq; diffinitiones ipsæ hoc assignant vt poteq̃ vt nominales supponãtur. ex his itaq; quæ dicta sunt patet quòd neq; diffinitiua atq; ratiocinatiua scientia idem sint, neq; eiusdem rei scibilis hę duę scientiæ

 sint.

G sint. ad hęc autem ꝙ neque diffinitio aliquid demonstret neque ostēdat simpliciter, & ꝙ fieri nō possit vt ipsum quid est demonstratione diffinitioneve cognoscamus. rursus autem cōsiderandum est quid horū rectè, quidve non rectè dictum sit, & quid diffinitio sit, & vtrum ipsius ꝙ est aliquo modo demōstratio possit esse & diffinitio (qđ & verum est) an id nullo modo fieri possit. qm̄ verò vti diximus idē est scire q̨d est, & causam q̄stionis si est quē-
H admodum ex exemplo de Luna clarū est: quid enim sit Ecclypsis diffinientes, priuationē luminis ex terrę interpositione esse dicimus rursus an aliqua causa Ecclypsis sit inquirētes, eādem rationem assignamus. reliquuum igit̃ est dicere ꝙ fieri possit vt diffinitiōis fiat demōstratio, hoc enim deest ad hoc vt perfecta constructio sit. causa autem quod cōtingat demonstrationem diffinitionis per syllogismū fieri, hęc est,
I propterea ꝙ quasdam diffinitiones ex materia aut forma traditas habeamus, & istę aut conuertuntur cū diffinitis, aut non conuertūtur, materialis itaq; diffinitio conuertibilis hęc est. homo est aĩal rectiambulans, latiūgue, grammaticum, hęc enim ex ijs q̄ materię insunt accipiuntur. materialis autem & non conuertibilis neq; cum diffinito eadē, hęc: ira est feruor sanguinis circa cor, hęc igitur non conuertitur, neq; enim omnis feruor sanguinis circa cor ira est. nam qui febre laborant, sanguinem quidem feruentem circa cor habent, non tamē & irascūtur. formalis rursus diffinitio aut conuertitur & eadem cum diffinito est, vt hæc, homo est animal rationale mortale, mētis atq; scientiæ capax. aut non conuertitur, vt hęc: ira est appetitus vindictę. omnis enim q̨ irascitur, propter appetitum vindictę irascitur, non tamen & econuerso. sunt enim nonnulli q̨ mē-
K
te quidem sua ac cogitatione de inimicis vindicare se appetunt, non tamen palàm irascūtur, sed tacent atq; quiescūt, & amicitiā simulāt. propriè autem diffinitio ea est, quę ex vtroq; materia scilicet atq; forma est composita: veluti, ira est feruor sanguinis qui circa cor est propter appetitū vindictę, cuius quoq; demōstrationem fieri possibile non est. cùm itaq; tres vt dictū est diffinitionis species sint, prior est formalis ipsa materiali, quatenus qui irascitur primùm vindicare appetit, & sic deinde sanguis, q̨ circa cor est, feruet. quoniam autē omnis demōstratio ex prioribus fit, necesse est vt materialis demonstratio per mediam formalē fiat hoc pacto. qui irascitur vindictam appetit, illius verò qui vindictam appetit sanguis circa cor feruet, q̨ igitur irascitur sanguinem circa cor feruentem habet. sed rursus ab initio sermo nobis
L
M

repe-

A repetendus est. quoniam vt diximus idẽ est scire quid est & causam quæsiti si est. contingit demũ demonstrationem fieri, causa autẽ cur diffinitionis habeatur demonstratio, hæc est, quoniam est aliquid, formalis scilicet diffinitio, quæ vt causa in medio accipitur, & hæc media causa aut eadẽ cum diffinito, aut diuersa ab eo est. & si diuersa, aut demonstrabilis est vt materialis diffinitio per mediam formalem habens extremum prædicatum de ira, aut in-
B demonstrabilis, vt formalis quæ iræ immediatè inest. si igitur causa ipsa materialis scilicet diffinitio, diuersa à diffinito est, & hãc per aliquod prius demonstrare contingit, prior autẽ esse formalis ostensa est, quatenus qui irascitur primum vindictam appetit, deinde sanguis ipsius q circa cor est feruescit, necesse est vt ipsam formalem diffinitionem pro media causa in ratiocinatione accipiamus, atq; in prima figura fiat
C demonstratio, propterea ꝙ id qđ demonstratur vniuersale atq; affirmatiuum est, vnus itaq; modꝰ ꝑ quem diffinitionis demõstratio haberi posſit esset is quẽ nũc inquisiuimus, per aliud inquam medium per formalem scilicet diffinitionem ipsum quid est, materialem videlicet diffinitionem demonstrare. porrò consequẽter hic materialẽ ratiocinati sumus diffinitionẽ, cum pro medio termino rursus diffinitione vsi sumus. earum enim diffinitionum, D
quæ sub syllogisticam cadunt diuisionem, medium terminũ quoque diffinitionẽ esse necesse est. vtrasq; scilicet distantias propositionum diffinitiuas habere. & in demonstratione rursus propriorum medius terminus propriũ accipiatur necesse est. quare cùm plures eiusdem rei diffinitiones tradãtur, aliquod quidem ex his quæ qđ quid erat esse significant materialem videlicet diffinitionem per mediam formalẽ demõ-
strauerit, formalem verò nõ demonstrabit, hęc enim indemonstrabilis est. hic itaq; modus (ꝙ scilicet ipsius quid est non posſit esse demonstratio) antea dictus est. cum enim iræ diffinitionem demonstrare aliquis quærat, hãc in minori accipit propositione q hoc modo ostendit, & sic petit principium. Sed logicus est syllogismus ipsius quid est, ꝓbabilis scilicet atq; dialecticus, vt pote qui ex apparentibus oriatur. E
Quonam autem pacto cõtingat vt in demõstratione diffinitio ipsa inuestigetur, sermonẽ de hac re rursus ab initio repetẽtes, atque veritati studentes, dicamus. nam, quemadmodum in compositis atq; in ijs quę in alijs existũt ipsum ꝓpter quid quęrimus, cũ prius quæsitum ꝙ est habeamus, interdum verò ambo hęc simul nobis nota fiunt. ei enim q causam nouit Ecclypsis, necesse est vt simul Ecclypsim ipsam cogno-

G scat. sed fieri non potest ordine naturali vt ipsum propter quid priusquàm ꝙ est cognoscamus. & in simplicibus etiã eodem sanè modo res se se hẽt. fieri enim non potest vt cognoscamus quid est si prius ignoremus ipsum si est. hoc autem si est, aliquando q̃dem per accidens habemus, veluti cũ Socratẽ (vt sic dicamus) hominem esse cognouerimus ex eo ꝙ Sophronisci filius sit, aut ꝙ ventrosus, aut ꝙ albus sit, aut ab aliquo huiuscemodi eorum quæ
H ipsi insunt secundum accidens. aliq̃n verò eorũ aliquid quæ substantialiter atq; per se rei illi insunt habentes, veluti cùm tonitruum esse cognoscamus ex eo ꝙ strepitum aliquem nubium esse sciamus. & Ecclypsim ex eo ꝙ cognoscamus per priuationem luminis fieri, & hominẽ ab animalis totalitate atq; perfectione, rationali scilicet atque mortali, & animã ex eo ꝙ ipsa se ipsam moueat: quæcunq; igitur ꝑ accidẽs scimus ꝙ sunt, quemadmodum
I hominem quidẽ ex eo quod rectiambulãs sit, aut ꝙ disserat: tonitruum autem ex eo ꝙ aliqui attoniti fiant, & amplius animam ipsam à reminiscentia, & Ecclypsim ex eo ꝙ sæpenumero in plenilunio Luna dispareat cùm sub ipsam nubes succurrat, hæc huiuscemodi nequaquam ad cognitionem ipsius quid est & diffinitionis conferre, necessum est. neque enim an sint omnino scim⁹: quę enim per accidens scimus es- K se, hęc fermè neq; si sint cognoscimus. quærere autem atq; perscrutari ipsum quid est ignorantes si est, hoc manifestè idem est ac si nihil quæramus, atq; vt aliquis dixerit, ludere hoc esset, & inania facere. in quibuscunq; autem rebus aliquid essentiale cognoscere possumus siue materiã siue formã ipsam, ex his facilius quasi manuducti ad ipsum quid est percipiendũ accedemus. quare clarum est ꝙ eo modo quo & parati sumus & cognitionem ha- L bemus ad hoc vt demonstremus rem existere, eodem modo ad diffinitionem ipsam inueniendam dispositi erimus. nam si ex ijs q̃ simpliciter accidunt rei existentiam vt dictum fuit cognoscim⁹, non modo fiet, vt essentialem atque diffinitiuam rei rationẽ nunquam comprehẽdere possimus, sed ne cognitionem quidem simpliciter ipsius habebimus. si verò ex ijs quæ per se atq; substantialiter ipsi insunt, tunc faciliter M simul cum demõstratione ipsam quoq; diffinitionem vnà venabimur. in quibus igĩ rebus ipsum si est non per accidens nouimus, sed partem aliquam substantialitatis habẽtes, in ijs primus hic modus qui hìc est positus, videlicet qui per formalẽ causam ostẽdit. sit Ecclypsis eo in loco in quo est A Luna in eo in quo est C terrę interpositio in quo ipsum B, quærere igitur vtrum Luna deficiat

A ciat an non, nil aliud est quàm ipsum B sit an non quærere, hoc autem nihil differt ac si quæramus an sit aliqua ratio atque causa vt Luna deficiat. & si data atq; concessa hęc fuerit causa ipsa scilicet terræ interpositio, causatum etiam ipsum esse dicimus, defectum scilicet ipsum. aut igitur hoc modo quærentes propriam inuenimus causam, aut per contradictionem rationem formantes, veluti vtrius partium cōtradictionis causam inuenire possumus, B num eius ꝙ scilicet triangulus duobus rectis æquales habeat, aut alterius, ꝙ scilicet nō habeat. & cuius esse causam īuenerimus, hoc etiam demonstramus. cùm autem in talibus formalem inuenerimus causam, tunc & quia est & propter quid simul scimus, dū modo syllogismus per immediatas propositiones procedat. veluti si quærentes quænam tandem defectus causa sit, inueniamus ꝙ C terrę interpositio sit, tunc simul omnino inuenimus etiam ꝓpter quid Luna defecit, ꝙ si medium atq; causa huiuscemodi non sit, ita vt pars formalis rei sit, sed aliquod ex accidentibus mediū sit, tunc ipsum quidē ꝙ est sciemus, ipsum verò ꝓpter quid, minus. huius autem quoq; syllogismus in medium afferatur qui easdem quidem extremitates cum priori habeat, ab ipso autē quod ad medium attinet, differat atq; diuersus sit. sit Luna in quo loco est C, defectus in quo A, ꝙ pleniluniū D vmbram efficere nequeat nullo inter nos & ipsam manifesto intercedente corpore in quo B. si itaq; sic dicamus: Luna nō potest vmbram efficere nullo inter nos & ipsam manifesto intercedente corpore, quod vmbram non potest efficere nullo interposito, deficit, Luna igitur deficit. ꝙ quidem defecit, scimus. propter quid autem, minimè. Et ꝙ quidem defectus sit, scimus, quid autem defectus ipse sit ignoramus, quandoquidem neq; propriā causam, E q̄ ipsa est terræ interpositio, sed eam quę per accidens est, mediū posuimus. cùm autem manifestū sit ꝙ A, ipsi C insit ꝙ scilicet Lunæ insit defectus, quærere tamen propter quid Lunę insit defectus nil aliud est q̄ ipsum B mediam scilicet causam quærere per quā de Luna defectus dicitur atque prędicatur, vtrum obiectio terrę, quod & verum est, aut partis quidē eius tenebrosæ versus nos conuersio, illuminatæ verò ad cōtrariū, aut luminis eius extinctio. F hęc autē causa est ratio siue diffinitio maioris extremitatis ipsius A, nēpe defectus, quod enim aliud defectus est q̄ terrę interpositio? ꝙ si aliis quoq; exēplis indigeamus, accipiatur tonitruū & hoc modo diffiniatur. tonitruum est extinctio ignis in nube. propter quid tonat? propterea ꝙ ignis in nube extinguitur. deinde in hoc etiam ratiocinatio efficiatur, &

G ponatur tonitruū quidem in quo A, extinctio verò ignis, in quo B, nubes autem in quo C. ipsi quidē igitur C nimirum nubi B ipsum inest, ignis scilicet extinctio. ignis enim in ipso extinguitur. medio autē termino ipsi B ignis scilicet extinctioni ipsum A sonus scilicet atq; tonitruū. in nube ignis extinguitur, dum ignis extinguitur tonitruum fit, in nube igitur tonitruum fit. est autē hic quoq; B ipsum ignis scilicet extinctio primi extremi scilicet
H A tonitrui (inquam) diffinitio. si quis enim quid nam tonitruum sit interroget, ignis in nube extinctio respondebimus. si itaque syllogismi propositiones immediatę sint, hoc modo procedet ratiocinatio. si verò medius terminus nō immediatè maiori insit extremitati, sed per quoddam aliud medium rursus concludat̄, huiuscemodi syllogismus nō ex integris sed ex defectiuis atque decisis constabit ꝓpositionibus. vt exempli gratia si quidem defe
I ctus Lunæ medium terminū formalem causam ipsam scilicet terræ interpositionem poneremus, ex immediatis, & non defectiuis rationibus siue propositionibus poterit esse nobis ratiocinatio: nam & defectus ipse immediatè de terræ interpositione prædicaretur, & de Luna terræ interpositio, & hoc pacto demonstratiuè concluderemus. si verò nō terræ ĩterpositione, sed lucis priuatione pro medio termino in ratioci K
natione accepta sic ratiocinabimur, Luna luce priuata est, quod luce priuatū est, deficit, Luna igit̄ deficit, non demonstrauimus, quandoquidem maiorem propositionem non immediatam accepimus, sed respondenti ansam ĩterrogādi dedimus, dicet enim ipse, cur est ꝙ id qđ lumine priuatum est, deficit? ad quod cōuenienter respondebimus, propterea ꝙ terra interponitur. quomodo igitur ipsum quid est siue diffinitio in demonstratione sumat̄, id est, L
ꝙ medius terminus fiat, & qua ratione maioris extremi diffinitio esse cognoscatur, iam dictum est. quare syllogismus quidē diffinitionis non fit, neq; demonstratio, nā quæ propriè diffinitio est, medius terminus in demonstratione accipitur, demōstrabile autem est id quod concluditur, nō illud per quod concluditur, ipsum videlicet medium. si igitur huiusmodi etiam diffinitionem demonstrari oporteret, ipsam in M
conclusione colligi, & nō in medio accipi oporteret, nunc verò in medio accepta & non in conclusione reperta est, quare neque demonstratur quidē, neq; ipsius ratiocinatio fit, per ratiocinationem tamen ac demonstrationē nota fit. quapropter neq; absque demonstratione fieri potest vt illas diffinitiones cognoscamus, q̄ causas diuersas à causatis habēt, quę cum ipsis non conuertunt̄,

sed

A ſed poſteriora ſunt præcedentibus cauſis, quemadmodum apparet in Lunæ defectu & terræ interpoſitione, ĩ tonitruo & ignis extinctione, i feruore ſanguinis cor circuentis, & ira, horũ enim quid eſt per demonſtrationem ſimul haberi poteſt. neque rurſus diffinitio ipſa demõſtrabilis eſt, quemadmodum in dubitationibus diximus, propterea ꝙ neque in concluſione reperta eſt. quare patet ꝙ & diffinitionum, ſiue diffinitiuarum cauſarum aliȩ quidẽ
B immediatȩ ſunt, & principia, & ſupra demõſtrationem, quarum non modo ipſum q̃d eſt, ſed etiã an ſint hypotheticè oportet cognoſcere, vel alio modo, eo ſcilicet qui eſt per inductionem manifeſta facere. quod in ſcientijs fieri cernimus. nam Arithmëticus neque an omnino vnitas ſit, neq; quid ipſa ſit, oſtendit, ſed & diffinitionẽ ipſius & eſſe, ipſum inquam ſi eſt, ex ſuppoſitione accipit, cùm principia ſint immediata, & non modo ipſum quid
C eſt, ſed etiam ſi eſt indemonſtrabile habeant, qualis ſunt ipſe Mathëmaticorum principiorum, vt linea, vnitas, pũctus & id genus alia, horum enim vnumquodq; ipſum ſibi ipſi cauſa eſt, & illæ etiam quæ ex materia pariter atque forma acceptæ ſunt, & cum diffinito conuertuntur, earum verò diffinitionum ſiue diffinibilium rerum quæ alia quædam habent media atq; cauſas, quarũq; media atq; cauſȩ à ſubſtantia cauſatorum differunt atque diuerſȩ D
ſunt, quemadmodum in Lunȩ defectu ipſa terrȩ interpoſitio cauſa eſt alia quædam atq; diuerſa ab ipſo defectu exiſtens, earum inquam rerum per demonſtrationem vt diximus, ipſum quid eſt declarare non demõſtrare licet, neq; vt cõcluſionem diffinitionem ipſam faciendo, ſed vt medium terminum accipiȩndo. diffinitio aũt quoniã ab ijs quoq; q̃ nos anteceſſerũt, ratio ipſius q̃d eſt eſſe cõceſſa eſt, patet ꝙ demõ E
ſtratio hæc multo prius expoſitiuæ ac nominali rationi poſſet cõgruere, quæ quidem eſſentiam non declarat, veruntamen nomẽ propoſitum explicat, & hȩc eſt ratio quæ declarat quid nomen ſignificat, qualis eſt illa quæ dũ quid ſit triangulus quæritur, triãguli quidem ipſius naturam non definiuit, illud verò q̃d tres angulos habet triangulum eſſe per interpretationem dixit. nam huiuſmodi ratio quid triangulus ſignificet non quid ſit, dixit. quem F
triangulum prius eſſe ſcientes, ꝓpter quid quoq; ipſe ſit poſtea quærimus. difficile autem eſt ab hac nominali diffinitione cauſas earum rerum diſcere quas eſſe atq; in rerum natura reperiri neſcimus. cauſa autem difficultatis antea dicta eſt, in ijs verbis in quibus dicebamus ꝙ quærere ipſum quid eſt non habẽtes ꝙ eſt, perinde eſt ac ſi nihil quæramus.

neq;

G neq; enim si est aut non est ꝑ no-
minalem diffinitionē cognosci-
mus, nisi per accidēs hæc cogno
scimus, eo ꝙ nomina ipsa ad pla-
citum & ex hōminum excogita
tione, nō à natura ipsa confecta
sint, atque propterea res ipsæ di-
uersimodè ab hominibus nuncu
pentur. quoniam igitur diffini-
tionem, cùm vnius naturę mani
festatiua atq; explicatiua sit, vnā
etiam hanc esse contingit, quo-
modo hoc vnum in diffinitione
dicere debeamus, declarandum
H est. hęc enim vna ratio duplici-
ter dicitur, alia quidem coniun-
ctione vna veluti Homeri poë-
ma Ilias inquam vel Vlyssea, hęc
enim propterea ꝙ partes suas di
scipatas coniunctionibus vniat
atq; īter se copulet, vna ratio to-
tum poëma vocatum est. alia ve-
rò, quia vnam quandam naturā
de aliqua re diffinibili substātia-
liter at non per accidens prædi-
catam declarat, vna dicta est, vt
appetitum vindictæ de ira. qua-
I re prior quidem ratio quæ & no-
minalis est quid quidem nomen
significet solùm declarat, verun
tamen ipsam rei naturam atque
existētiam nequaquam explicat.
posterior verò quę in se ipsa con
tinet etiam causam existentiæ il-
lius quæ in re esse apparet, patet
ꝙ quasi quędam erit demonstra-
tio positione à demonstratione
differens quę formalis etiam ap-
pellatur. veluti (vt per exemplū
id quod dicitur notum fiat,) q̄ra
tur verbi gratia tonitrui diffini- K
tio, & hęc assignetur ratio, ꝙ sci-
licet sit sonus qui fit dum ignis
in nubibus extinguitur, ecce ꝙ
sonus hìc ipsi extinctioni ignis
prępositus est. talis igitur diffini
tio in demonstratione quoq; ac-
cipiatur, & quomodo se habeat
quo ad positionem cōsideretur.
nubes in quo C, ignis extinctio
in quo B. sonus in quo A. & hoc
modo concludetur demōstratio:
in nube ignis extinguitur, dum
ignis extinguitur sonus fit, in nu
be igitur sonus fit. illa igitur diffi L
nitio eadem manifestè cum hac
demōstratione est. at positio vtri
usq; diuersa est. differt enim si di
camus propter quid tonat, & q̄d
est tonitruum: nam in diffinitio-
ne quidem ipsa quæ quid est to-
nitruum explicat, sonū ignis es-
se qui in nube extinguitur reddē
tes, causato proposito, quod ipse
sonus est, ad causam postea ad ip
sam scilicet ignis extinctionem
deuenimus. in demōstratione ve
rò cum quęritur propter quid sit M
tonitruum, econuerso à causa ab
ipsa videlicet ignis extinctione,
ad sonum qui est causatum recur
rimus. quare eadē ratio diuerso
modo dicitur. & siquidem ita po
sita fuerit vt priorem habere so-
no ipsam ignis extinctionem di-
catur, atq; à causa ad causatum re
feratur, demonstratio in prima fi
gura fit, hæc enim continua est,
propterea ꝙ continuus ipsis ex-
tremis medius sit positus, & di-
rectè

A rectè nõ autem extra hęc sursum vel deorsum quemadmodum in aliis figuris. si autem hoc modo argumentetur, ita vt in ratione præponatur causatũ, sonus.s.ipsi causæ nimirũ ignis extinctioni, tunc diffinitio apparuit. vna igit hęc est diffinitio formalis quæ ipsum etiam ꝑꝑ quid est in se ipsa continet, quasi quædam existens demõstratio licet positione à demonstratione differat: insuꝑ aũt tonitrui alia quoque materialis diffinitio est hęc. sonus in nubi-

B bus. hęc aũt quæ nempe ex materia constituitur demonstratio q-dem nequaq̃, demõstrationis verò cõclusio est, quæ per medium quid est per mediã.s.formalẽ cõcluditur. at hęc quidem in compositis, in ijsq; quæ in alijs consi derãtur inuenta atq; considerata sunt, quorum sanè ipsæ etiam diffinitiones quæ ex materia & forma constant, compositæ sunt. & iam cognoscere possumus & quæ diffinitio demonstratio ma-

C nifestè sit, & quæ demõstrationis cõclusio. quid aũt in simplicibus atq; immediatis substantijs dicere possemus quarum certè diffinitiones etiam immediatę sunt? nunquid contingit vt harũ quoque possit esse demonstratio, an minimè? minimè sanè, nam immediatorum simplicium nempe substantiarum diffinitio, naturę ipsius diffiniti positio indemonstrabilis est. reassumentes itaque quæ prius dixim⁹, oĩa diffinitionis significata enumeremus. &

D noĩalem quidem ipsam valere sinamus, vt pote quæ ęquè in ijs q̃ sunt atq; in nõ entibus dici possit. reliquas aũt ordinatim in medium afferamus. tres igit specie diffinitiones sunt, vna itaq; atq; prima illa est, quam rationẽ substantię supra demonstrationẽ esse dicimus, quę in simplicibus ẽt reperitur substantijs, altera autẽ & secunda illa quam hoc quodã modo assignamus, ratiocinationẽ manifestè atq; demonstratio-

E nem dicentes esse substãtię, quæ positione sola à demonstratione distinguit, quã eã esse quę à forma cõstat sępenumero diximus. & tertia demonstrationis ipsius q̃d est cõclusio, erit aũt vtiq; hęc illa quę materialis appellata est. ex ijs igitur quæ dicta sunt patet & q̃uo contingat demonstrationem diffinitionis fieri, & q̃uo nõ & quarum diffinitionũ sit demõstratio, & quarum non sit. nã simplices quidẽ atq; immediatę &

F quę ꝓpriè diffinitiones sunt, ita vt cum ipso diffinito cõuertant, indemõstrabiles sunt. ex alijs verò diffinitionibus illæ quidem q̃ ex forma sunt eas quę ex materia sunt demonstrãt. ipsæ verò materiales per formales demonstrantur. insuꝑ quot modis diffinitio ipsa dicatur, ꝙ s.quatuor dicitur modis, noĩali etiam diffinitione simul cũ his accepta: & q̃uo diffinitio diffinitionem ostẽdere possit, & quo modo non ꝙ illa quidem

G dem quæ ex forma constat vt medium in syllogismo accepta eam quę ex materia est, materialis autem eam quę ex forma cōstituitur nequaq̃ potest ostendere. amplius aũt qũo vtraq; harũ ad demonstrationem se se habeat, ꝙ s. altera in ipsa demonstratione ꝓ medio accipitur termino, altera huius eiusdem demonstrationis cõclusio fit, adhuc qũo vnius & eiusdem contingat diffinitioné atq; demonstrationẽ esse, & qũo non: ꝙ cum quidem id quod dif-
H finitur compositum fuerit atque ex eorum numero quę existentiã habent in aliis, contingit: cũ verò simplex fuerit, nequaquam.

CAP. 9.

De quatuor causis materiali, efficiente, finali, atq; formali.

QVoniam aũt in præsenti consideratione non tanq̃ de diffinitione, sed tanq̃ de causa atq; medio quærere proposuimus, q̃nquidem etiã
I tunc scire arbitramur, cùm causam ipsam sciamus: causæ verò sunt quatuor, vna quidem & prima ipsa formalis atque diffinitiua, de qua satis à nobis consideratum est. altera verò & secũda materialis, qua supposita esse, illud etiam quod ex ea sequitur, necessariò erit, quemadmodum videre est in ratiocinationis propositionibus, ipsis enim veluti causis materialibus in ratiocinatione subiectis, inde etiam causatũ,
K ipsa inquam conclusio necessariò infertur, alia verò atq; tertia ipsa efficiens, quã aliàs etiã principiũ esse motus, & vnde motus ꝓdijt, & hic quæ primum quippiam mouit, eã appellauit rectè admodum dictionem illam primum, addens. Socrates enim exẽpli gratia & semen ipsum & Sophroniscus ambo inquam hęc efficientes causę sunt, at ꝓpriè causa ipse Sophroniscus est, à quo primũ motus est. quarta verò est
L finalis ipsa & cuius gratia queẽadmodum fundamenta & parietes domi gratia facta sunt. si igit̃ causæ quadrupliciter dñr, medij etiã demõstrationum quatuor modis assument̃, oẽs enim hę causæ veluti medij termini in ipsis accipiũtur. at de diffinitiua quidem atq; formali causa, qũo cõtingat eam in demonstratione medium accipi, dictum est. quomodo verò reliquę etiam accipiant̃ hinc singulas in medium afferentibus notum erit, atque in primis materialem ipsam, quę cùm sit necessariò, sequit̃ vt ipsius ẽt causatum esse dicamus. veluti cũ propositiones sint, necesse est vt conclusionem esse dicamus. id enim quod dicimus, cũ materialis causa sit conclusionem esse necesse est, licet singulari numero dictum sit, pluraliter tñ oportet intelligere. nam vna propositione accepta, non erit conclusio, duabus verò ad minimum existẽtibus. hoc aũt est, cùm vnum medium

M (margin, beside "mis materialem ipsam")

A dium terminum causam conclusionis habeant. hoc enim vno accepto conclusionem necesse est esse. at hoc quidem modo oē medium ratiocinationis, materialē causam esse conclusionis necessariò assereremus. patet aūt & hoc pacto per peculiarem quandam ratiocinationem, medium. s. terminum materialem esse causam. nam pp quam causam angulus q in semicirculo est descriptus, rectus est? qua nam existente causa, recta est? an patet id esse cām
B ppea ꝙ ipse duorum rectorū medietas sit. sit itaq; rectus ī quo A, dimidiū duorū rectorū in quo B, angulus in semicirculo descript⁹ in quo C, huius igiť ꝙ A s. rectus, ipsi C id est angulo q in semicirculo est insit causa est ipsum B. nā medietas quidem duorum rectorum ipsi recto ęqualis est, quemadmodum & medietas duarum vnitatum vni vnitati ęqualis est. duorum aūt rectorum medietati
C angulus in semicirculo descript⁹ æqualis est, & ipsi igitur recto angulus in semicirculo descriptus ęqualis est. quæ enim eidē æqualia sunt, inter se quoque ęqualia sunt. hic igitur medietas duorū rectorum ad hoc vt ostendat angulum in semicirculo descriptū rectum esse causa materialis accepta est: hęc enim medietas ipsorum rectorū materia est, qñ quidem dico recti toti similes sunt. partes aūt hui⁹ totius ipsę rectorum medietates, partes verò, totius materia sunt. quare totalitatis duorum rectorum ipsa duorū rectorū medietas materialis erit causa. atq; hoc modo non solùm diffinitiuam causam medium in demōstratione fieri inuenimus, sed ipsam sanè etiam materialē. veruntñ licet medietatē duorū rectorum materialem causam esse posuerimus, ipsi tñ diffinitiuæ quoq; causę aliquo modo similis est, nam medietas duorū rectorū B s. ipsum, ipsi quod quid erat esse & diffinitioni ipsius C anguli videlicet ī semicirculo descripti, eadem est. si enim aliquis nos interroget, quid nam sit rectus ille qui in semicirculo est, rectè rñdere poterimus dicētes ꝙ medietas duorum rectorum sit. at verò ipsum etiam quod quid erat esse formalem. s. diffinitionem, causam in demōstratione accipi, demonstratum iam est. reliquū igiť est vt de ceteris etiam duabus efficiente inquam atq; finali consideremus, & primum de ipsa efficiente. si quis igitur interroget, pp quid Mēdorum bellum Atheniensibus illatum est? quæ causa fuit vt bello Athenienses vexarētur? dicemus, qa ipsi prius in Sardos cum Eretriēsibus impetum fecerūt, nam multa quidem hoc bellum mouerūt, veluti vindictę appetitus, & ꝙ Mēdi cōtumelia affici haud sustinerent: sed id qđ primùm mouit, ipse erat in Sardos insultus Atheniensium, is enim primò motus fuit. sit bellū in

(margin letters in second column: D, E, F)

G in quo A, priores insultũ fecisse in quo B, Athenienses ipsum C. inest igitur B ipsi C hoc s. prius insultum fecisse, Atheniensibus, A verò ipsi B inest, bellũ enim in eos mouẽt qui priores iniuria affecerunt. inest igitur A ipsi B, bello s. vexari ijs ꝙ priores cęperũt, B aũt ipsi C inest ipsis ĩquã Atheniẽsibus, priores enim ipsi cępere. mediũ igitur hoc etiam in loco demonstrationis, est efficiens causa, ipsa nimirũ quę primùm mouit, ꝙ priores insultum fecissent.
H Iam verò in finali quoq; cã & cuius gratia, an etiã ipsam cõtingat mediũ in demonstratione accipi, cõsiderandum est. quarũcunq; enim rerum ipsa finalis cã & cuius gratia est, hę sunt. ꝑꝑ q̃d ambulat? vt valeat. ꝑꝑ q̃d est domus? vt suppellex conseruẽt. ambulatio quidem valetudinis gratia, domus verò cõseruandę supellectilis gratia, ĩterrogare aũt ꝑꝑ quid à cęna ambulare oporteat, & cuius grã ambulare oporteat, nihil interest, licet nõnullis
I illud magis finali causæ conuenire visum sit. dicatur deambulatio post cęnam C ipsum, non supꝑnatare cibos in quo B. sanũ esse in quo A. sit igitur quod ipsi post cęnam deambulationi id cõpetat, nempe ꝙ non supernatare cibos in ore vẽtris efficiat, & huic rursus nõ supernatare s. ipsum sanũ esse insit, oĩbus enim in confesso est ipsi deambulationi. s. C non supernatare cibos inesse, hoc est B, & A, hoc est sanum esse, inesse ipsi B. quę nam igitur causa est ꝙ q̃ post cęnã deambulat, valeat? hęc nimirum, nõ supernatare cibos, id enim est ipsum cuius gratia, & est finalis causa. & causa igitur finalis mediũ in demonstratione accipitur, hoc verò, id est nõ supꝑnatare cibos, nempe B ipsum, manifestè veluti diffinitio primi extremi est, sanitatis inquam quæ ex concoctione causatur ipsius s. A. nam A sic assignabitur. si enim nos quęramus quid nam sit sanitas quæ secundum concoctionẽ fit, occurret aliquis dicẽs id esse, cibos in ore ventris non supernatare. si verò rursus quispiam interroget, ꝑꝑ quid hoc nõ supernatare cibos, ipsum inquam B q̃ medius terminus est ipsi post cęnã deambulationi C, s. minori termino inest, non ꝑꝑ aliud rñdebimus nisi ꝙ hoc est sanitas quę secundum concoctionẽ fit, non supernatare. s. cibos. si verò aliquis dicat non illud q̃đ proposuimus nos ostẽdere, sermonis enim nostri propositum atq; intentionẽ esse medium terminũ in demonstratione ipsam finalem causam & cuius gratia, sanitatem. s. accipere, nos aũt id, non supernatare. s. cibos medium accipere terminum, quod alicuius gratia & causatum est, & sanitatem ipsam de deambulatione quę post cęnã fit concludere, atq; ꝑpea in errore versari, is audiat ꝙ syllogismi rationes oportet transumere, & sic

(right margin: K beside "& A, hoc est sanum esse"; L beside "tas quæ secundum concoctionẽ"; M beside "stri propositum atq; intentionẽ")

A sic finalis ipsa causa, medium in demonstratione accipi reperiet. nam si tali aliquo modo dicas: Socrati sanitate opus est, cui opus est sanitate, hunc post cęnam deambulare oportet, manifestè finalem causam, ipsam. s. sanitaté medium demonstrationis accepisti. Atqui de singulis quidé causis, & quo nã modo illę medij in demõstratione accipi possint, satis per ea quæ dicta sunt, consideratum est. núc verò an generationes tum efficientis tũ finalis cau
B sę eodem modo se se habeant an non quærendum est. quod aũt dicim⁹, huiusmodi est. num. s. quémadmodum se res habet in efficiétibus causis & harũ causatis, vbi causarum generatio causatorum generatione prior est, generatio enim pr̃is filij generatione prior est: itidem & ędificatoris generatio ipsa ædificij ędificatiõe prior est, licet aliquo modo videantur vt causa & causatum simul se habere, neq; hoc prius, illud posterius sit, hęc enim ex eorũ nume-
C ro sunt quæ ad aliquid dicuntur: quæ autem ad aliquid sunt, simul natura sunt, num itaq; vt in his se se habet, & Sophroniscus vt Sophroniscus non vt filio pater Socrate prior est, ita etiam in ijs quę cuius gratia, & finales causę sunt, sese habebit, an secus? manifestum est ꝙ generationes hic id est in causis finalibus & in ijs q̃ causę motrices sunt in efficiétibus. s. cõtrario modo se se habét. nam in illis quidem id est in effi- D
cientibus causis, mediũ atq; causa primùm fiat oportet, priores inquam insultũ fecisse Athenienses, quod vt efficiens causa in syllogismo antea dicto medius terminus erat. deinde causatum, ipsum nimirum bellũ, atqui & ędificatoris generatio, qui causa est, ipsa causati generatione, domo s. prior est. hic aũt in causis népe finalib⁹ ipsum c qđ vltimũ atq; causatum est primũ fiat oportet, ipsam inquam deambulationem
post cęnam, deinde causam, sani L
tatem, s. quę ex concoctione fit, porrò & suppellectilis conseruatio cum causa domus sit, ipsa domus generatione, causato népe posterior est. primũ enim domus fit, deinde suppellex cõseruatur. contingit aũt in ipsis causis, vt vnum & idem causatum sępenumero per duas causas concludat, & vt vnus & idem medius terminus, & alicuius gratia id est cã finalis, & ex necessitate, materia-
lis. s. causa sit, veluti si quispiam M
interrogaret, ꝑp quam causam ꝑ laternam lumen emanat? à causa tunc materiali moti dicere poterimus, ꝑpea ꝙ id quod minores atq; tenuiores habet partes, per meatus maiores ac latiores egredi potest. ignis aũt minores habet partes, & vitrũ maiores meatus aut membranas habet ex quibus laterna cõstat. ex necessitate igitur materialis causę, ignis cũ tenuiores partes habeat ꝑ meatus

G tus laternæ maiores atq; largiores licet immanifestos, egredit, quãquidem lux aliter non fieret, nisi ignis per meatus pertransiret, veluti Empedocles quoq; ait alicubi:

Exiliens porrò fuerat quo latior ignis
Fulguribus cęli lustrabat templa coruscis.

Hoc itaq; modo ex materiali causa ꝑꝑ quid lumen per laternam exeat assignabimus. fieri aũt põt vt per finalem quoq; causam ipsum ꝑꝑ quid assignemus. si quis

H enim nos interroget, cuius gratia per laternã lumen lucere excogitauimus, huius sanè rei gratia, ne s. pedes offenderemus, neque deuiaremus, rñdebimus. & ĩ his quę dicta sunt, materialis q̄dem cã, naturalis est, ignis enim naturà partes habet tenues, & vitri mẽbrana ampliores meatus. finalis verò causa, artificialis est, nam ne pedes offenderemus laternam excogitauimus. in q̄busdam aũt vtraq; causa naturalis as

I signatur. veluti, ꝑꝑ quid dentes anteriores acuti sunt? materialis itaq; causa naturalis est ꝙ illi huiuscemodi sint, eo ꝙ ex tenuiori materia eorum constitutio facta sit. finalis aũt hęc, vt s. cibos diuidant. & hoc quidẽ modo causata illa, quæ sunt atq; permanent, & q̄ nõ simul atq; facta sunt pereũt atq; dissoluũtur per duas causas dictas materialem & finalẽ demõstrari possunt. num igiť quẽadmodũ causata illa quæ sunt, ꝑ K
has dictas causas materialẽ atq; finalem demonstrãtur, ita quoq; causata illa quæ fiunt hisce duabus causis demonstrari cõtingit? & dicimus planè ꝙ contingat. si enim aliquis quærat ꝑꝑ quid tonat? hac sanè de causa rñdebim⁹, ꝑpea ꝙ necesse est vt stridor atq; strepitus fiat, dum ignis in nube extinguitur, stridorẽ illum atq; strepitũ qui in nube fit materialem decipiẽtes causam: fieri aũt potest ac à finali quoq; causa dicam⁹, ꝙ ꝑpea tonat, vt dęmones L
subterranei qui in tartaro degũt, pertimescãt, tonitruo ipso quasi minis quibusdam à Ioue perterriti, vt aiunt Pythagorici. at laternæ quidem exẽplum dimidia veluti parte naturale erat vt diximus materialem quidẽ causam ignis, s. partium paruitatẽ ipsam à natura ipsi inesse, finalem verò ipsam, vt s. nos pedes non offendamus atq; deuiemus ex nostra artificiali excogitatione repertã esse in medium afferẽs atq; pro- M
ponẽs. si quis aũt accuratius exactiusq; conspicere velit, quo nã pacto ꝑ has duas causas materialẽ atq; finalem idem causatũ demonstretur, is plurima huiuscemodi exempla inueniat, eaq; nõ in artificialibus, sed in ijs præsertim quæ secundum naturam constituũtur, quæq; in eo ꝙ fiant suũ esse habent, vel etiam in ijs quæ natura constant, & quę posteaq̃ facta sunt, permanent. veluti in ijs

A ijs quidem quæ natura conſtant,
& q̄ poſtq̃ facta ſunt, remanent,
vt ſi dicamus, ꝑꝑ quid cęlum cir
culari motu mouet̃? ꝑꝑea ꝙ ne-
que ignis neq; terra eſt, vt rectà
feratur, hoc, circularis motus ip
ſius cœli cauſa materialis eſt. ſed
etiam tali motu mouetur ꝑꝑea
ꝙ intellectum immutatur, hoc
finalis cauſa eſt, & vtraq; natu-
ralis eſt. rurſus, ꝑꝑ q̲d lapis deor
ſum fert̃? ꝑꝑea ꝙ grauis eſt, hoc
materiæ ipſius eſt. & vt propriū
locum offendat, hoc finis eſt. ea
B igitur quæ natura conſtant, iſtiuſ
modi ſunt. dictum aūt eſt exem-
plum eorum quæ naturà conſti-
tuunt̃, in ipſoq; fieri eſſe habent,
vt tonitruū ipſum, in quo tū ma-
terialis, tum finalis cauſa aſſigna
ta eſt. ĩ his itaq; naturaliter vtrã-
que cauſam materialem atq; fina
lem inuenimus, & dicimus ꝙ fi-
nalis quidē naturà, alicuius gra-
tia efficit, vt enim proprium lo-
cum lapidi tribuat, deorſum mo-
uet. materialis verò naturà ex ne
C ceſſitate facit, ex neceſſitate. n.
materię, q̄ ipſa grauitas eſt, hunc
lapidē deorſum impellit, neceſſi
tas aūt duplex atq; æquiuoca eſt.
altera enim ſecundùm naturam
atq; impetum naturalem eſt, qua
lapis deorſum fertur: altera verò
violenta & pręter naturalem im
petum, ſecundum quam idem la
pis ſuperiora petit. ac nos hoc in
loco neceſſitatem dicimus impe
tum illum qui ſecundum natu-
ram fit. Qm̄ aūt de finali cauſa &
cuius gratia verba facimus, ſcien D
dum eſt ꝙ cum tria ſint ex quib⁹
res quæ fiunt proficiſcuntur, na-
tura nempe mens atq; caſus, cū
ipſa quidem natura ſemper fina-
lis ſimul apparet cauſa: natura
enim vt paulo ante dicebamus,
ſemper alicuius gratia efficit. in
ijs verò quæ à mente fiunt quędá
quidem nunq̃ à caſu, neq; ex ne-
ceſſitate materię ſunt, veluti do-
mus vel ſtatua, hęc enim neq; ca
ſu fieri ſolent, vt ligna atq; lapi-
des inter ſe ad inuicem compo-
nantur, neq; verò neceſſariò ma E
teriæ ipſę ex propria naturali fa-
cultate moueri poſſunt ad dom⁹
cōſtructionem atq; perfectionē;
ſed mens ipſa hæc & alia hiſce ſi
milia alicuius gratia conſueuit
facere, domū quidem operimen
ti gratia, & ad ſuppellectilis con
ſeruationem, ſtatuā verò ꝑꝑ glo
riam tum eam quæ ſtatim habet̃,
tum etiam ꝑꝑ eam quæ in poſte-
rum futura ſeruatur hoibus. q̲n
etiam & ars ędificatoria coope-
riendorum cauſa eorum quæ in
vita ad hominū vſum faciunt, & F
calciamentorū effectores coope-
riendorum pedum gratia. quædá
verò eorū q̄ à mente proficiſcun
tur à fortuna etiam aliq̄n fiunt,
vt ſanitas atque ſalus; contingit
enim aliq̄n vt qui ęgrotat, præter
opinionem medici aquā bibens,
temerè atq; fortuito ſanitatem
recuperet, & vt nauis aliqua à
gubernatore deſtituta ad locum
aliquem tutum habentem portū

G si fors ita tulerit, adducta saluet. hęc aũt sunt ea quæ per electionem fiunt. in ijs aũt præcipuè artibus quæ coniectura participãt videre est id alicuius gratia fieri. hę verò esse poterũt ars medica, ars gubernatoria, & si q̃ aliæ huiusmodi, & in quibuscunq; sic & aliter fieri contingit, cõsecutionem, s. & frustrationẽ, nisi in ipsis generatio ipsius cuius gratia boni, s. finis à fortuna fuerit, tũc enim causa finalis non dicitur. casus aũt (de hoc enim nobis di-
H cendum relinquitur) in duo diuiditur, in fortunam, s. & in casum ita vocatum æquiuocè. affectatur aũt fortuna quidem mentem, casus verò naturam. quemadmodũ enim mens ipsa secundum scientificas rationes q̃ in se ipsa sunt, agens, alicuius gratia facit, eam aũt inuitã ipsa quoq; fortuna in quibusdam affectatur quéadmodum est videre in eo qui dũ effodit vt sepulturam efficiat, aurum inuenit, ita etiam natura ipsa ali-
I cuius quidem gratia vt plurimũ agit, veruntñ contingit vt hanc quoq; casus quoquo modo ĩgrediatur. quemadmodũ in lapide qui ex monte deueniens ad hoc vt proprium locum recipiat, ad sedem idoneus factus est. quare finis vniuscuiusq; ꝓpriè ille est, qui & bonum vniuscuiusq; dicitur. vnumquodq; enim propriã perfectionẽ appetit & cuius gratia oẽ illud qđ fit aut fit, aut est, id vel à natura vel ab arte est. à fortuna verò nulla finalis causa K fit. id enim cuius gratia, ratio est, fortuna aũt absq; ratione atque inaniter facit. qm̃ aũt de causa nobis consideratio est, causæ verò quatuor sunt, harũ vnaquaq; per temporis differentias, pręteritum inquam, instans atq; futurum diuisa, num eadẽ vnaquęq; cum proprio causato sit nec ne, considerandum est.

CAP. 10.

De differentia omnis causæ atque causati in omni tempore. L

DIcimus igitur ꝙ eadẽ causa est, & eadẽ diffinitiua causa in oĩbus quæ secundum tpis tripartitionem diuidũtur, medium reperitur, tum si de ijs quę fiunt, tum si de ijs q̃ præterierunt, & de ijs item quę futura sunt aliquis loquatur. eadem inquam in his est causa atq; ea q̃ in ijs quę instãt atq; sunt. & eadẽ quidem vt dictum est secundum formam est, veruntñ quo ad tpis assignationem certè differt. in ijs enim quę sunt, causa quoq; ens M erit. in ijs verò quę fiũt, fiens. in ijs quę facta sunt, facta. & in ijs item quæ futura sunt, futura. veluti, vt exemplum tpis pręteriti in mediũ afferamus: ꝑꝑ quid facta fuit defectio: ꝑꝑea ꝙ terra fuit interposita. fit aũt defectio ꝑꝑea ꝙ terra fit in medio. erit autem quia erit, & est, q̱a est. ipsius aũt quod factum fuit exemplum huiuscemodi est. q̱d est glacies? acci-

A accipiatur ꝙ aqua congelata ſit. aqua in quo c cõgelata in quo A, cauſa media, ipſa totalis caloris defectio in quo B. ineſt itaq; ipſi c ipſum B. huic aũt B ipſum A, cõ gelatum, ſ. eſſe. rurſus exemplum illius quod fit. ſit glacies dum ip ſum B fit, facta aũt eſt cùm factũ ſit, erit verò dũ ipſum erit. talis itaq; vt diximus cauſa, formalis inquam atq; diffinitiua & huius cauſatum ſimul fiunt cum fiant, & cùm facta ſint, & ſunt, & erũt.
B & in hiſce eo ꝙ ſimul fiunt (diffi nitiua namq; cauſa ſimul cũ ſuo diffinito fit) & cauſatũ ipſum ꝑ cauſam demonſtratione propriè dicta demõſtrari poterit. & cauſa ipſa qñq; per cauſatum, ſecundariò tñ, & vt ſuperius dicebamꝰ, logicè id eſt dialecticè. In ijs aũt cauſis in quibꝰ effectus ipſi ſimul cum cauſis non ſunt neq; fiũt ſimul cum ipſis, ſed cauſati generatio cauſæ generationem antecedit, quemadmodũ in materiali atq; efficiente cauſa videtur, q̄d
C dicemus? ꝙ aũt materiales atque efficientes cauſæ iſtiuſmodi ſint, patet. etenim lapides & ligna ma teriales cauſę ſunt domui præexi ſtentes, & quatuor elementa cor poribus ipſis priora ſunt. & Sophroniſcus efficiens cauſa Socra tis eſt, & Helenę captꝰ expugnationis atq; euerſionis Ilij, ſed p̄exiſtunt ipſis cauſatis, atq; ea tꝑe antecedũt. in his itaq; cauſis ma teriali inquam atq; efficiente q̃ cum cauſatis ſimul non conſide-rantur, quẽadmodũ nobis quoq; D
videtur eas ſimul cũ ſuis effectibus non conſiderari, quęrimus num fieri poſſit, cùm generationes in tꝑe ſint, & tempus ipſum continuũ appareat, vt alia aliorũ cauſæ ſint, veluti huius, ꝙ nẽpe domus hoc in tꝑe facta ſit, aliam aſſignare cauſam factam, id eſt eo ꝙ fuerint lapides & ligna & domus futuræ aliam futurã aſſignare cauſam, id eſt ligna atq; lapides futuros, & ꝙ fiat domus cau ſam eſſe ſi quid prius factum eſt
ęa nimirum quę anteceſſerunt, E
vtputa parietes, fundamenta, & ligna: hęc igitur dubitantes dici mus, ꝙ licet in rerũ generatione neceſſe ſit vt cauſa cauſatum præ cedat (oportet enim primùm Sophroniſcus ſit, deinde ex ipſo So crates generet: & prius lapides atque ligna eſſe oportet, deinde domũ conſtrui) attamen in ipſa ratiocinatione poſteriora prius accipienda ſunt, vt ſic ex neceſſitate poſtea priora ſequãtur: ipſa
enim cauſæ ratiocinatio à poſte- F
riùs facto atq; cauſato incipit. ve luti cum Sophroniſcus cauſa ſit, & Socrates cauſatum dicere hoc modo non poſſumus, nempe ſi Sophroniſcus generatus eſt, Socrates quoq; generatus eſt. neq; item ſi lapides expoliti ſunt, domus etiam fabricata eſt. neutrũ enim horum neceſſariũ eſt, ſed econuerſo: ſi Socrates genitꝰ eſt, Sophroniſcus quoq; genitus eſt. & ſi domus fabricata eſt, lapides

 per-

G perpoliti sunt. verùm licet in ratiocinando à posteriori incipiamus, non tñ ꝑpea existimandum est, ꝙ & posterius prioris causa sit, nam & horum sanè posteriorum atq; causatorum ea quę antecesserunt, principia sunt. idcirco in ijs quoq; quę fiunt causatis atq; causis eodē modo procedendum est, ab ipso, s. causato quod fit, causam factam ratiocinari, veluti ex eo ꝙ simulacrū Veneris fit, inde Phidiam fuisse, ratiocinari. si verò aliquis à priori atq;
H causa ratiocinetur, ratiocinatio ipsa vera non est. vt, eo ꝙ fuerit Phidias, statuam quoq; Veneris fieri asserat. verisimile enim est Phidiam quidem esse, statuam tñ Veneris non efficere. vel si dicat, qm̄ hoc, Sophronisc9, s. prius genitus est, hoc etiā Socrates, s. posterius genitus est. sed à posteriori ratiocinationē incipere oportet. & in futuro tpe similiter à posteriori, à causato inquā ipso incipiendum est, & inde ad causam
I ipsam recurrere. exempli gratia si Socrates erit: Sophronisc9 quoque necessariò erit: si dom9 erit, ex necessitate lapides quoq; polientur, & ne mihi (inqt) dicas, ꝙ qm̄ oēs generationes in tempore fiunt, tempus aūt continuū est, ꝙ ipsę etiam generationes efficientium atq; materialium causatorum & causarum erunt continuæ, veluti ꝙ genito Sophronisco, ac postea genito Socrate, simul amborū generationes sint eo ꝙ in tpe sint continuo. nam K
dicere id, ꝙ qm̄ verum est dicere Sophroniscum esse genitum, verum etiam erit hoc posterius dicere, nempe genitum esse Socratem, siue indefinitum tempus id quod à generatione causę intercedit vsq; ad causatum, siue definitum atq; determinatū esse supponamus, falsum est. neq; enim vt dictum est, si tempus quod inter generationē causę & causatū ipsum intercedit, infinitum, vel finitū esse ponat̄, verum erit dicere, ꝙ qa Sophroniscū genitū esse L
dicere verū est, id etiā posterius, Socratē inq̄ ipsum genitū esse dicere, verū erit. ī medio. n. tpe qđ inter cām & causatū interponit̄, cū nondū causatū ipsum ad hoc vt sit processerit, sed processurū sit, falsum esset si diceremus ipsum, vt puta domū factam esse, cùm iam alterum, nempe fundamenta iacta sint. eadem aūt erit ratio in eo quoq; quod futurum est. non oportet, s. dicere ꝙ qm̄ Phidias (qui causa est) fuit, Vene
ris quoq; statua erit. mediū enim M
ratiocinationis, & causa causatorum simul gigni, cognataque sit oportet, vt præteritorum qdem pręteritum sit, futurorū verò futurum, item eorū quę fiūt fiens, & pręsentium pręsens. pręteritū aūt atq; futurum simul oriri nō cōtingit: quapropter dicere etiā si Phidias fuit, Veneris statua erit, verum non est. nam causam quidem fuisse suppositū est, causatum

A ſatum verò ipſum futurum eſſe. quod aũt fuit non ſimul gignitur cum eo quod futurum eſt. & quẽadmodũ in ijs q̃ facta ſunt neq; determinatum neq; indeterminatũ tempus nobis conferre diximus ad hoc vt verè dicere liceat, ꝙ facta cauſa, factum etiam cauſatũ ſit, eodem quoq; modo in ijs etiam quę futura ſunt, dicimus. non enim contingit vt tempus quod inter generationẽ cauſę atq; cauſati intercedit, ſiue finitum ſiue infinitum ipſum ſup-
B poſitum fuerit, conferat ad hoc vt dicere poſſimus, ꝙ cũ Phidias (qui cauſa eſt) futurus ſit, aut fuerit, ipſum quoq; cauſatum erit, ſ. ſtatua, namq; in medio tp̄e generationum tum cauſæ tum cauſati, falſum erit dicere, ꝙ erit. at de his quidem ita dictum ſit.

CAP. II.

De vniuſcuiuſque rei generatione ſiue diuiſa ſiue continua illa ſit.

C QVoniam verò paulo ante cauſati atq; cauſæ generationis mentionem faciebam⁹, idcirco de generatione cõiter cõſiderandum eſt ſiue diuiſa ſiue continua ipſa ſit. diuiſam itaq; eam dicere non contingit, ſemper enim poſt hoc, hoc aliud fieri cernim⁹, & poſt illud, aliud, & ſimiliter in alijs. ſi quis aũt rurſus cõtinuã eam eſſe ſupponat, quo nam continente continua ſit, conſiderandum eſt. & quid nam ſit illud qđ ipſam continuet: ita vt hoc in rebus repe- D
riatur, vt poſtq̃ hoc aliquid factũ eſt, vt puta Athenienſium in Sardos inſultus, aliud quid fiat, nempe Medorum bellũ contra Athenienſes: an manifeſtum eſt generationem non eſſe continuam? neq; id quod fit ei quod factũ eſt adhęret atq; cõtinuũ eſt. ſi enim aliquid alicui continuũ eſſe oporteret, facto factum continuum eſſe conueniret, hęc enim ambo ſimul genita & facta ſunt. ſi verò fieri non poteſt vt hoc ita ſe ha- E
beat, multo magis fieri nequit vt ei quod factũ eſt id quod fit inhęreat, ipſiq; continuum ſit. qđ aũt in cauſa eſt vt neq; factum facto, neq; fiens facto continuum ſit? qm̃ ambo fines atq; īdiuidua ſunt. nam ea quæ fiunt, vię cuidã atq; motui ſimilia ſunt ad id qđ factum eſt tanq̃ ad finem deſinentia. ſi igitur finis quidem eſt id qđ factum eſt, ea verò q̃ inter ſe continua ſunt, ſine continuantur, fieri non poterit vt factũ facto continuũ ſit, ambo enim facta, fines F
& indiuidua ſunt. fines aũt à finibus contineri, præterq̃ ꝙ fieri nõ poſſit, à ratione quoq; alienũ eſt. nam ea quidem quæ fiunt, lineis ſimilia ſunt, cùm ęquè atq; ipſæ moueantur atq; progrediantur, ea verò quæ facta ſunt punctis ſimilia ſunt, cùm ipſa iam à proceſſu ceſſarint atq; quieuerint. quẽadmodũ igitur neq; pũcta inter ſe continua ſunt (q enim fieri poteſt, cùm ipſa nullam partem ha-

G beant atq; indiuidua sint, & per quosnam fines id fiet?) sic etiam neq; ea quæ fiunt, vt pote q̃ punctis similia sint, inter se continua sunt, ambo enim tum puncta, tū ea quę fiunt vt diximus indiuisibilia atq; indiuidua sunt. nec igitur ob eãdem causam id quod fit cum facto continuari poterit. id enim qđ fit cùm lineę simile sit, in infinita diuidi potest. id verò quod factum est puncto assimilatum, indiuisibile est. indiuisibile aūt cum diuisibili continuari im H possibile est. vt igiť linea ad punctum se habet, (lineę enim infinita puncta potentia insunt) sic id quod fit ad factum se habet. in eo enim quod fit infinita facta secūdum potentiam insunt. at de his q̃dem hoc ĩ loco obscurè ad pręsentem vsum dictum est, clarius aūt atq; dilucide & subtiliter in quatuor libris naturalis auscultationis, vbi de motu vniuersaliter tractatur, de his dicendum erit. nunc tñ ex ijs quæ dicta sunt motus continuos non esse, sed aliū I ad alium cõsequenter se habere cognouimus, quemadmodū etiã ternarius numerus cum binario quidem continuus non est, eum verò consequiť, & rursus ternarium quaternarius, statim enim post binum ternarius est, & post ternarium quaternarius. De modo igitur quo cùm motus consequenter & nõ continuò fiat, media causa ĩ quatuor causis, & iuxta tpales ipsarum differentias accipiatur, hactenus, & quantū ad K logicam facultaté attinet dictū sit. & hoc.n. cognoscere sufficit, ꝙ immediatè causę ipsę causata sequãtur. necesse enim est in his quoq; causis atq; causatis q̃ non simul sunt, vt medium id est causatum, & primū, causa, s. ipsa, immediata sint. vt A fossio, s. facta est qm̃ C factum est, id est qm̃ erecti parietes sunt. similiter & si D domus, s. facta est, C ipsum, parietum nempe erectio facta est. quãuis in ipsa generatione fossio terræ ipsa parietum erectione prior L sit, & domus ędificatione ipsa parietū erectio. prius enim effodiẽtes parietes erigimus, & post parietes domum perficimus. in ratiocinatione aūt à posterioribus magis demonstrationé facimus, nam ipsum C, nẽpę ipsam parietum erectioné ipsius A effossionis videlicet principiū facimus, & à C ipso ipsum A ostendimus, & ab ipso D ipsum C ostẽdimus. principiū aūt & causam atq; medium terminum ipsum C accipimus, & non A, ꝓpea ꝙ ipsius C M id est parietum generatio ꝓpinquior est domui nunc factæ q̃ ipsa fossionis terræ generatio. qm̃ igitur parietes id est C ipsum ipsi nũc sunt propinquiores, ipsum aūt nunc id est tempus instans futuri tpis principium est, atq; inter ipsum futurum & præteritū medium est, ꝓpea ipsum etiam C medius terminus hoc in loco atque principiū minoris extremi accipitur,

A accipit, sed quod dicebamus, A itaque factum est si ipsum C factũ est, hoc aũt C factũ est, si D factũ est, ipso igitur D facto ipsum A prius fuisse factũ necesse est. causa aũt huiuscemodi conclusionis ipsum C medium est, ipsi inquã parietes. nunc itaq; nõ ex immediatis ambabus propositionibus rõcinatio à nobis facta est, & ꝓpterea neq; demõstratiua est, nã inter terrę fossionem & parietes fundamentũ fieri contingit, qm̃ ꝑ media fundamenta ad parietũ B constitutionem inducimur. si qs aũt generationes iuxta determinatum consequentię modũ percurrat, atq; hic alicubi quoq; medium terminum ipsius A C B ipsum, s. accipiat, ꝓcessus ad aliqđ immediatum accedens firmabit, nisi semper medium intercedat ꝑꝑ infinitatem continui tp̃is, in quo generationes fiũt. hoc enim dicere falsum est eò ꝙ in tp̃e generationes sint, tempus aũt cõtinuum sit, continuum aũt in infi- C nita diuisibile, hoc aũt infinita hẽt media. ꝑpea media quoque generationũ infinita sunt, generationes enim cõtinuæ nõ sunt, neque factum facto continuum est, sed consequenter inter se ordinantur quemadmodum etiam prius dictũ est. verũ licet à prioribus posteriora affirmare oporteret, à fossione videlicet terrę fundamentum ipsum, attamẽ in huiuscemodi causis materiali atque efficiente ꝑꝑ necessitatem ratiocinandi, ab ipso medio, & primo D quod ipsi nunc est vicinum, incipiendũ est, & per posterius illud qđ prius est affirmare. sic itaque ostensum est fieri posse vt in ijs q̃ facta sunt demonstremus, ad ea q̃ medio carent deuenientes. eodẽ aũt modo se se res habet etiam in eo quod erit, in futuro videlicet tp̃e. nam si verũ est dicere ꝙ D id ẽ dom⁹ erit, necesse est prius verum asserere dicentẽ, ꝙ terræ fossio erit, huius aũt causa est ipsum C, parietes nimirũ futuros esse. nam si qdem D erit, prius C E ipsum erit, si verò C erit, prius ipsum A erit. similiter autem in his quoque infinita videtur esse ipsa generationum diuisio, eo ꝙ vt diximus in tp̃e sit. at non ita est: nã futura ipsa, continua inter se nõ sunt veluti neque facta cũ factis. principium aũt in his etiam qđ medio careat, sumendũ est. Sed vt in operibus etiam id est in rebus ipsis ea quæ dñr ostẽdantur, qm̃ obscurior quodam modo elementorum videtur positio, ita dicendum est. si domus constructa F est, lapides incisos fuisse necesse est ꝑpolitosq; atque factos esse. quid verò in causa est vt lapides perpoliti sint, & qua de causa lapides perpoliti fuerunt? qm̃ necesse erat fundamenta iacta esse, si quidem & domum factam esse necesse erat. si verò fundamenta iacta sunt, prius lapides factos esse necesse est. rursus si erit dom⁹, similiter prius erũt lapides, hoc

G aût itidem per medium demonstratur, prius enim fundamenta iacta erût. At in huiusmodi quidem vt demonstratum est, ex posterioribus priora atque causalia demonstrãtur. qm aût in ijs operibus quæ à natura fiunt circularem quendam motum esse videmus, nam à quo puncto incipiût, ad eundem etiã desinût, & ppea circulum imitantur, id etiam fieri contingit, si medium & termini se mutuò consequantur. in his enim ipsa quoq; côuersio est, sed
H circulari quidem demõstratione in secûdo priorû Resolutoriorû à nobis dictû est, cùm de specierum consequentia, earumq; propriorum egimus, nunc aût si in ipsis naturę operibus res probetur, hoc modo videtur fieri. terra ex pluuia humida reddita vaporem oriri necesse est: hoc aût orto, nubem gigni necesse est: hac aût côstituta aquã nasci, hac aût orta terrã pluuia humectari necesse est. hoc verò erat id quod à principio sumpsimus. quare in-
I star circuli côuersio facta est. vno enim quouis eorum existente, alterû est. & cùm illud sit, aliud est, & hoc existente, primû est. rerû igitur earû quæ ortui atq; interitui subiacẽt nônullę qdem sunt, quæ vniuersaliter fiût, id est semper & in oĩbus eodem modo se habentes. semper enim (inquit) & in oĩbus aut ita se habent, aut ita fiunt, aliæ verò semp & in oĩbus eodem modo fiunt. nônullæ verò quę semper quidem non, vt K
plurimum aût fiunt: harum itaq; oĩum media quoq; causa eodem modo se habebit. veluti cęli motus eodem modo semper se hẽt, & eius igitur causa semper eodẽ modo se habebit, quæ hæc est, ꝙ intellectum imitetur. rursus, eodem quidem semper modo post ęstatem autumnus fit, ppea ꝙ sol etiam ipse tunc tpis circa partes nostræ habitationi oppositas versatur. vt plurimû aût, veluti mas barbam emittit. non. n. oẽ quodcûq; mas est, barbam emittit, sed L
aliquis etiam imberbis reperit. necesse igitur est huius etiam media causa vt plurimum sit fortasse enim hęc causa est, ꝙ cùm mas illud siccissimæ côplexionis fuerit, fuliginosa ppea atq; fumosa euaporatio à mento emittatur, q̃ quoq; efficit vt barba nõ gignat. earum itaq; conclusionû, quæ vt plurimum sunt, medij quoque vt plurimum erunt. si aût hoc, manifestû est ꝙ propositiones etiam tales erût. si verò aliquis dicat p M
positionum earum quæ vt plurimû sunt conclusionem esse vlẽm & semp, is ad absurdû deducet. nã si A ipsum de B vniuersaliter prædicat, & hoc de C vniuersaliter, necesse est vt A quoq; ipsum de C semper & de oĩ prædicetur, id est oĩ & semp: at supponebat vt plurimum, & hoc impossibile est. necesse est igitur vt côclusionum quę vt plurimum sunt, medij etiam ipsi in quibus B, vt plurimum

A rimum ſint, non eſt igitur exiſtimandum eorum tantummodo demõſtrationem eſſe, quę per ſe atq; ſemp̄ ſunt, ſed eorũ quoque quæ vt plurimũ ſunt. erunt enim horum etiam immediata principia quæcũq; vt plurimũ ſic ſunt, vel fiunt.

CAP. 12.

Quomodo uenari atq; inuenire oporteat ea quæ in eo quod quid eſt prędicãtur, id eſt ea ex quibus cuiuſque rei diffi-
B *nitio perfici ſolet.*

QVomodo igitur ipſum qđ qd eſt in terminis demõſtrationis collocet̃ atq; aſſignet̃, ꝙ vt medius terminus in demonſtratione accipitur: & quo nam pacto ipſius eſſe poſſit demonſtratio, cùm ſ. formalis q̇dem diffinitio medius termin⁹ in ratiocinatione accipiatur, maior aũt terminus ipſa materialis: & q̃uo ipſius ſit vel nõ ſit diffinitio,
C antea dictum eſt. q̃uo aũt venari (vt in denſa rerũ materia abſcõdita) atq; inuenire oporteat ea q̃ in quod quid eſt prædicantur, ex q̇bus rei vniuſcuiuſq; diffinitio compleri atq; perfici poteſt, dicamus. Eorum quæ vnicuiq; ſemp̄ inſunt, & quocũq; modo de ipſo prædicantur, quędam q̇dem rem excedũt propoſitam, atq; ad plus ſe habent q̃ ipſa res, non tñ extra genus atq; ſubiectum illud ſunt, ad quod rem illam reducimus, ea aũt ad plus ſe habere, latiusq́; patere dico, D quęcũq; vniuerſaliter quidem vnicuiq; inſunt, non tñ ſoli ſed etiam alij competũt. vt ſi ternarius ſit id quod nobis diffiniendum proponitur, ea oĩa quæ ternario competere dñr conſideranda ſunt. veluti eſt quiddã, ens nimirũ ipſum quod cuiq; ternario ineſt, ſed & nõ ternario, & de non numero dr̃, atque vt ſummatim dicã, de quanto & non quanto. at impar etiã ipſum quoque ternarium excedit, nam & oĩ ternario ineſt, & ad plus etiam ſe ha- E
bet, etenim q̇nario ineſt & ſeptenario, multiſq́ue alijs, ſed extra genus ternarij non eſt, ipſum videlicet numerũ. quinarius enim numerus eſt. nullũ aũt impar extra numerum eſt. huiuſmodi igit̃ q̃cunq; inſunt ternario, & latius q̇dem ea patent, non tñ extra genus ipſius ſunt, eo vſque ſumẽda quouſque iuxta primam & integram compoſitionem ea accepta fuerint, quorum vnumquodque ſigillatim quidem ſumptũ latius F
ipſo ternario patebit, ſi verò oĩa ſimul accepta fuerint, ęqualia inter ſe ſunt, & ſe ad plus non extẽdũt, hoc enim aggregatum ſubſtantiam atque diffinitionem rei eſſe neceſſe eſt. veluti oĩ ternario numer⁹ impar primũ ineſt vtroq; modo & ꝙ numero non menſuretur, & quòd ex cõgerie numerorũ non conſtet. hoc igitur ipſa ternarij diffinitio eſt, nẽpe numerus impar primus, & hoc modo

primus,

G primus, & vt q̄ numero non mẽ ſuret, & vt ille q̄ ex numeris non conſtet. nam vnitas q̄dem numerus non eſt ſed principiũ numeri. ex his enim ſingulis alia quidem oĩbus etiã imparibus numeris inſunt, vtputa numerus atq; impar. vltimũ verò q̄d eſt neque menſurari neq; compoſitum eſſe binario quoq; ineſt. oĩs aũt ſimul hæc collectio nulli alij numero præter ternariũ ineſt. qm̃ aũt in ſuperioribus ſermonibꝰ libri primi declaratũ à nobis eſt, ꝙ ea q̄dem neceſſaria ſint quæ in eo q̄d
H quid eſt prædicant vniuerſaliter, in ternario verò & in quocunq; alio hoc modo ea quæ in q̄d q̄d eſt prædicant, ſumuntur, ſic neceſſariò q̄dem ternarij diffinitio hæc erunt quæ diximus. ꝙ aũt ea quæ dicta ſunt, ſubſtantia atque diffinitio ternarij ſint, ex hiſce clarũ eſſe poterit. neceſſe eſt. n. ſi hoc quod diximus ipſiꝰ ternarij diffinitio non ſit quæ cum diffinito conuertatur, collectionem illam atq; congeriem genus quaſi
I quoddam eſſe aut nominatũ aut innominatum: de pluribus igit̃ q̃ de ternario ſolo prædicabitur. ſupponatur enim à nobis ex confeſſo genus eiuſmodi eſſe ſm̃ ſui rationem, vt potentiam plurimarum ſpecierum contentiuam habeat. ſi igit̃ hęc collectio nulli alij, niſi indiuiduis atq; particularibus ternarijs ineſt, neceſſariò diffinitio ternarij hęc erunt, ꝙ ſ. numerus impar primꝰ vtroq; modo ſit. nam & hoc etiã ſupponat̃, K ꝙ ſubſtãtia atq; diffinitio vniuſcuiuſq; ſit ipſa vltima de indiuiduis p̄dicatio, & id quod primò ſubſtãtialiter cõpetit indiuiduis ijs q̄ ſub aliqua ſpecie ſunt. ſed hoc quidem pacto ſpecierũ diffinitiones venari poterimus, ea q̄ cõiter inſunt indiuiduis ipſis q̄ ſub ipſis ſpecieb. ſunt, accipiẽdo. cùm aũt quiſpiam totum aliq̄d tractet, generis videlicet diffinitionẽ, hoc genus ad ſuas ſpecialiſſimas ſpecies diuidere oportet, quas etiã obſcuri ac tenebricoſi dęmonis filiꝰ Ariſtoteles ſpecie indiuidua nominauit. veluti L numerum ipſum in binarium & ternarium, deinde earũ, ſpecialiſſimarũ, ſ. diffinitiones facere, tentandum eſt. vt ſi rectæ lineę diffinitionem venemur, ipſam in rectam atq; circularem prius oportet diuidere, & hæc multo prius q̃ ipſam lineam diffinire eniti. ſimiliter etiã ſi anguli diffinitionẽ quæramus, oportet diuidẽtes ipſum in rectum acutũ atque obtuſum, horum conari diffinitiones M conſtituere. deinceps aũt quodnam ſit genus lineæ atque anguli accipientẽ, ſit ne ipſum ex quãtis an ex qualibus, proprias affectiones per prima cõia contẽplari. qm̃ enim recta q̄dem linea eſt longitudo citra latitudinẽ, cuius puncta media non prominẽt ab extremis: circularis aũt, lõgitudo ſine latitudine, ad cuius circunferentiam lineæ oẽs à centro ductę

pares

A pares sunt, ea q̃ cõiter hisce terminis insunt oportet accipere, q̃ sunt longitudo ipsa atque latitudinis carentia, & hæc peculiariter vniuersali lineæ adaptare. linea enim in vniuersali est longitudo carẽs latitudine. rursus qm̃ rectus quidem angulus est inclinatio rectæ lineæ super rectã ad perpendiculũ, obtusus verò inclinatio rectæ lineæ non ad ꝑpẽdiculum, faciẽs angulum maiorem recto, hìc quoque quę cõiter hisce terminis ĩsunt oportet accipere, B quæ sunt, inclinatio rectę lineæ super rectam, hoc enim anguli diffinitio est. & sic proprias passiones per prima cõia considerare, quę enim substantialiter accidũt ipsis generibus, (quæ sanè genera ex speciebus componunt specialissimis, quẽadmodũ enim totum ex partibus, eodem etiam modo genus ex speciebus cõponitur) hęc igitur inquam quæ vt affectus & passiones ipsis generibus substantialiter accidunt, ex specierum diffinitionibus innotescent, C ꝑpea ꝙ ipsa speciei diffinitio, oĩum diffinitionum generum inuestigationis principium atque radix est, quæ specialissima species ad genus ipsum comparata simplex est, & veluti, manuducens nos ad ipsam compositi generis diffinitionem, & ea quę accidunt, solis simplicibus per se insunt, alijs verò atque compositis insunt meritò ipsorum simplicium: primariò enim ac secundũ se ipsum rectę atque circulari ipsis inquam simplicibus specieb⁹ D lõgitudo ipsa sine latitudine inest, generi aũt ex his composito ipsi nimirum lineæ secundariò & ẜm species. secundariò verò quo ad nos quidem atque ad doctrinæ necessitatem attinet, qñquidem natura quidẽ lineæ vniuersaliter acceptæ hęc passio longitudo sine latitudine principaliter inest, consequenter verò & secũdum hanc ipsi quoque rectæ atque circulari, hoc igitur modo resolutoria Methodo ea quæ in E quid est prædicãtur venabimur, ex indiuiduis q̃dem ipsis specialissimarum specierũ diffinitiones inueniẽtes, ex ipsis verò specialissimis diffinitiones generum.

CAP. 13.

Quòd methodus Diuisiua ad partium diffinitionis inuentionem vtilis est.

Diuisiones aũt quæ à generibus ad species ꝓcedũt, cùm per medias differentias fiant, ad partes diffinitionis F inueniẽdas vtiles sunt, atque ad ipsum qđ quid est, diffinitionem inquam ipsam colligendam, conferunt. quõ tñ ad demonstrandũ se habeant, prius dictum est, in fine nempe tractatus de ꝓpositionum abundantia. vtiles aũt hoc modo solùm esse poterunt ad ipsum quod quid est colligendum, ad partes, s. diffinitionis colligẽdas atque inueniendas. q̃uis aliquis

G quis sanè existimare posset diuisionem ipsam nihil ad diffinitionis inuentionem conducere, sed statim oĩa pro confesso à rñdente accipere: quemadmodũ si q̃s ab initio ea absque diuisione acciperet. nam diuidere quidem aĩal in rationale & irrationale, deinde irrationale ipsum de hoĩe negando, rationale accipere, perinde est ac si quis anteq̃ diuideret, hoĩem rationale esse poneret. nõ parum aũt refert inter prædicata prima quod nam eorũ primo
H loco, quodve posteriore in diffinitione ipsa positũ sit. veluti hominem, aĩal mansuetũ bipes dicere, & animal mansueto ipsi ac bipedi pręponere, differt ab hoc, vt si ipsum dicamus, bipes, aĩal, mansuetum, qui enim hoc dicit, bipes ipsum vniuersalius aĩali videtur efficere, adeo vt contingat bipes aliquod reperiri, quod aĩal non sit. Ordine igit̃ ipsa quoque diffinitio indiget, ad quem ordinẽ confert diuisio. nam si oẽ qđcunque diffinibile (de ijs inq̃ quę
I ortui atque interitui subiacent) ex his duobus constat, genere nẽpe atque cõstitutiuis differẽtijs, quemadmodũ hoĩs diffinitio ex nominato genere, aĩali, & constitutiuis differentijs, rationali nẽpe atque mortali. vel ex innominato genere, quod veluti vnum quoddam assumitur, ex aĩali videlicet mansueto, & rursus ex hoc, & ex ipsa gressibilis aut rationalis differentia homo cõstituitur, aut quodcũque tandem sit id qđ K diffinitur, & quod vnum esse ꝑ diffinitionẽ ostenditur, attamen necesse est eum qui diuidit, aut qui ex diuisione diffinitionẽ ostẽdere tẽtauerit non ostẽdere, sed particulam illam diuisionis quã accipit, petere. præterea licet parum diffinienti diuisio conferat, ad hoc tñ vt nihil eorum quæ in quod quid est prędicantur, atque essentialiter cuique insunt ipse prætermittat, hac solum ratione ex diuisione contingit aliq̃d vtilitatis oriri. cũ enim hoĩe nobis L diffiniendo proposito, primum atque proprium huius genus acceptum fuerit, vt pote aĩal, atque hoc vt diuidatur in mediũ positum fuerit, si quidem relictis proximis ipsius differentijs, quibus oẽ aĩal pedestre, nempe, volatile atque aquatile continet̃, aliquas earũ quę inferiores atque remotæ sunt accipias, veluti has, totipẽne, atque scissipenne, non incidet oẽ aĩal in has differentias: M non enim oẽ aĩal vniuersaliter aut vndequaque pennatum est, aut scissis pennis est præditũ, sed oẽ volatile aĩal in has diuiditur differentias, hoc enim totipẽne, atque scissipẽne, volatilis est differentia. prima aũt aĩalis differẽtia est hęc, pedestre, volatile atq; natatile, in quam oẽ aĩal cadit. vt aũt res se habet in animali, sic etiã in aliis generibus, & ijs quę extra animal atque vniuersaliora sunt, aut in ijs q̃ oĩno ab aĩali diuersa

A diuersa sunt: quemadmodum in quãtitate atq; qualitate & i ijs q̃ sub ipso sũt nõ subalterna sed separata, vt in volucri atq; pisce, q̃ contradiuisa etiam appellant. nã corpus q̃dem in aĩatum atq; inaĩatum diuidendũ est, quę proximæ ipsius differentiæ sunt. linea verò in rectam & circularẽ. auis verò in ea in q̃ oĩs auis incidere aptus natus est, & piscis itidẽ in quæ oĩs piscis. Si igit̃ aliquis hoc modo per diuisionẽ procedat, fieri potest, vt sciat nihil eorum q̃
B in quod quid est predicantur prętermissum esse, alioquin verò & prætermittere necesse est, & prętermissionem ignorare. Si enim cognosceret, quæreret sanè qđ prętermissum erat. sed hoc quidem pacto diuisio ad inuentionem diffinitionis vtilis esse nobis apparuit. eum verò qui aut diffinit aut diuidit non oportet iuxta Speusippi cauillum, omnia ea q̃ sunt cognoscere, q̃uis nonnulli asserant, ipsi nimirũ Speu-
C sippi sectatores fieri nõ posse vt qui quodcũq; diffiniturus aut diuisurus sit, differentias rei propositæ quas ad vnũquodq; habet, cognoscat, quibus ab illo differt atq; distinguitur, si vnũquodq; eorum quæ sunt nõ cognouerit. q̃ verò vniuscuiusq, entiũ differentias cognoscit, is multo prius ipsa quoq; entia cognoscat necesse est, quorũ ipsæ differentię sunt differentiæ. aiunt. n. fieri non posse vt vnumquodq; entium abs̃q; differentiis cognoscamus. à quo D
enim (inquiunt) quod nobis diffiniendum proponit̃, non differt, neq; eius cognita differentia est, hoc idem esse cum illo asserunt. rem aũt illam cuius cognita est differentia, eam diuersam esse ab eo qđ nobis propositum est, veruntñ fieri nequit vt vnũquodq; eorũ quæ sunt cognoscamus, eo ꝙ hęc quidem infinita sint, infinitorũ verò non sit transitus, fieri igit̃ non potest vt etiam quodcunq; diffiniamus. Primùm q̃dẽ
ò Speusippe hoc falsum est ꝙ nẽ E
pe illud quod quacunq; differentia non differt ab aliquo, iam idẽ cum illo sit, non enim ſm omnẽ differentiã differt atq; diuersum est. cùm. n. multipliciter differentia dicat̃, cõiter, propriè, & maximè propriè, fieri potest vt ea etiã quæ eadẽ specie sunt, vtputa Socrates atque Plato ſm aliquam cõium aut propriarũ differẽtiarũ inter se differant, simitate nimirum aut vẽtrositate. & rursus
vt ea quę diuersa sunt specie cor F
uus inquã atque Æthiops ab inuicem nõ differãt, hęc enim quo ad nigredinem diuersa nõ sunt. non igitur illud quod quacũque differẽtia ab aliquo differt, diuersum ab illo est: multę enim differentiæ in ijs quę eadem sunt specie insunt, siue in hoĩbus inquã, siue in aĩalibus alijs, veluti illæ q̃ cõiter & propriè dñr, substãtias tñ non diuidũt, neque in subiectorum diffinitione accipiuntur, & hoc

G & hoc aliæ facere nequeunt prę ter illas quæ maximè propriè nũcupantur, vtputa rationale & irrationale, mortale, & ĩmortale. distinguendum itaq; erat atq; dicendum, ꝙ illud quod tali quadã differentia non differt, idem est, sed nõ sic indeterminatè asserere. deinde intentionem quoque illius qui ex diuisione diffinitionem colligere nitit̃, aspicias. is enim ad nullum aliud tẽdit q̃ ad hoc vt substantiam propositæ rei inueniat. cũ enim aliquis hoĩem
H forte fortuna diffiniturus, aĩal ipsum in opposita id est in rationale atque irrationale diuiserit, atque vtriusq; horum differentiã quæ inter se est, acceperit atq; dixerit, necesse esse ꝙ oẽ aĩal aut rationale aut irrationale sit: at verò irrationale non est, rationale ergo est, isq; pariter id qđ quęrit̃ hoĩem videlicet ipsum in rationali esse sumpserit, & hęc exactè ꝑfecteque cognouerit, ꝙ s. homo rationale sit, nihil sua interest, ad
I eumq; non attinet si sciuerit de quibus aliis hęc rationalis atque irrationalis differentia pręducet̃ nec ne. manifestũ aũt est ꝙ si hoc modo procedens, atq; id quod diuiditur ad proximas sibi contrarietates secãs ac diuidens ad indiuidua vsque (quorũ non est amplius differentia) peruenerit, propositæ rei diffinitionẽ habebit. atqui ne hoc quidem aliquis dixerit, nempe quòd is qui aĩal ipsum ĩ rationale atque irrationale diuidit, deinde ex negatione irrationalis, rationale de ipso hoĩe prædicat, id petat non aũt demõstret, eo ꝙ necesse non sit oẽ aĩal ĩ rationale atque irrationale incidere. hoc inquam aliquis dicere non potest. dicere enim ꝙ oẽ in huiuscemodi duorũ mẽbrorũ diuisionem incidat, quę ita opposita fuerint, vt cõtradictioni æq̃polleant, nullumq́ue inter ea cadat medium quemadmodum in contradictione vsu venit, in qua aut affirmationem aut negatio-
L nem esse necesse est, hoc inquam dicere petitio non est: non.n. ab ipsius r̃ndentis concessione pendet, sed ex se ipso rationis necessitatem profert. sed hoc quidẽ modo Speusippi cauillum improbatum ac refutatũ est. atque magna ex parte diuisionem ipsam ad diffinitionem inueniẽdam conferre demonstratum iam est. non tñ temerè nullaque adhibita consideratione nobis diuidẽtibus diffinitionem ipsam inuestigare licebit, sed ad hoc vt diffinitionẽ M
per diuisiones construamus, hęc tria nobis obseruandã sunt. primùm nempe vt ea sumamus quę substantialiter, & in quid est pręducantur, nullum accidens in diffinitione contrahẽtes, hæc enim sanè vitium diffinitionis est, ipse inquam excessus. alterũ, vt hęc disponamus atque ordinemus iuxta prioris & posterioris rectũ ordinem, genus primum accipientes, & postea id qđ proximè post hoc

A hoc sequitur, atque id facere donec ad vltimam differentiam deueniamus. tertium & vltimũ, vt ostendamus oĩa hęc quę sunt accepta ipsi diffinito inesse, ita vt nihil aliud ipsi rationi deficiat, defectus.n. vitiũ diffinitiõis est. vna aũt atque prima harũ obseruationum rectè se se habebit, si quẽadmodũ ratiocinamur atque ostendimus ꝙ ipsum accidẽs simpliciter insit per ea loca accidentis quæ nobis in Topicis tradita sunt, sic etiam per genus, per lo-
B ca, s. generis probare atque ostendere valeamus ꝙ ea quæ accepta sunt, in eo quod quid est insunt. secunda verò ordinatio, s. eorum quæ ad diffinitionis constitutionem assumuntur, methodo à nobis reperietur, si ordinatè vt dictũ est ea quæ naturà priora sunt pręponantur. hęc aũt recta ratio atq; ordo componendorũ eorũ q̃ vniuersaliora naturà sunt inuestigari atq; haberi poterit, si is qui diuidenda diffinit tale q̃d vt po-
C te aĩal ipsum accipiat, quod oĩa quidem alia quæ post ipsum sunt sequatur nẽpe rationale ipsum, mortale, mentis ac disciplinæ capax, illud aũt non oĩa hęc econuerso sequãtur, necesse est enim vt aliquid huiusmodi in diuisione sit, quod oĩa quidem sequat̃, illud verò non oĩa sequant̃, quẽadmodũ aĩal ipsum. accepto aũt primo, tunc deinceps in inferioribus quoque atque per ordinẽ sequentibus eadem erit ratio. q̃d enim aliorum primum est, sc̃d'm D erit, hoc est rationale ipsum. & tertiũ, mortale, quod sequentiũ, primũ est, ipsius nempe ex se discẽtis & mentis ac disciplinę capacis, sic verò etiã in aliis. ꝙ aũt oĩa quæ propositam diffinitionẽ complent atque perficiunt, hæc sint, & nihil eorum quæ in quod quid est prædicantur prætermissum à nobis est, patet, si id quod primum s̃m diuisionem est, ipsum videlicet genus sumpserimus, idque in suas proximas diffe-
E rẽtias diuidamus, nempe ꝙ oẽ aĩal aut hoc, aut hoc est, est autẽ homo hoc, rõnale, s. ac rursus totius huius rõnalis differentiã acceperim⁹, ceu mortale ipsum. extremi verò, ipsius nẽpe disciplinę capacis, non esse differentiã. cùm.n. hoc indiuiduũ sit, in alias differentias diuidi nõ potest, aut etiam statim cum vltima differẽtia hoc ab ipso toto specie non differt. veluti si aĩal in pedestre,
F volatile, atque aquatile diuiserimus, & rursus pedestre in id q̃d pedibus caret, & bipes, & multipes; ad indiuiduam quidem differentiã non peruenimus: nam & ipsum bipes diuidi potest, sed q̃m cũ aĩali atque pedestri bipes huiuscemodi acceptum cũ ipso diffinito hoĩe nempe conuertit̃, ideo perfectè diffinisse dicimus. virtutes aũt diffinitionis hæ sunt, vt neq; superfluum aliquod neque diminutum atque deficiens habeat. manifestũ igit̃ est ꝙ neque super-

